EXAMINIS PERPETUI
IN
ANNALES
CÆS. BARONII
CARDINALIS,
CENTURIA III.

Quâ deſcribuntur

Viri illuſtres, Evangelii curſus, Eccleſiarum; vel fundatio, vel ſucceſſio, perſecutiones, hæreſes, Concilia, Doctorum monumenta, & ſimilia.

Unâ cum Indicibus neceſſariis.

Compoſita à

JOH. HENRICO OTTIO,

Hiſtor. Eccleſiaſt. Profeſſore.



TIGURI,

Typis & Sumptibus Davidis Geſſneri.

M DC LXXVI.

Digitized by Google

Viris Ætate, Zelo, Pietate, Prudentiâ Eccleſiaſticâ, & multo rerum Uſu Venerandis, Spectatiſsimis:

Dom. JODOCO GROBIO, Paſtori Wadiſvillano, Claſſis ad Lacum Tigurinum Decano.

Dom. JOH. HULDRICO CEPORINO, Paſtori Ottenbacenſi, in libera Provincia Decano.

Dom. HENRICO SELBLERO, Paſtori Trüllikonenſi, Lithopolitanæ Claſſis Decano.

Dom. HENRICO FRISIO, Paſtori in Flaach / Vitoduranæ Claſſis Decano.

Dom. JOH. CHRISTOPHORO FÆSIO, Paſtori in Dürten / ſuperioris Claſſis Wezikonenſis Decano.

Dom. GOTHARDO ZELLERO, Paſtori in Wildberg, inferioris Claſſis Wezikonenſis Decano.

Dom. PHILIPPO HULDRICO OCHSNERO, Paſtori in Wilendangen, Elcovienſis Claſſis Decano.

Dom. ABRAHAMO MURERO, Paſtori in Buchs / Regenſpergenſis Claſſis Decano.

Dom. JACOBO LAVATERO, Paſtori in Gachnang / Claſſis Gynopedianæ Decano.

Dom. JOH. JACOBO KOCH, Paſtori in Nüforn / Claſſis ad Lacum Acronium ſitæ Decano.

Dom. BARTHOLOMÆO Anhorn / Paſtori Epiſcopiſcellano, in ſuperiori Turgoja Decano.

Dom. HENRICO GOSAUERO, Paſtori in Marpach / apud Rheguſcos Decano.

Eccleſiarum, quæ ſunt in agro Tigurino Intendentibus vigilantiſſimis, ut & ſemeſtralis celeberrimæ Synodi Urbicæ Relatoribus fideliſſimis, Actoribus dexterrimis, Doctiſſimis;

JOH. HENRICUS OTTIUS.

Digitized by Google

NOn gratis divini Pandectæ variis iiſque præclaris Verbi Dei Miniſtros nomenclationibus inſignire voluerunt, nempe ut cùm dignitas illorum, tum officium nobis innoteſceret. Inter alias autem *Paſtores*, (*a*) *Doctores, Servi Ieſu Chriſti, teſtes Dei, Præcones, fideles diſpenſatores, & Oeconomi myſteriorum divinorum* cluent. Longo jam uſu à Latinorum communione, extra tamen Nov. Teſt. paginas, receptum ut *Sacerdotes* dicantur, quod quidem nomen eatenus admitti queat, non quòd hi ſacrificium propriè ſic dictum offerant, ſed quòd ſacra tractent, & ſe gregémque ſuum hoſtiam Deo gratam reddant. (*b*) Iidem ab ætate & honore *Genitores, Patres, Presbyteri*, id eſt, *Seniores* vocantur: (*c*) ab officio *Epiſcopi h.e. Inſpectores, Vigiles, Excubitores*: Hebr. חזים *videntes*: צופים *Speculatores*. Gravis autem nos inter & Romanenſes controverſia reciprocatur de Presbyterorum & Epiſcoporum differentia, (ut taceam nunc cœteros ordines) quæ quidem tanti lis momenti atque ponderis, ut inde univerſæ Hierarchiæ atque Monarchiæ Papalis ædificium extruere, dignitatéſque plus quàm humanas elicere velint. (d) Neque verò de terminis nos litigamus, modò ſalva res eſſet. Ad divinum jus & Apoſtolicum inſtitutum atque conſuetudinem, Epiſcopalem ſuperioritatem, Prælatorum & ipſius Papæ Rom. præeminentiam illi revocare conantur, nos minimè, & jure quidem atque merito, quandoquidem nihil tale Evangelica & Apoſtolica tradit hiſtoria, ſed potiùs quòd omnes, quoſcunque operarios in vinea ſua elegit & vocavit Chriſtus, *fratres* fuerint, *æquales, cooperarii, coadjutores, ſympresbyteri, coepiſcopi, ſymmyſtæ, Dei*, non hominum *ſervi*, *Eccleſiæ Miniſtri*, & quòd iidem una & eadem inſtructione miſſi & ablegati. Hinc fit, ut utrique tam Presbyteri, quàm Epiſcopi promiſcuè & ſine diſcrimine ponantur. (*e*) Act. 20. 17. coll. cum v. 28. Tit. 1. 5. 7. ubi præcipit

§ 2

a) *Bull. de Epiſc. l. 2. c. 5. 6.* (*b*) *Rom. 15. 16. Bull. l. c. p. 78.* (*c*) *2. Cor. 5. 20.* (*d*) *Iren. Philalethes de rebus Scoth. p. 140. & 169.* (*e*) *Zuingl. oper. T. 2. p. 610. b. Confeſſ. Helv. c. 18. pag. 48. Philaleth. p. 239.*

pit Paulus, ut *opidatim Titus Presbyteros conſtituat*, quos ipſos paulò pòſt Epiſcopos nominat, egregiè hoc notante Hieronymo. Unde fit, ut veritatis vi convicti Latini inter Epiſcopos, infeliciter tamen, diſtinguant. Nec plures modò Eccleſiaſticas dignitates, ſed & Ordines quoque ſacros, dignitatibus inferiores, iidem Latini nobis ſubſtituunt, cùm tamen in toto cœtu Eccleſiaſtico nonniſi *Epiſcopatus* nobis commendetur & *Diaconatus*: ad Philipp. 1, 1. (*f*) Eam ob cauſam primi Rom. Epiſcopi etiam ſacerdotum & presbyterorum inſcriptione veniunt. Ita non minus Epiſcoporum & Presbyterorum idem eſt officium, docere nempe, Sacramenta adminiſtrare, & diſciplinam exercere Eccleſ. Ecquodnam verò ſublimius, quod excelſius munus atque dignitas eſſe poſſit Miniſtri, quàm loco vivi Dei ejus annunciare Verbum, *Apoſtolum, Angelum, Legatum & Vicarium Chriſti* eſſe, *ductorem gregis Chriſtiani, rectorem & cuſtodem animarum*. Atqui utriſque omnia iſthæc Legis divinæ ſententiâ competunt. (*g*) Et licèt inter cœtera hodie Latini novi Sacramenti Chriſmalis tum confectionem, tum impertitionem nonniſi ab Epiſcopo aliquo fieri poſſe & debere contendant, eò tamen, ſingulari Numinis providentiâ id impediente, non prorupere, ut duo illa vera & legitima N. Fœderis, non etiam à Presbyteris adminiſtrari poſſe decreverint. *Epiſcoporum*, κυρίως ſic dictorum, vel ſi arrogantius placeat nomen, *Prælatorum* dignitatem & munus, maximè in vocandis, ordinandis & regundis minoribus Clericis, ceu ſubditis & glebæ addictis atque homagio adſtrictis hominibus, in diſciplinæ exercitio, in præſcribendo & jubendo, pœniſque infligendis verſari definiunt; at verò nihil unquam Epiſcopis à Chriſto datum, quod Presbyteri non ſimiliter ab eodem acceperint. Omnis autem Eccleſiaſtica poteſtas non externa eſt & coactiva, ſed interna & ſpiritualis. Unde diſt. 1. de pœnit. ex Ambroſio: *Verbum Dei dimittit peccata: ſacerdos eſt judex: ſacerdos quidem ſuum officium exhibet, & nullius poteſtatis jura exercet* &c. Si vel maximè detur authoritas quædam paſtoris in paſtorem, illa tamen non differt modo & materia ab ea, quam Chriſtus & Apoſtoli habuerunt: vid. d. 93. c. 24. Legimus ex Hieron. ubi inter alia: *Apoſtolus perſpicuè docet, eosdem eſſe Epiſcopos, quos Presbyteros.* Inde ſanè ἐπισκοπὴ & προστασία primitus ſignificabat curam paſtoralem in Eccleſiam

(*f*) *Conf. Bull. l. c. p. 79. a. ſeq. Philal. 167. i. & ipſum Bellar. l. 1. de Cler. c. 15.* (*g*) *Bull. p. 80. a. & 92. a.*

ſiam particularem: hodie autem non eſt talis paſtor Eccleſiæ, ſed qui ὑπεροχὴν habet, unde revera dominium & tyrannis irrepſit. (*h*) Quemadmodum primitus eadem Presbyteri & Epiſcopi electio, cum iisdem mandatis, ſic non diverſa utriuſque ordinatio ſeu conſecratio fuit, manûs impoſitione, cum publica divini nominis invocatione facta; unde Paulus Timotheum ſuum inſtruit & monet 1.5.22. *ne manus citò cuiquam imponat*, h. e. ne temerè ullum in Miniſtrum Eccleſiæ initiet, ſed ut gravi & maturo judicio deligantur initiandi Eccleſiisque præficiendi. Neque laboramus magnopere de eo, quod mutato utriusque officio, poſtea à Conciliis decretum, ſed primigeniam Chriſti inſtitutionem Apoſtolicámque praxin reſpicimus, unde tam hi, quàm illi *Legati, Servi, tubæ Chriſti, ſal terræ* &c. dicuntur, iiſdémque clavibus inſtructi. Somnium proinde quando dicunt, Presbyteros τοῖς LXX. Epiſcopos Apoſtolis ſuccedere. Edicant tandem, quomodo ſequioribus etiam Novi T. ſeculis, in ipſa quoque Germania, ante Epiſcopales inſtitutas Sedes, Eccleſiæ carere Epiſcopis potuerint, non item Presbyteris? Sic à Monachis, populi ſuffragiis in Miniſtros electis, Scoticana olim regebatur Eccleſia. (*i*) Verè ſanè Hieronymus Epiſt. ad Evagr. *Quid facit excepta ordinatione* (at & hoc novum erat) *Epiſcopus, quod Presbyter non facit?* (*k*) Et in cap. 1. ad Tit. ita graviter loquitur: *Antequam Diaboli inſtinctu ſtudia in religione fierent, & diceretur in populis: Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, communi PRESBYTERORUM conſilio Eccleſiæ gubernabantur.* (Ergo indiſtincta tunc fuerunt Epiſcoporum & Presbyterorum officia & nomina) pergit B. Pater: *In toto orbe* (poſtea) *decretum eſt, ut unus de Presbyteris* (ſanè ab iiſdem Presbyteris) *ſuperponeretur cæteris, ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineret &c. Hæc propterea, ut oſtenderemus, apud veteres eoſdem fuiſſe Presbyteros, quos & Epiſcopos: paulatim verò, ut diſſenſionum plantaria evellerentur, ad unum omnem ſolicitudinem eſſe delatam. Sicut ergo Presbyteri ſciunt, ſe Eccleſiæ conſuetudine, ei, qui ſibi, præpoſitus fuerit, eſſe ſubjectos: ita Epiſcopi noverint, ſe magis conſuetudine, quàm diſpoſitionis Dominicæ veritate, Presbyteris eſſe majores: & in COMMUNE debere Eccleſiam regere:* &c. (*l*) quidni ergo dicamus Epiſcopatum,

§ 3 ſingu-

h) *Iugulum cauſa part.* 1. *p.*255. (*i*) *Philal. p.*259. *vid. hîc an.*163. §. 5. (*k*) *Philal.* 151. (*l*) *Tu conſule in hac Altare Damaſcenum, Blondellum de Epiſc. ſtatim init. Bulling. de Epiſc. p.*143. *b. Philaleth.*162.

ſingulariter ſic dictum, inventum eſſe humanum. (*m*) Sanè quemadmodum nulla ſocietas, nulla communitas ſeu ſtatus absque ordine & regimine conſiſtere poteſt, ita neceſſitas ipſa expreſſit ſimul Veteribus, ut ordinem aliquem inter ſe conſtituerent, at certè non in morem ἐξουσίας κυριακῆς, ſeu politici regiminis, ubi omnem populus Rectoribus poteſtatem ſuam tradit & committit, ſed ordinis ſaltem & paternæ, imò fraterna intendentiæ & moderaminis reſpectu, ubi ætati & promotioni primùm hic honos tributus ; unde hodiéque apud Hung. Refor. Senior i. q. Epiſcopus. Verùm quia non ſemper natu maximus, aut in miniſterio antiquiſſimus ſufficiens erat huic oneri ſeu προστασίᾳ, factum pòſt, ut aptiſſimus & optimè meritus per electionem aliis præponeretur, planè ſicut in Conciliis Moderator eligebatur ; adeóque non uni loco hæc dignitas, ſed ambulatoria, non hæreditaria, ſed electitia fuit: non juxta Sedes, vel lautiores præbendas aſſignabantur Epiſcopatus, ſed ætati, eruditioni, meritis hic imponebatur honos : (*n*) non ut talis præpoſitus vel choragus dominaretur, ſed ut, ceu præcipuum membrum, fratrum doctrinæ & vitæ, totius item diœceſis inſpectionem ſuſciperet. Et quemadmodum inferiores nihil absque illius conſcientia, ſic ille viciſſim nihil absque horum conſenſu & conſilio ageret, ſed ut, ceu libera in Rep. Presbyterium, collegium vel ſynodum congregaret, ei præſideret, tractanda vel proponeret, vel audiret, vota colligeret, ſciſcitantibus conſuleret, gravamina ſuſciperet & cum fratribus excuteret, dubia atque controverſa ſimul cum aliis decideret; eos quoque, qui inſpectioni erant commiſſi, viſitaret, inſtitueret, moneret, corriperet, ac ubi opus, ad collegium rem referret, & ſi quæ alia. Ita ergo hactenus non malè conſultum Eccleſiæ videbatur, maximè dum in remedium ſchiſmatis atque decentis ordinis, ad expedienda negocia, nova hæc ratio inſtituta, quod tamen remedium, ita Deo permittente, voto non ſemper reſpondit, ac ipſo tandem morbo, propter graves abuſus, pejus factum, ſicut eventus docuit. Suffeciſſent itaque collegia, presbyteria, ſynodi cum temporariis præſidibus, ad tollenda ſchiſmata, neque typhus, dominium & tyrannis tam altas agere radices potuiſſent. Unde non malè illi judicant, qui dicunt, epiſcopatum reducendum ad formam regiminis ſynodici, in antiqua Eccleſia uſitati ; licet enim actus ſingulares exequatur Epiſcopus, non tamen vel

ſolum,

m) Philal.237. vide in annalibus noſtris an.234.§ 1.266.§ 4. & an.145.§.2. coll. cum an.125. &c. (*n*) *Lipſtorp. part.2.p.20.*

ſolum, vel ut unum & abſolutum judicem, nec abſque conſenſu & cenſura presbyterorum obire hæc debere. Hinc presbyterium i. q. Conſeſſus Eccleſiaſticorum, in quo primus presbyter ipſe eſt Epiſcopus. Quare utrunque regimen conjungendum, non ſeparandum, ut juſta συμβίβασις exiſtat. Nunquam meliùs reformamus, quàm ſi res ad Apoſtolicam ſimplicitatem, ad canonicam, adeóque divinam antiquitatem,(o) & ad ſua principia revocemus.(p)

Neque verò negocium hoc loco nobis eſt cum extraordinariis illis & Apoſtolicis viris, qui ſingularibus inſtructi donis, infanti Eccleſiæ ad tempus nonniſi cum chariſmatis ſuis fuerunt conceſſi, quia de illis heîc agimus, quibus ad finem uſque mundi opus habet Catholica Eccleſia. Ut autem varii dignitatum, præeminentiarum & primatiarum Eccleſiaſticarum gradus ſequioribus temporibus, nullo divino jure, ſed humana inſtitutione in Eccleſia exorti, ita vocatio, electio, confirmatio, ordinatio & poteſtas ſeu jurisdictio pro ipſorum graduum ratione variat. Diu certè poſt Apoſtolica etiam tempora, ab Eccleſia, ſeu, ut loqui amant, à Clero & plebe Miniſtrorum electio facta, id quod per multa decurrentia ſecula, tam in Occidente, quàm in Oriente, etiam tum, poſtquam Epiſcopi à presbyteris diſcerni cœpere, obtinuit, id quod etiam poſt millenarium Nov. Teſt. tempus ipſorum Paparum Romanorum exempla probant: &, quod mirum, Petrinum Urbis noſtræ Templum, in ipſo etiam Papatu ad hanc uſque diem, conſtanter eandem rationem retinuit. Verùm propter difficultates atque incommoda varia, & quia graviter interdum ex cœco affectu à plebe cleróque hàc in parte peccatum, eligendi ſeu vocandi jus, nec ſimul tamen & ſemel, neque ubique in univerſa Catholica Eccleſia, ad presbyteria translatum, (q) vel Imperatoribus & Magiſtratibus fidelibus concreditum fuit, qui ſemper inſpectionem, directionem confirmationem habuerunt. Poſtquam autem Epiſcopi, & multò magis ſuperiores Eccleſiaſticæ dignitates, non ampliùs Miniſtri, ſed Domini eſſe, non ſolùm minorum ordinum & dignitatum, verùm etiam totius Eccleſiæ, adeóque contra Petri (quem primum Romanum Epiſcopum faciunt) mandatum, κατακυριεύειν τῶν κλήρων, 1. Pet. 5. 3. dominari gregi univerſo, áque Magiſtratûs obedientia & oneribus publicis ſeſe ſubducere anniſi; hoc tandem jus contra omne fas, dolô & vi ſibi vendicàrunt

o) 1. Cor. 9. 1. (p) Apoc. 2. 5. (q) Bull. de Epiſc. p. 99. b.

dicârunt, uſque dum eò res progreſſa, ut ad Romanum Epiſcopum omnis tandem ſumma & dictatura devoluta fuerit, & vix quidquam cœteris reliqui manſerit, reclamantibus licet ipſis etiam Imperatoribus, & ad ſanguinem uſque ſeſe opponentibus: unde inveſtituræ, adpellationes ad Romanam Sedem, caſus reſervati, pallia, vicariatus, in bona Eccleſiaſtica poteſtas, denarii ſacri: inſtituendi & deſtituendi jus, Conciliorum etiam Generalium indictio, eorundémque adprobatio, vel improbatio: Imperatorum & ſummorum Magiſtratuum conculcatio, totius Imperii Occidentalis & Orientalis convulſio, translatio, everſio. Inde factum, ut omnes, quotquot apud Latinos Clerici, cumprimis in prima dignitate conſtituti, fidelitatis juramento non Magiſtratui, ſed Summo Pontifici obnoxii & obſtricti teneantur. (r) Huc accedit, quòd Prælati de præeminentiis, prærogativis, privilegiis, de territoriis, ſubditis, vectigalibus, de armis, de militaribus copiis, atque ſimilibus, ſupra quàm dici queat glorientur. (s) Unde Principes Eccleſiaſtici, milites ſagati, ſanguinolenti, titulares abſque grege, non Scripturâ, non ratione, ſed armis diſputantes, vi, fraude, dolo, caſtella, urbes & agros ſibi ſubjicientes. Neque tamen eò hæc accipienda, quaſi nemo fuerit in utroque ſtatu, qui jugum iſthoc ſubire & ſuſcipere recuſârit, quandoquidem tota regna & imperia contrarium teſtantur, inde ſchiſmata & divortia Græcorum, gravamina Germanorum, querelæ regnorum, certamina diuturna, bella ſanguinolenta, & in ipſa Italia Sedium ἀυτοκεφαλία: ut taceam quàm hoſtilibus armis illi ipſi Pontifices, & horum etiam ſumma Capita inter ſe colliſi fuerint, ſéque invicem diris devoverint, & cruentas cædes atque ſpectacula orbi dederint; unde Bernh. epiſt. ad Clerum in Rhem. Conc. congregatum, & aliàs ſæpe, Epiſcoporum, & ipſius etiam Papæ vitia taxat. Neque verò ſatisfaciunt, quando donationes, conceſſiones, privilegia & confirmationes Imperatorum & Principum jactitant, aut Conciliorum canones obtendunt: quo jure hoc factum, & quo prætextu, quibus tabulis atque teſtibus, quæritur: fidem patrimonium illud Petri, Conſtantini, Pipini, Caroli, Mathildis & plurium aliorum donationes faciunt. (t)

Verùm ut ad inſtitutum potiùs noſtrum revertamur, tam procul abeſt ut omnem in Eccleſia ordinem tollamus, ut primævum illum non

r) Bull. l. c. l. 2. p. 150. (s) Æn. Sylv. c. 60. 61. & 63. (t) Conf. Zuingl. T. 2. p. 135. a. & 625. b. Bull. l. all. p. 100. a. & 127.

non modò collaudemus, & utilem ſtatuamus, ac eundem hodiéque mordicus inter nos retineamus & colamus: adeóque cum Aug. ex Epiſt. 19. ad Hieron. dicamus; *Secundum honorum vocabula, quæ jam Eccleſiæ uſus obtinuit, Epiſcopatus Presbyterio major eſt.* (u) Vel igitur ἀρχιερεῖς, πατριάρχας, ראשי אבות, *capita Patrum* (x) Rabb. הגמונים à Gr. ἡγεμόνας, ductores, ſummos ſacerdotes, primarios Miniſtros; item פוקדים, Viſitatores, exploratores; vel *Epiſcopos, Intendentes, Attendentes, Antiſtites, Præſides, Inſpectores, Decanos*, Seniores, vel quocunque alio titulo tales appellaveris, haut magnopere laboramus, modò res ſe bene habeat, & ad primam originem omnia revocentur. Olim ergo tales Epiſcopi (quo honore major non dabatur) præſides tantùm fuerunt presbyteriorum, neque ſe presbyteros vocari indignè ferebant. 2. A clero & plebe electi, vel à toto presbyterorum collegio. 3. Nullam aliam agnoverunt Epiſcoporum conſecrationem, ſeu ordinationem, quàm quæ presbyterorum eſſet. (y) 4. Nullam ſingularem poteſtatem in ordinationibus paſtorum ſibi arrogabant: inde nec nominabant per ſe excluſo clero & populo ordinandum. 5. Nullam delegationem internæ hujus jurisdictionis ab Epiſcopis ad Presbyteros agnoverunt: unde nec ſibi ſolis eam poteſtatem uſurpârunt, quam ſibi cum Presbyteris communem crediderunt. 6. Jus judicandi de rebus fidei ſibi ſolis non tranſcripſerunt: ſed in Presbyteriis & Synodis, quibus frequentes intererant, cauſas definiendas proponebant. 7. Judicârunt jus ſibi cum Presbyteris commune eſſe; quare communibus omnium ſuffragiis omnia deciſa & decreta, etiam quod ritus ſpectat. 8. Nullam diſciplinæ Eccleſ. partem ſoli, excluſis Presbyteris, exercuerunt. 9. Omnem ſupra Presbyteros honoris prærogativam, voluntario eorundem conſenſui adſcripſerunt. 10. Olim oppidatim ferè fuerunt Epiſcopi, nec majori intervallo inter ſe diſtincti. 11. Verbi prædicationem inter præcipua officii ſui munia collocabant. 12. In veſtitu, victu, ſupellectili parciſſimi erant & continentiſſimi. (z) Ita non obſervabatur initio ſecularis & externa loci alicujus præeminentia & exaltatio, unde Epiſcopalis honos nulli certæ Sedi adſtrictus, ſed ambulatorius fuit: Poſtquam verò ad formam politicam, juxta urbium dignitates, Eccleſiarum Sedes exaltatæ, non modò decretum fuit à Conciliis, ut unus ſaltem in viliori loco Epiſcopus, ſed ut nonniſi unus ſit una in

¶ ¶ urbe

(u) Philal. 159. (x) Ioſ. 21. 1. (y) vid. Ambr. in 1. ad Timoth. c. 3. (z) Philal. à p. 143.

Digitized by Google

urbe,nullus autem in viliori loco. Inde quoque factum ſæpe,ut Chorepiſcopi i. e. rurales ſuggillarentur ab urbicis,poſtquam nempe hi poteſtatem in ſubjectum agrum ſeu diœceſin ſibi adſcripſere.Quanquam non ignoro,alios etiam,nempe Epiſcoporum vicarios ſuffraganeos, ſeu ſubſidiarios, hodie fortè apud nos Camerarios non malè dixeris, nomine Chorepiſcoporum intelligi poſſe, qui tamen hoc etiam ſenſu improbari poſſe aut debere mihi non videntur.

Stat igitur ſententia noſtra , quam ipſa ſalutaris confirmat praxis,eſſe debere in ſocietate Eccleſiaſtica ductorem aliquem, in capitulis,conventibus & ſynodis Præſidem ſeu primipilum. Sit Timotheus,ſit Titus filius Pauli,ſit in ſancta œconomia συμμετρία & proportio,& ſic quiſque in ſtatione ſua permaneat,modò locum habeat Pauli monitum: Col.2.18.19.(a) *Nemo adverſum vos rectoris partes ſibi ultrò ſumat, caput non retinens , ex quo totum corpus per commiſſuras & connexus ſuppeditatum & compactum,augeſcit Dei augmento.* In hoc igitur omnis conſiſtit cardo,ut inquiratur,quibus partibus abſolvatur horum Præſidum & προεστώτων officium, ne peccent in exceſſu, néve in defectu. 1.Ut prælucceant aliis eruditione, orthodoxia, labore, vigilantia,continentia & ſanctitate, adeóque optimorum morum nitore, humanitate,humilitate, modeſtia, conſtantia ; & omnibus illis virtutibus,quas Paulus 1.Tim.5.& 3.Tit.1. in genere ab omnibus presbyteris requirit. 2. Ut abſit omnis moroſitas,jactantia,faſtus,dominandi libido,conniventia,avaritia,&c. cogiténtque ſe nonniſi permiſſione & electione Eccleſiaſtica accepiſſe ſuam poteſtatem, cenſuræ ſynodi, atque etiam capituli ſubjectos ſe eſſe , juramento obſtrictos rationem Fratribus,cumprimis autem Magiſtratui reddere debere.(b) 3.Præter operam,quam proprio gregi impendunt,juvent Fratres,tanquam periti architecti,in communi Eccleſiæ ædificio, ceu experientiâ & longo rerum uſu verſati œconomi. 4. Viſitationes, eáſque ſerias,non tamen ſumptuoſas & oneroſas inſtituant,(c) in vitam & doctrinam Fratrum diligenter inquirant,acta conſignent,neceſſaria in ſynodis proponant, caveant, ne per negligentiam, aut favorem aut odium damni quid Eccleſia patiatur,ſed cauſam Dei, ſalutem Eccleſiæ forti & imperterritó animo defendant: ſynodos & conventus vel convocent, vel illis ſaltem interſint,negocia abſolvant & terminent. 5.Novitatibus ne

ſtudeant,

a) Eph.4 16.(b) Philal. p.4 & 138 (c) vid. Zepper. polit. Eccl. l.3.c.11.

ſtudeant, ſed Apoſtolicæ & piæ conſuetudini, præſcriptis limitibus fixi inſiſtant; civilia & aliena ne tractent.(d)6.Obedientiam Magiſtratui præſtent, aliis eandem inculcent, eúmque poſt Deum maximè venerentur, tanquam Vicarium Dei, defenſorem ac protectorem Eccleſiæ, cujus eſt edicta emittere, gladio uti & vindictam exercere, pœnas etiam malis infligere Miniſtris. (e)

At verò ne commentaria loco epiſtolæ ſcribere videar, ad Vos tandem, Viri admodum Reverendi, Vigilantiſſimi, Daduchi ſolertiſſimi, Fideliſſimi, Fratres & Fautores plurimùm colendi, accedo, rationem redditurus, quî factum, quòd tertii hujus ſeculi Res Eccleſiaſticas, à me deſcriptas, Honorificentiſſimo Nomini Veſtro inſcribam, Patronóſque Operis Vos aſciſcam, nempe quia hi Vos eſtis, qui ſingulari Dei nutu & benignitate in ſpecula & cathedra Epiſcopali conſtituti, non modò in greges Veſtros, ſed & in ipſos Fratres intenditis, nec ætate modò, promotione, meritis, honore, ſed vitâ etiam, fervore, vigilantiâ, eruditione, experientiâ præceditis, adeóque ceu veri & genuini ſucceſſores, veterum Eccleſiæ Inſpectorum, ſeu Epiſcoporum veſtigia premitis. Eam Vos laudem meremini, quòd non modò ametis ipſi, ſedulóque tractetis veræ & Apoſtolicæ antiquitatis ſtudium, ſed idem quoque Fratribus Veſtris ſeriò inculcetis & commendetis, adeóque, ceu in hoc ſtudiorum genere verſatiſſimi & peritiſſimi, de laboribus meis omnium rectiſſimè judicare, & ſi ita res exigat, magno mihi ſolatio & præſidio contra tela adverſariorum eſſe poſſitis. Accedit ingens deſiderium meum, quo toti orbi manifeſtum faciam, quanto beneficio Ter-Maximus DEUS obſtringat ſibi Reformatas Helveticas Eccleſias, dum illis non modò almam pacem, ſed & duplicem corporis atque animæ ſummam libertatem concedit, & eam quidem, in qua ab intolerabili ſervitutis jugo ſoluti, à ſpiſſiſſimis tenebris, ab erroribus graviſſimis liberati vivimus in ſumma Evangelii claritate, in ſalutari doctrinæ puritate, in veterum rituum ſimplicitate, in diſciplinæ Eccleſiaſticæ antiquo & Apoſtolico exercitio, cujus Vos moderatores & cuſtodes eſtis quàm diligentiſſimi. Unum hoc reſtat, ut Deum calentiſſimis votis gratiam rogemus, cujus vi & virtute vitam vocatione noſtra dignam vivere, divinam bonitatem nobis propitiam retinere, hæc tanta beneficia ad ſeram poſteritatem propagare, Vobis

Eccle-

d) Philip.3 2. (e) confer Bull. de Epiſc. l.2 c.10. f.

Eccleſiæ luminibus & columinibus quàm diutiſſimè adhuc frui poſſimus. Ut autem optima me ſpes fovet, non ſiniſtrè interpretaturos Vos meam hancce in Vos confidentiam, ita quâ par eſt obſervantiâ enixè contendo, ut iſthoc qualequale mei erga RR. VV. cultûs atque affectûs μνημόσυνον benevolè acceptare, mihi ſtudiiſque meis favere ne dedignemini. Ita ergo vivite, valete, bene habete.

Reverentiarum Veſtrarum

Sincerus Cultor

JOH. HENRICUS OTTO,

Hiſt. Eccl. Prof.

ECCLE-

ECCLESIASTICORUM ANNALIUM

NOVI TESTAMENTI

CENTURIA III.

JESU CHRISTI *Annus* 201. An. 201.

SEVERI *Imp. Annus* 7.

§. 1.) VIctoris P. an. 8. Coſſ. Anulinus & Fronto, quos Calviſius pro more ad an. 199. collocat. Eccleſiæ autem conditio hoc ſéculo melior non fuit, ſævientibus in Chriſtianos Imperatoribus Ethnicis, ac hæreticis plurimis, quibus tamen viri inſignes ſeſe oppoſuerunt, martyres etiam ſanguine ſuo teſtimonium veritati perhibuerunt, dono miraculorum haud rarò accedente. Utut verò pii atque prudentes Eccleſiæ Miniſtri hoc ſeculo extiterint, tamen ex Canonibus & Actis Conciliorum, ex ſcriptis doctorum, atque aliunde videmus, in variis vel dubitari, vel deformari cœptum, utpote in ordinandorum vita & abſtinentia, ac ritibus Eccleſiæ variis; in diſciplinæ exercitio atque ſatisfactione, quanquam diſſimiliter hæc pro locorum & Eccleſiarum diverſitate ſervata ſunt. Ita placuit Patribus ſequioribus aliquos ritus Sacramentis & ſimplicitati primitivæ adjicere, qui paulatim hominibus alios aliis aggerentibus crevere; eo quidem animo, ut partim ad ornandum & cohoneſtandum hoc ſuggeſtu myſterium, partim etiam ad fidelium animos ædificandos inſervirent. At quàm

Introitus in hoc ſeculum, ſeu ſtatus Eccleſiæ.

Digitized by Google

An.201. quàm ſapienter & utiliter eventus docuit. Ea ipſa autem rituum diverſitas, quæ in diverſis obtinuit Eccleſiis, probat illos ritus abſolutè neceſſarios non eſſe, & ab Apoſtolis vel non traditos, vel liberè adhibitos ſeu permiſſos fuiſſe, & pleraque ab iiſdem non fluxiſſe. Quamobrem novitatis indicium eſt, quando in prioribus ſeculis nulla horum vel illorum dogmatum & rituum fit mentio, utpote de uſu imaginum illarúmque adoratione, de chriſmate, & ſimilibus: talia quidpe dogmata & ceremoniæ vel ignorata, vel diſputata, vel deſinita vocari poſſunt. Operæ itaque pretium faciunt viri docti, dum eos tractatores eruunt & indicant, qui primi harum vel illarum rerum mentionem faciunt adeoque originem illarum oſtendunt.

§. 2.) Quia miles Chriſtianus, dum Imperator munera dedit populo, & numos militibus, (a) noluit coronam lauream donativum accepturus in capite geſtare, qui tamen mos etiam apud Chriſtianos reliquos milites obtinebat, ideo à præfecto militiâ depoſitus, fuſtibus cæſus & in carcerem detruſus fuit, id quod occaſionem Tertulliano librum de corona militis conſcribendi, & alia crimina objecta diluendi dedit. Et quia hicce miles ab ipſis Chriſtianis fuit reprehenſus, ſicut Tertull. c. 1. docet, ideo ipſe hic Tertullianus graviter indignatus in ipſos etiam Romanorum Chriſtianorum antiſtites inſurgit. Unde eò quoque prolapſus, ut dicat c. 11. *Puto prius inquirendum, an in totum Chriſtianis militia conveniat.* (b) Itaque de hoc Calviſius, abſente Severo Plautianum præfectum urbis, hominem avariſſimum & crudelem, occaſione ſumta à milite quodam, Chriſtianam religionem liberius profitente & militiam denegante, perſequutum Chriſtianos ac plurimos interfeciſſe. (c)

Convitia in Chriſtianos. §. 3.) Diverſos autem perſequendi Chriſtianos prætextus ſumpſiſſe Gentiles Tertullianus in Apologetico oſtendit, ubi in fine docet, Chriſtianos *Sarmentitios* & *Semiſſios* (alii habent *Semaxios*, *Semaxarios*) appellatos, *quia ad ſtipitem dimidii aſſis* (al. axis) *revincti ſarmentorum ambitu exurimur.* Baron. ad Martyrol. Rom. 6. Jan. lit. c. Semaxii dicuntur à dimidii axis ſtipite. Zimmerm. §. 119. ex Franc. Junio: erant juſti aſſes, axes ſeu aſſeres pedum duodenûm vulgò apud Cæſ. l. 2. de bello civili. Alibi dicuntur ad *palum ligari*: vide ſcholia Pamelii: item *tunica moleſta ſeu ardenti indui.* Erat autem veſtis ex charta facta, pice inlita, in qua ignibus pœnæ addicti ardere ſolebant: ſeu, ut Scaliger habet, induſium erat litum, quo ſontes tæda & papyro circundati ſuperveſtiebantur. Inde etiam *Cerei* dicti illi Chriſtiani. Iterum Tertull. c. 7. l. all. *Dicimur ſceleratiſſimi de Sacramento infanticidii, & pabulo inde & poſt convivium inceſto: quod everſores, canes, lenones, ſcilicet tenebrarum & libidinum impiarum invercundiam procurent.* Apud Minutium Felicem dicta *natio latebroſa & lucifugax*, nimirum ob antelucanos cætus, de quibus Plin. Jun. l. 10. ep. 97. Et Cœcilius apud laudatum

a) *Herodian. l. 3.* (b) *vid. de Dom. l. 6. c. 8. § 21. & Kortholt. à p. 241.* (c) *vid. Bar. §. 39.*

tum Minutium: *Infantis ſanguinem ſitienter lambunt, hujus certatim membra diſpertiunt, hac fœderantur hoſtia.* Quam quidem objectionem magno errore ad ſuam tranſſubſtantiationem Latini detorquent. Athenagoras in Apol. *Trium flagitiorum infamis rumor de nobis ſpargitur, impietas quæ Deos tollat, epulæ Thyeſteæ, concubitus inceſti.* Vide Juſtin. in dial. cum Tryph. & Theophilum ad Autolycum l. 3. alios. *Aſini, aſinini, aſinicolæ* tam Judæis, quàm Paganis Chriſtiani vocati, de cujus adpellationis cauſa variant docti: vid. Zimmerm. §. 109. & Bar. §. 26. 27. Audiebant inſuper *athei, thytæ, anthropophagi, libidinoſi, generis humani hoſtes, Magiſtratûs, templorum, rituum, feſtorum, idolorum ſeu Deorum contemtores & oſores: arenarii, biothanati, Galilæi: Sibylliſtæ,* quòd adverſus Ethnicos, Sibyllarum teſtimoniis pro Chriſtiana religione uterentur. *Temerarii, perditi, deſperati, pallidi, trepidi: pauperes, è face hominum ſordidáſque artes tractantes: rudes, ſtulta credulitate decepti:* Conſule Zimmerm. à §. 112. Arnd. Ant. l. Chriſtiani §. 7. & 32. *Convitia, quibus veteres pulſati ſunt paſſim Chriſtiani, ad 5. claſſes referri commodè poſſunt. 1. Vel enim pertinent ad religionem. 2. Vel ad mores. 3. Vel ad ſcientiam & doctrinam. 4. Vel ad politiam. 5. Vel ad genus vitæ privatum.* &c. Adde Kortholt. à p. 26. Calviſii Chron. ad an. 64. alibi. An.201.

§. 4.) Circa hoc tempus *Tertullianus* jam ad Montaniſtas deſciviſſe Baronio videtur, quia non modò in Eccleſiæ orthodoxæ antiſtites invehatur, ſed fugam quoque tempore periculi illicitam eſſe contendat. Utut verò prolixiùs de Tertulliano hoc anno tractet Baronius, ea tamen pro methodo noſtra ad an. 116. reſervavimus. Hujus lapſum & defectionem non malè τῇ ἀπιστίᾳ ipſius, quâ quibusve fidem facilè nimis adhibuit, tribuunt; alii verò invidiæ erga Victorem conterraneum; alii quòd ad altiores honores aſſurgere nequiverit. *Tertulliani defectio.*

§. 5.) Ex Hieronymi & Trithemii ſententia vixit *Rhodon* genere Aſianus, Tatiani Romæ diſcipulus. Plurima edidit, utpote adverſus Marcionem, adverſus Phrygas, in Hexemeron &c. vide Euſ. l. 5. c. 13. Friſ. in Bibl. *Rhodon.*

Arabianus quædam de religione Chriſtiana ſcripſit. *Arabianus.*

Heliodorus in Græcia Epiſcopus Æthiopicam hiſtoriam, ſeu potius fabulam, ut Tirinus vult, X. libris conſcripſit: impreſſ. Baſil.

Obitum *Lucii* Britonum Regis Spelmannus (*d*) ex Matth. Monaſt. huc collocat, mortuumque Claudioceſtriæ, atque ibidem ſepultum dicit: quibus ſubjungit Spelmannus: *Quid in Eccleſiis Britannicis actum ſit poſt deceſſum Lucii uſque ad Diocletianam perſecutionem (i. e. per annos 80. vel paucos ſupra) nihil, quod ſciam, in hiſtoriis noſtris proditum. Ab Origine autem (in Ezech. hom. 4.) qui eo floruit intervallo, religionem etiam & hic floruiſſe intelligas* &c. *Lucius R. moritur. vid. an. 183.*

d) *in Concil. Angl. p. 36.*

Digitized by Google

JESU CHRISTI *Annus* 202.
SEVERI *Imp. Annus* 8.

Scillitani martyres. §. 1.) Victoris P. an. 9. Coſſ. Claudius Severus & Aufidius Victorinus. Cardinalis noſter *Scillitanorum* martyrum acta quidem nobis hoc anno proponit, ut & in Martyrol. ad 17. Julii, verùm nonniſi ex M. S. Vaticano, Beda, Uſuardo & Adone: quidquid tamen ſit, ex illis manifeſtum, eos, etiam in ipſo agone, nonniſi unum adoràſſe Deum, unde ſic inter alia: *Deo gratias conferimus, qui dignatur nos hodie martyres accipere in cœlis pro confeſſione ſua.* Quibus dictis cum ducti eſſent, flexis genibus unanimiter, cùm iterum gratias Chriſto agerent, truncata ſunt ſingulorum capita. De his quoque, ait Dallæus (e) *hoc obſervandum, quòd cùm à proconſule de Scripturis interrogati fuiſſe narrentur, & alia non pauca ſigillatim de eorum paſſione in his actis habeantur, nulla planè iſtic vel imaginum, vel crucis, vel reliquiarum mentio fit.* (f)

Iurandi formula. §. 2.) Saturninus Proconſul Sperato dixit: *Jura per genium Regis noſtri.* Reſpondit Speratus: *Ego Imperatoris mundi genium neſcio, ſed cœleſti Deo meo ſervio* &c. Itaque nonniſi Deum unum ſe colere, adorare, & per eundem jurare Speratus profitetur. Variæ olim tam apud infideles, quàm apud fideles, juramenti formulæ in uſu fuerant, quin & ritus atque geſtus, de quibus Seldenus in Synedrio l. 2. c. 11. ubi §. 3. de Græcorum, Africanorum, Romanorum, aliorum ſolemnibus formulis: §. 4. de Philoſophorum, Theologorum, Aſtrologorum, diſcipulos ſuos adjurandi modis: §. 5. de Muhammedanorum juramentis: §. 6. de Chriſtianorum circa juramenta ſcitis & moribus: §. 7. de Judæorum per res alias, præter Deum O. M. §. 2. de juramento per nomen aut cognomen aliquod Dei O. M. Plures jurandi formulas vid. apud Lavaterum, Muſculum, inpr. Eberti Jacobi hiſtoriam. Brevibus per ullas jurari creaturas Verbum Dei prohibere aimus, qua de cauſa Judæi reprehenſi Jer. 5. 7. c. 12. 16. Quòd verò legimus Joſephum per vitam Pharaonis: (g) Abigaelem per animam Davidis: (h) Eliſæum per animam Eliæ (i) juràſſe, ſciendum non fuiſſe religioſa juramenta, ſed uſitatas atteſtationes & aſſeverationes, vel quaſi oppignorationes &c. vid. Martyrem, Illyricum in Clavi, alios.

(e) *de ador. l. 1. c. 9. p. 78.* (f) *vid. Kortholt. à p. 254.* (g) *Gen. 42. 15.* (h) *1. Sam. 25. 26.* (i) *2. Reg. 2. 2.*

JESU

Digitized by Google

JESU CHRISTI *Annus* 203.
SEVERI *Imp. Annus* 9.

Victoris P. tranſitus.

§. 1.) Zepherini P. an. 1. Coſſ. Annius Fabianus & Nonius Mucianus. Victor P. martyrio tollitur: vid. Martyrol. 28. Julii. Blondellus *(a)* ab anno 186. ad 197. mihi ab anno 188. ad 199. ſediſſe ex Eccleſiæ Rom. tabb. conſtare dicit, Euſebiümque corrigit chronico & hiſtoria ipſius collatis. Sedit an. 10. m. 2. d. 10. juxta Damaſum & Bar. at juxta Coſter. ſedit an. 12. m. 1. d. 28. Platinæ an. 10. m. 3. d. 10. Fridl. an. 8. Carr. an. 10. m. 2. Collect. Pariſ. T. 1. p. 255. an. 9. m. 1. d. 28. Duabus ordinationibus fecit Presbyteros 4. Diaconos 7. Epiſcopos 12. Sepultus in Vaticano apud Petrum. De ejus Decretalibus ad an. 198. jam actum. Statuiſſe quoque Victorem ajunt, (*b*) *ut illis, qui Euchariſtiam ſumerent, nec odium in proximum remitterent, ſacris interdiceretur.* Quaſi verò ipſa Evangelica vox non idem hoc præcipiat? vid. Matth. 18. 17. c. 6. 14. &c. Quid ſibi Damaſus velit, dum ait: *Hic fecit ſequentes Cleros*, haud divino, nî juxta Blondel. (*c*) Acoluthos ſeu Ceroſcerarios intellexeris. Idem Blond. (*d*) non quidem negat Collegio cuique tum temporis Caput, ipſas tamen Eccleſias Presbyterorum regimini ſubditas fuiſſe, idque ex epiſtola Victoris ad Dionyſium Viennenſium, & Paracodam Dionyſii ſucceſſorem probat. Ordinâſſe fertur, *ut nonniſi Sabbatho S. quo cereus conficitur, extra caſum neceſſitatis baptizetur.* (*e*) At ſemper baptizârunt viri Apoſtolici. Ex Victoris hiſtoria liquet, alias Eccleſias magni quidem feciſſe Romanam, idque varias ob cauſas, ac in nonnullis, liberè tamen & abſque præſcriptione, illam imitatas: at ſi alias Eccleſias premere & urgere volebat Romana, tum maſculè ſe illi oppoſuiſſe, tantique communionem illam non feciſſe: viſe Bulling. de Epiſc. inſtit. l. 2. c. 14. p. 141. coll. cum Euſ. l. 5. c. 24.

Zepherinus fit P.

Victori ſucceſſit *Zepherinus* Romanus: Damaſo electus dicitur anno 200. id eſt Coſſ. Saturnino & Gallicano: Starav. an. 204. Carr. 208. cui etiam eſt Num. 14. Platinæ & Coſtero 16. Starav. 17.

Felicianus Epiſc.

Inter alios Epiſcopos à Victore inſtitutos eſt *Felicianus* Fulginatenſis, ex ſententia Bar. §. 2. cujus memoria d. 24. Jan. celebratur. Ita de hoc Italia S. T. 1. p. 731. Felicianus anno 189. Romæ doctorum applaudente ſenatu magiſter artium conſalutatus, ab Eleuthero ſacerdotio initiatus, cui deinde à ſecretis conſiliiſque fuit, factus Floroflaminienſis, poſtea Fulginii Epiſcopus an. 203. numero quartus. Emiſſus à Victore cum poteſtate hinc in-

a) de Epiſc. p. 34. (b) Starav. p. 15. (c) de Epiſcopis p. 32. præf. (d) p. 34. (e) Hoſpin. de feſt. Chr. p. 68.

An.203. de ad prædicandum & ordinandum, templa & baſilicas extruxit: à Decio mitis cruciatibus ſublatus anno 254. In Gallias translatus anno 969. Bar. T. 10. teſte: & tamen Fulgini quoque proſtat, ubi patronus loci præcipuus colitur. Primus ibi extitiſſe perhibetur Episc. Chryſpoldus ſ. Chryſpolitus: ſublatus an. 93. 12. Maii. II. Britius: extinctus an. 97. 9. Sept. à quo vacavit ſedes ad 174. quo Chriſtianus ſequutus. At quî acta Feliciani cum illis temporibus conveniunt.

Perſecutio in Africa. §. 2.) Scapula proconſul perſecutionem in Africa contra Chriſtianos movet, non quidem ex quodam Imperatoris edicto, ſed ex mandato Plautiano, ut in eos, qui Majeſtatis ſuſpecti eſſent, animadverteret, quales nulli alii, quàm Chriſtiani putabantur, quia per Imperatoris genium jurare nolebant, ſempérque de Chriſti Regno diſſerebant. Unde quemadmodum Tertullianus Apologeticum antehac Romæ; ſic iſdem anno eodem reverſus Carthaginem ad Scapulam ſcripſit declamatorium potiùs, quàm ſupplicem libellum, quò violentos illius impetus ſiſteret, adductis inter alia variis prodigiorum portentis, utpote imbrium excreſcentium, ignium in cœlo apparentium, horrendorum tonitruum, & portentoſi ſolis defectus. Inde verò quæſtio de juramento orta, quod quemadmodum poſtea ſub Chriſtianis Impp. puta Gratiano, Valentiniano, Theodoſio, nulli alii milites ferebantur, niſi qui in SS. Trinitatis fidem jurarent, ſicuti formula apud Vegetium extat, ita ſub Gentilibus Impp. omnes ſtipendia facientes per eorum genios jurare tenebantur, & quia Chriſtiani milites facere iſthoc, vel etiam ſacrificare recuſarent, capitis pericula ſubivere. Hactenus ex eodem Tertulliani ad Scapulam libro exiſtimat Lipſtorpius (f) Severum non habuiſſe animum à Chriſtianis alienum: at deinceps eam commotam perſecutionem ait ex Euſ. l. 6. c. 6. ut Judas quidam ſcriptor prædictum Antichriſti adventum jam tum appropinquare putaverit. Cauſam perſecutionis allegat Tertullianus, quòd ab oſoribus Chriſtiani nominis delati fuerint fideles, quaſi in adventu Victoris Imperatoris in urbem ſoli Chriſtiani prætermiſiſſe viderentur officia ab omnibus exhiberi ſolita lætitiæ publicæ.

Symmachus. §. 3.) *Symmachus* poſt Aquilam & Theodotionem Paraphraſin Græcam in S. Scripturam adornat. Euſebio eſt Ebionita. Athanaſio & Epiph. Samarita, quorum ille profeſſionem, hi genus reſpiciunt. Is cùm exoſus eſſet Ebionitis propter faſtum & ambitionem, ab ipſis ad Judæos tranſiit, & more transfugarum, attracto priùs præputio, denuò circumciſus eſt: quod ſolenne illis fuit, qui à Judæis ad Samaritanos, aut à Samaritanis ad Judæos tranſibant, Epiphanio teſte: quò etiam Paulus reſpexiſſe videtur. 1. Cor. 7. 18. Eò autem operam ſuam contulit, ut receptas à Samaritanis verſiones evertere & paulatim abolere poſſet. Ejus interpretatio quartum locum obtinuit

f) *de Mon. Pap. p.* 39.

tinuit in hexaplis Origenis. Contrariam autem ab Aquila translationis viam ingreſſus, nec enim verba ex verbis, ſed ſententias ex ſententiis, juxta intelligentiæ ordinem exprimit, nominaque quoque propria, uti decebat, integra ſalváque retinuit, vid. Lambec. B. T. 3. p. 262. Alii verò longè erant *Symmachiani* hæretici, ab alio ejuſdem nominis ſic dicti, qui & *Patriciani*, ſub Arcadio orti: vid. Aug. c. 61. ultimum judicium negabant, carnémque humanam à Diabolo aſſerebant. Ab interprete autem ii Symmachiani orti, teſte Ambr. Epiſtolâ ad Galatas, qui à Phariſæis ſuam ducebant originem, ac Legem miſcebant cum Evangelio, qui Chriſtum merum hominem ſtatuebant, aſſerebant Chriſtum de Joſephi & Mariæ concubitu natum. Is commentarios conſcripſit, in quibus conatur de Evangelio ſecundùm Matthæum, authoritatem ſuæ hujus hæreſis confirmare. An. 203.

Scotia converſa.

Scotiam hoc anno ſub Donaldo I. Rege XXVII. converſam Forbeſius (*g*) ex Jo. Leslæi l. 3. de geſtis Scotorum dicit: nec longè Baronius ad an. 429. à §. 1. inpr. §. 4. abludit, qui ſub Victore id accidiſſe putat. Ad quæ Uſſerius. (*h*) Hector Boëticus, inquit, in Scotorum Regum Catalogo mendoſiſſimo, anno 216. Donaldo primo apud eos Regi Chriſtiano filium Ethodium ſucceſſiſſe narrat. Noſtri verò Chronographi Chonarem tùnc ſummum Hiberniæ Principatum tenuiſſe, & Dal-riedæ dominium (unde Dalrendinorum, ſive Scotorum Albienſium Regnum longè poſt hæc tempora duxit originem) filio ſuo Cairbri-riedæ, ſive Eocheigriedæ poſt ſe reliquiſſe ſcribunt. Idem Uſſer. (*i*) Donaldus Scotorum Albienſium Rex cum gente ſua, Paſchaſii Siculi, & aliorum doctorum, à Victore Rom. illuc miſſorum operâ, fidem Chriſtianam ſuſcepiſſe dicitur. De Script. Scot. l. 3. c. 1. p. 14. ed. Ger. Donaldus XXXII. Scotorum Regnum anno 200. à S. Ferguſio ſuſcepit.

S. Albanus.

S. *Albanus* in Britannia paſſus perhibetur: Bar. §. 144. & in martyrol. ad 22. Junii. Id Chronol. Sax. ad an. 283. collocat. Confer Bedam de geſtis Angl. l. 1. c. 6. 7. Ubi Albani paſſionem ad perſecutionem Diocler. refert, circa an. 286. ibi etiam commemoratio ejus à Saxonibus celebrata. Ib. c. 7. Carnifex ſine baptiſmo mortuus ſeu non purgatus tamen ſervatur.

(*g*) *Inſtr. l. 3. c. 30. §. 11.* (*h*) *Ant. Brit. p.* 1080. & *p.* 610. & 614. (*i*) *ib. p.* 612--615. & 1079.

JESU

JESU CHRISTI *Annus* 204.
SEVERI *Imp. Annus* 10.

§. 1.) Zepherini P. an. 2. Coſſ. Severus Aug. III. & Antoninus F. Auguſtus. Imperator Parthico bello confecto in itinere Alexandriam petens, ut docet Spartianus, Judæos fieri ſub gravi pœna vetuit, idémque de Chriſtianis ſanxit, ac ſpeciale reſcriptum Romam dedit, quo Præfecto urbi cognitionem tribuit Collegiorum illicitorum, nempe conventuum Chriſtianorum (*a*) adeoque Perſecutionem ſive quintam, ſive ſextam (*b*) graviſſimam movit. De hac Eutychius Patriarcha: (*c*) *Severus vir nequam fuit, magnarum Chriſtianis calamitatum multorúmque cruciatuum author, ejus tempore martyrium ubique ſubierunt Chriſtiani quam plurimi. Tum & in Ægyptum profectus omnes, qui ibi & Alexandriæ eſſent, Chriſtianos interemit, & Eccleſias diruit, extructo Alexandriæ templo, quod Deorum templum vocatum eſt.* Hinc multi Severum Antichriſtum eſſe putârunt. (*d*) Num verò in metropoli Imperii, Romæ parſum fuiſſe templis, martyriis, & ipſis Chriſtianis cenſeas?

Perſecutio.

§. 2.) De *Philippo Auguſtali* in Ægypto Præfecto, propter Chriſtianam religionem mandato Imperatoris confoſſo, ejúsque filia *Eugenia* & uxore cognomine, quæ refert Baronius, (*e*) item de *Euphroſina*, monaſteriíſque Alexandrinis, ea legendis jure adſcribimus. Idem Annaliſta §. 7. magna audacia in actis hujus Philippi corrigi jubet, quod iſtic in omnibus exemplaribus legitur, Philippum illum fuiſſe factum Alexandriæ Epiſcopum, quòd nempe craſſum manifeſtúmque mendacium actuum illorum falſitatem evidenter argueret.

Philippus Auguſtalis.

Eodem anno *Leonidem* capite truncatum volunt, (*f*) quem filiolus Origenes ad martyrium roborabat, miſſa epiſtola. *Cave tibi ne propter nos aliud quid cogites.* (*g*) Ejus memoriam habes ad 22. Apr.

Leonides.

Inter cœtera verò hæc cumpr. Gentiles noſtris exprobrârunt & objectârunt, quòd Deos contemnerent, quos tamen ipſi Imperatores colerent, & quos Majores ſint venerati, quòd novo ſuo cultu variam calamitatem imperio & orbi inferrent &c. ut ex Tertulliani Apol. atque aliunde liquet: unde videas quidnam antiquitati, amplitudini, felicitati &c. hodieq; tribuendum. Kortholt (*h*) exiſtimat cauſam perſecutionis præcipuam fuiſſe, quòd fideles læſæ Majeſtatis rei haberentur, eò quòd Imperatorem non ritè colerent,

vid. an. 201. §. 3.

Ib. §. 2.

(*a*) *Bar.* §. 12. (*b*) *Kortholt à p.* 228. *inpr.* 232. *&* 239. (*c*) *p.* 372. (*d*) *Kortholt.* 247. (*e*) §. 6 *Spond.* §. 3. *Martyrol. ad* 13. *Sept.* (*f*) *Huetius in Orig. l.* 1. *c.* 1. §. 8. (*g*) *vid. Euſ. l.* 6. *c.* 1. *& ſeqq.* (*h*) 240.

lerent, unde illis Tertullianus inter alia reſpondet: Vitam prolixam (expanſis manibus optamus Imperatori) imperium ſecurum &c.

JESU CHRISTI *Annus* 205. An. 205.
SEVERI *Imp. Annus* II.

§. 1.) Zepherini P. an. 3. Coſſ. Plautianus Sillanus II. & Geta Cæſar. *Origenis tyrocinia.* Origines anno præcedenti vix ac ne vix quidem à matre cohibitus, quò minus Leonidi parenti ſocium ſe martyrii adjungeret: Euſ. l. 6. c. 2. jam omnibus exutus variè ſibi proſpicere fuit coactus, inter alia Grammaticorum præceptorum ſcholam aperuit, poſtea terrore perſequutionis doctoribus ferme omnibus diffugientibus, Alexandriæ S. Scripturæ interpretationem an. æt. 18. feliciter & cum applauſu aggreſſus eſt: Euſ. c. 3. Dives autem vidua Alexandriç Chriſtianos fovens Paulum hęreticum adoptavit, nutrivitq; Originem patre orbum, unde is nonnihil veneni ſuxit. Tam diligens autem fuit Origenes, ut ſtudia ſua egregiè promoverit, unde Gentiles veritatis cupidi, fugatis metu Eccleſiæ doctoribus, ſacra dogmata ab hoc adoleſcente ſibi exponi voluerunt: ſic motus Demetrius Catechiſtam Origenem conſtituit. Itaque Literatoris ſeu Grammatici & Catechiſtæ munus ſimul ſuſtinuit. (*a*) Quàm ſtrenuus itaque ac indefeſſus in inſtituendo, coarguendo & monendo fuerit Euſ. l. 6. c. 8. docet. Atqui hæc geſta antequam Presbyter factus. Ei tandem Cæſareenſis & Hieroſ. probatiſſimi ac celeberrimi Epiſcopi, manus ad Presbyterium Cæſareenſe impoſuerunt: id quod Baronius quidem ad annum 230. (*b*) Spond. ad 217. collocant. (*c*) Vel inſcio, vel invito Deme- *vid. an. 230.* trio Alexandriæ Epiſcopo gradum Presbyterii adeptum fuiſſe Origenem hiſtoria docet, unde Demetrius hicce tum Origeni ſui caſtrationem exprobravit, tum ejus promotoribus, inuſitatum eſſe, ut præſentibus Epiſcopis Laici concionentur: ad quæ Alexander Hieroſ. & Theoctiſtus Cæſareenſis ita reſpondent, ut dicant, Origenem puerum ex nimio Zelo olim ſe eunuchum reddidiſſe, eum ob virtutem & eruditionem ſummo honore dignum, *vid. an. 208.* omnibus denique eſſe probatum, neque inuſitatum illius exemplum. Ad hæc ita Zepperus. (*d*) *Cùm temporis progreſſu*, inquit, *Eccleſia ita creſcerent, ut Epiſcoporum, vel Presbyterorum in verbo laborantium numerus non ſufficeret, & diſſidia atque ſchiſmata magis magisque inſuper oborirentur, Presbyteris quoque, qui diſciplinæ potiſſimùm deſtinati erant, & Diaconis pauperum, prædicandi munus commiſſum fuit. Quare cùm Demetrius Alex. Epiſcopus Origeni vitio haberet, quòd nondum Presbyter concionetur coram Epiſcopis, ídque inauditum hactenus affirmaret: Origenis contra Demetrium defenſionem ſu-*

a) *Huet. in Orig. l. 1. c. 1. §. 9.* (*b*) §. 2. (*c*) §. 4. (*d*) *Polit. Eccl. l. 2. c. 1.*

An.205. *ſcipiunt Alexander & Theoctiſtus, ſæpe hoc Epiſcoporum juſſu & permiſſione factum oſtendentes, ut eſt apud Niceph. l. 5. c. 14.* Confer. Orig. in Pſal. 37. homil. 1. item Concilii Vaſ. 4. can. Rectè vulgò de Origene pronunciant, quòd ubi bene, nemo meliùs; ubi malè, nemo deterius. (*e*) Origenem verò haud rarò inter truculentas haſce perſequutiones latebras quæſiviſſe à vero haud alienum, neque Evangelicæ libertati contrarium. (*f*)

Martyres. §. 2.) De pluribus veritatis teſtibus Bar. à §. 7. Spond. à §. 5. agunt, quæ ſingula exempla cujus ſint commatis, cuique ex collatione perſpectum fieri poteſt. de *Plutarcho* & *Potamia* martyrol. ad 28. Junii. de *Baſilide* & *Cajo* ad 30. Junii. Confer Euſ. l. 6. c. 4. al. 5. item Korholt. p. 250. de *Perpetua* & *Felicitate* Bar. §. 21. martyrol. 7. Mart. item Hoſpin. Kortholt. p. 252. Lipſt. de Mon. P. 39. de *Andeolo* Bar. §. 27. martyrol. 1. Maii. Serapio 13.
de fuga. Julii. de *Rutilio* 2. Aug. de *Liberio* 30. Dec. Orthodoxi etiam quidam hac in parte Montaniſtas ſequentes fugam illicitam eſſe crediderunt, quin ſponte ad martyria ſe obtulerunt & quaſi proruerunt: contrà rectè alii, iique ſaniores, à præſidibus liberum religionis cultum pecuniâ redemerunt, contra quos Tertullianus jam Montanizans (*g*) libro de fuga in perſecutione invehitur. Inter alia c. 11. *Sed quum ipſi autores i. e. ipſi Diaconi, Presbyteri & Epiſcopi fugiunt, quomodo Laicus intelligere poterit* &c. ubi obſerva, tres illius tempore gradus fuiſſe in ordine Eccleſiaſtico, ita tamen ut Epiſcopatus à presbyteratu nonniſi ordinis ratione diſtincti fuerint. De fuga locos communes Muſculi, Aretii, alios conſule, ubi tempora, perſonas & modum fugæ eſſe obſervanda videbis. Quemadmodum verò Tertullianus, quamvis fugam abſque ratione improbavit, ita viciſſim rectè hic idem in Scorpiaco contra Gnoſticos calamum ſtrinxit, qui martyres & martyria rejecerunt. (*h*)

Irenæus. §. 3.) In eadem perſecutione, juxta alios anno incerto, Blondelli calculo (*i*) anno 197. mactatus Irenæus cum omni propemodum grege ſuo Lugdunenſi: vid. Hier. in catal. Adon. in chron. martyrol. ad 28. Junii. Forbeſ. Inſtr. l. 1. c. 3. §. 16. Micræl. hiſt. Eccl. l. 2. §. 1. p. 56. Ejus obitum Lambec. B. T. 3. p. 268. ad an. 211. ponit. Quo cenſu veteres Irenæum habuerint inde facilè liquet, quòd nonmodò præter alios viros Apoſtolicos audivit olim Polycarpum, ſed ab eodem etiam in Galliam miſſus, quòd ab Eccleſia Gallicana Romam ad Eleutherium Eccleſiaſticæ pacis gratiâ miſſus, quòd Irenæus Romæ multa cum hæreticis egit, quòd Victorem Rom. acriter per epiſtolam reprehendit &c. Theodoreto dial. 1. dicitur φωςὴρ γαλατῶν τῶν ἑσπερίων: Et Greg. Turon. l. 1. c. 27. *in modici temporis ſpatio prædicatione ſua maximè in integrum civitatem reddidit Chriſtianam.* Confer Euſ. Bar. à §. 28. Galliam Chriſt. T. 1. 291. alios. Quæ ſcripſerit vid. Hier. in Cat. Euſ. l. 5. c. 20. conf. Lambec. B. T. 3. p. 248. Eraſ. præf. in Iren. Friſ. in

(*e*) *Otto Friſing. hiſt. l. 3. c. 28.* (*f*) *Bar.* §. 6. *& in eum Huet. in Orig. l. 1. c. 1* §. 10. (*g*) *Bar. à* §. 12. (*h*) *vid. Bar.* §. 19. *Dallæ. de ador. l. 1. c. 17. à p. 153.* (*i*) *de Epiſc. p. 32.*

Digitized by Google

in Bibl. Bellar. Tirin. Gerh. Arnd. antiq. p. 879. Rivet. Crit. S. l. 2. c. 6. An. 205.
Hodie nonniſi contra hæreſes opus reſtare affirmant, quod tam fuit Euſebio commendatum, ut illud frequenter citare ſoleat, utpote l. 2. c. 13. l. 3. c. 18. l. 4. c. 10. 11. 18. l. 5. c. 5..8. *Nondum mihi ſatis liquet*, ait Eraſ. *Græcene ſcripſerit an Latinè, etſi magis arbitror Latinè ſcripſiſſe, Græci tamen ſermonis peritiorem.* Unde propter patriam & peritiam linguæ Gr. inter Patres Græcos numeratur. Græcè primùm ſcripſiſſe Rivetus l. c. aſſerit, ubi ſimul juſtiſſimè dicam impingit Feuardentio corruptori & depravatori Irenæi perfido. Monet quin etiam Mejerus (*k*) Irenæi XXVII. capita l. 1. Græcè ab Epiphanio Panario ſuo inſerta eſſe.

§. 4.) Prætereundum neutiquam, quod in illo Eraſmus (*l*) obſervat: Solis, inquit, Scripturarum præſidiis adverſus catervam hæreticorum pugnat. Unde l. 2. c. 46. Univerſæ Scripturæ & Propheticæ & Evangelicæ in aperto & ſine ambiguitate, & ſimiliter ab omnibus audiri poſſunt: ac tales in petra firma, valida & in aperto poſita ædificare ſuam domum dicuntur &c. Et c. ſeq. Scripturæ perfectæ ſunt, quippe à Verbo Dei & ſpiritu ejus dictæ. & c. 4. Non oportet apud alios quærere veritatem: cùm Apoſtoli pleniſſimè in Eccleſia contulerint omnia, quæ ſunt veritatis, ut omnis, quicumque velit, ſumat ex ea potum vitæ. Erroribus tamen non caruit Irenæus, ſiquidem docuit 1. Chriſtum his in terris ad 40. vel 50. annum docuiſſe & verſatum: vid. an. 34 § 42.
l. 2. c. 39. & 40. unde Bar. ad an. 34. §. 137. ab alio illa eſſe inſerta malè putat. 2. Extremi judicii diem ita notum eſſe ſoli Patri, ut Filius non ignoret. 3. Characterem corporis animas poſt exceſſum cuſtodire: l. 2. c. 62. & c. 63. *Per hoc manifeſtiſſimè declaratum eſt, & perſeverare animas, & non de corpore in corpus tranſire, & habere hominis figuram.* 4. Docet Legem non datam Patribus, qui vixerunt ante Legem, eò quòd juſti fuerint, unde neceſſe non fuerit admonere eos correptoriis literis, quia habuerint in ſemetipſis juſtitiam Legis: eam autem extinctam in Ægypto: l. 4. 30. 5. Chiliaſtam ſeu millenarium cum multis aliis Patribus agit: l. 5. c. 33. (*m*) Animas exutas corpore non ſtatim eò venire, ubi beatitudine viſionis Dei fruantur, ſed in inviſibili loco aliquo (in fine operis προφητεῖον, id eſt, domicilium Prophetarum vocat) in diem reſurrectionis ſervari. Ita ibidem feſta & convivia corporalia poſt reſurrectionem, adeoque paradiſum terreſtrem ſtatuit. vid. Drelinc. au faus Viſage. 21. à p. 239. ex l. 5. c. 33. De his & aliis Magdeb. Scultet. Rivet. Molinæ: ex Latinis Bar. Poſſevinus, alii.

§. 5.) Notat Photius annis abhinc 800. in Irenæi libris veritatem Eccleſiaſticorum dogmatum, eiúsque ἀκρίβειαν, νόθοις λογισμοῖς κιβδηλεύεσθαι: Cod. 120. Doctrinæ perbrevem ſynopſin confecit Scultetus in Medulla PP. T. 1. l. 3. Scribit Euſebius hinc inde inpr. l. 5. multas novitates & ſchiſmata contra

b 2 regu-

k) *in Bibl.* (*l*) *præf. p.* 4. (*m*) *Dalla. de Patr. p.* 296.

An. 205. regulam veritatis in Rom. Eccleſia tempore Irenæi exorta, quibus ut reſiſteret Irenæus, ſcripſerit aliquot libros, ut de ſchiſmate, de monarchia Dei &c. Audax autem videri poſſit hîc doctor, alioqui mitiſſimus & modeſtiſſimus, quod ipſe exteræ Eccleſiæ, & quidem Romanæ, ceu Univerſalis aliquis curam ſuſcipere, eámque erudire & ſanare voluerit, nec Papæ, ceu infallibili propriòque loci Epiſcopo hoc commiſerit, quin eundem monuerit & increpuerit.

Confeſſionem brevem fundamenti loco ponit l. 1. c. 2. & 3. quæ ſymboli Apoſtolici repetitio quædam facillima, breviſſima & ſimpliciſſima: unde videas, quænam olim Eccleſiarum Gallicarum & Germanicarum fides. *Eccleſia per univerſum orbem uſque ad fines terræ ſeminata, & ab Apoſtolis, & à diſcipulis eorum accepit eam fidem, quæ eſt in unum Deum* &c. Vult itaque verè Catholicæ, puræ & orthodoxæ Eccleſiæ certiſſimam atque infallibilem notam eſſe doctrinam veram, ſeu perdurationem in doctrina & fide vera Prophetarum & Apoſtolorum. Ita l. 3. *hanc prædicationem cùm acceperit & hanc fidem Eccleſia, & quidem in univerſum mundum diſſeminata, diligenter cuſtodit, quaſi unam domum inhabitans, & ſimiliter credit his, videlicet quaſi unam animam habens, & unum cor, & conſequenter hæc prædicat, & docet, & tradit, quaſi unum poſſidens os. Nam etſi in mundo loquelæ diſſimiles ſunt, ſed tamen virtus traditionis una & eadem eſt. Et neque hæ, quæ in Germania ſunt fundatæ Eccleſiæ, aliter credunt, aut aliter tradunt, neque hæ, quæ in Hiberis ſunt, neque hæ, quæ in Celtis, neque hæ, quæ in Oriente* &c. Igitur juxta illum, Eccleſia quævis particularis verè eſt Catholica, orthodoxa atque pura, quæ doctrinam ſalvificam & rectam rationem colendi Deum in S. Scriptura comprehenſam tradit ac retinet integrè, incorruptè & ſincerè, atque unanimi conſenſu cum Eccleſia verè Chriſtiana per univerſum orbem diſperſa. Tantum abeſt, ut ad unum Papam, vel ad unam Rom. Eccleſiam provocet. Hinc iterum c. 4. *Cum univerſa quæ extat per univerſum orbem Eccleſia, unam eandémque fidem habeat.*

§. 6.) In allegato loco l. 1. c. 2. Eccleſias in Germania & Celtis fuiſſe, & eandem habuiſſe fidem docet: ſic aliàs aliquoties idem repetit. (n) Ita Hier. ad Suniam & Fretelam Epiſcopos Germaniæ ad Danubium ſcripſit, quos alii Sunionem & Fridelum nominant. Unde Chemnit. (o) *Veriſimile Creſcentem, quem Paulus in Galliam abiiſſe 2. Tim. 4. ſcribit, Moguntiæ docuiſſe fidem Chriſti. Hilarius etiam*, addit ibidem, *Epiſcopus uxoratus, circa an. 350. ad primæ & ſecundæ Germaniæ Epiſcopos ſcripſiſſe narratur de quodam Euphrate Agrippinenſi Ariano. Ambroſius etiam ad quandam Germaniæ Reginam Fridgildam.* Hieronymus l. 2. contra Jovin. teſtatur, ſe in Treverenſi Eccleſia (ubi antè etiam Athanaſius latuerat) verſatum & ibi κατηχήσεως magi-

n) Vrſin. de Eccl. Germ. p. 3. & 20. & 132. ubi vetuſtiſſimum lingua Sax. decalogum, orationem Dom. & Symbolum habet. (o) in Conc. T. p. 507.

Digitized by Google

magiſtros audiviſſe. Ex eadem illa ſchola explicatio in Symbolum Apoſt. prodiit, quæ Cypriani titulo fertur, ſed à Ruffino conſcripta eſt. Quin idem Hieronymus & alii plures aſſeverant, Apoſtolum Thomam præter cœteros in Germania prædicâſſe, ut de Thebæa, item de fulminante legionibus nihil nunc afferamus. Bellorum autem perpetuis tumultibus factum credit Bullingerus, (*p*) ut Germania relapſa ad priſtinas ineptias veram religionem tandem amiſerit: unde ex Italia, Anglia & Scotia viri boni venerunt, qui Germanos ad Chriſtum reducere cupiebant, quales Columbanum, Gallum, Vilibrordum, qui & Clemens dicebatur, Pirminium, & nonnullos alios fuiſſe volunt. Quid ſi inter Germaniæ ampliſſimæ regiones diverſas diſtinguas, ſicut in Britanniæ converſione à nobis obſervatum? Huc migrationes ſediumque mutationes quoque ſpectant. Romanenſes, quò totum orbem Papæ ſubjiciant & ſubjugent, converſionem mundi Papali curæ univerſali tribuendam prætendunt, unde Bellarminus Germaniam ſeculo demum octavo converſam à Papa reliquit. At venit priùs non miſſus, neque vocatus in Germaniam Vunnefridus Anglus, aliàs Bonifacius dictus, poſtea Romam abiens confirmationem ſui Apoſtolatûs, & legationem ita accepit, ut juratum ſe Apoſtolicæ Sedis mancipium eſſe, iniquo præſtito & adſtricto juramento oſtenderit. Nec omnes infideles erant, ad quos abiit. Unde poſtquam anno 723. Synodum Moguntiæ celebravit, ac plurimos ritus Papiſticos ſeu Latinos obtruſit, quaſi hac ratione Germani & Galli à paganiſmo ad Chriſtianiſmum adducantur, plurimi Epiſcopi alii ei ſe oppoſuere, hinc fit ut, quando alii Bonifacium Germaniæ Apoſtolum vocant, eundem alii corruptorem religionis Chriſtianæ nominent, de quo fuſiora ſuo tempore ξ. 8. accipies. Martyrium tandem à Friſiis anno 755. ſubiit. Clarè profectò conſtat Germanorum Eccleſias miſſandi ritum à Romanorum demum Eccleſia accepiſſe, non verò inde à prima origine habuiſſe. Sic eadem Germania ab initio recepti Evangelii ad Hellebrandum uſque, per annos 900. & plures, conjugium ſacerdotum mordicus defendit & uſurpavit, ac jugum cœlibatûs ſicut poſtrema recepit, ita prima projecit. Strenuè ſanè Irenæus l. 1. c. 22. & c. 30. diverſorum hæreticorum errores circa matrimonium ita impugnavit, ut neque Clericis conjugium vetitum eſſe ullibi doceat. Hinc idem l. 1. c. 9. de Marco hæretico refert, eum in Aſia in domum Diaconi cujusdam Orthodoxi ſuſceptum, ejus uxorem, quæ ſpecioſa erat, conſtuprâſſe. Cæterò præter Irenæi, pauca monumenta nobis de veteri Gallicana Eccleſia reliqua eſſe Blondellus (de prim. pag. 711.) ait. An. 205.

§. 7.) Ab Irenæo imaginum formatio, pictura & cultus reprehenditur: l. 1. c. 20. *Simoniani imaginem Simonis habent ad figuram Jovis, & Selenæ in figuram Minervæ, & has adorant.* c. 23. de Saturnianis dicit *utuntur imaginibus & incantationibus & invocationibus.* c. 24. *hæretici Gnoſtici imagines*

p) *l. de Orig. err. cap. 8.*

An.205. *gines quaſdam depictas habent, quaſdam autem & de reliqua materia fabricatas, dicentes, formam Chriſti eſſe factam à Pilato &c. & has coronant, & circa eas ſimiliter ut gentes faciunt.* (q) Sic ſanè Papiſtæ varias Jeſu Chriſti imagines à S. Luca factas oſtentant. Ut publica invocationis forma olim in unius veri Dei nomine per Mediatorem unicum Jeſum fiebat, ſicut apud Clem. Strom. l.7. Juſtin. Apol. 2. Tertull. in Apol. c.30. obſervabis; ita hæreticos illorum temporum invocatione tum Angelorum, tum hominum uſos reperias, quemadmodum Iren. l.1.c.35. exemplum ponit: *O Angele, te oro &c.*

Miracula non eſſe notam veræ Eccleſiæ l.2.c 57. probat.

Lib.3.c.1. *Non per alios diſpoſitionem ſalutis noſtræ cognovimus, quàm per eos, per quos Evangelium pervenit ad nos, quod quidem tunc præconiaverunt, poſtea verò per Dei voluntatem* (ergo non per humanam ſeu propriam) *in Scripturis nobis tradiderunt, fundamentum & columnam fidei noſtræ futurum.* Ergo Apoſtoli quod voce docuerunt, id ſcripto reliquerunt. Id verò fundamentum dicitur & columna ſcil. doctrinalis; contrà Chriſtus fundamentum eſt reale, Apoſtoli autem miniſteriale h. e. architecti & fundatores. Inſuper hinc diſces, Eccleſiam primitivam majoris fuiſſe gratiæ & authoritatis, quàm hodierna; proinde modernæ vel novorum dogmatum de fide & cultu promulgatio, vel S. Scripturæ approbatio non competit. Inde fit, ut Irenæus totus ad Apoſtolorum ſcripta provocet: quin & ipſi Romanenſes ſua ex S. Scriptura defendere, ſicque ſuam Eccleſiam ſuper Scripturam fundare conantur. Non ergo Scriptura authoritatem à Papa accipere poteſt. Ita licet tum Conciliorum, tum Doctorum ſententia attendenda, non tamen hoc faciendum, niſi quatenus cum Scriptura convenit, ſicut & Berrhoenſes id obſervârunt. Unde cap.2. in hæreticos invehitur, ex S. Scriptura veritatem haud inveniri poſſe, nec per literas, ſed per vivam vocem illam eſſe traditam aſſeverantes. Ibid. ut & cap.3. Traditionis nomine illa ipſa dogmata intelligit, quæ in S. Lit. continentur, & in Eccleſia traduntur atque annunciantur: *Quum ad eam traditionem*, inquit, *quæ eſt ab Apoſtolis, provocantur hæretici, quæ per ſucceſſiones Presbyterorum* (Epiſcopos etiam intelligit) *cuſtoditur in Eccleſiis, dicunt ſe eſſe Apoſtolis ſapientiores. Itaque neque Scripturæ, neque traditioni conſentiunt.* Verùm quid aliud hodie in Papatu?

§.8.) Idem l.3.c.3. *Habemus annumerare eos, qui ab Apoſtolis inſtituti ſunt Epiſcopi in Eccleſiis, & ſucceſſores eorum, uſque ad nos, qui nihil tale docuerunt, neque cognoverunt, quale ab his deliratur. Etenim ſi recondita myſteria ſciſſent Apoſtoli, quæ ſeorſim & latentes ab reliquis perfectos docebant, his vel maximè traderent ea, quibus etiam ipſas Eccleſias committebant.* Ad ſucceſſionem provocat Irenæus, adeóque ſanè utilis illa eſt, eatenus tamen, ut ſucceſſio loci non ſit abſque ſucceſſione doctrinæ. Alias ſucceſſio abſolutè

q) *vid. Novit. Molin. l.1.c.15. § 3. & l.7.c.2.p.537. Dallæ. de imag. l.1.c.7. Rivet. Cath. Orth. p.22.*

Digitized by Google

lutè neceſſaria non eſt, imò inutilis aliquando & fallax. Non tantùm verò ad Rom. Eccleſiæ, quæ tunc pura in fide fuerat & Orthodoxa, ſed etiam ad aliarum Eccleſiarum ſucceſſionem provocat: unde paulò póſt: *Valde longum eſt in hoc tali volumine omnium Eccleſiarum enumerare ſucceſſiones*: ideo exempli causâ recenſet ſucceſſionem Eccleſiæ Rom. Smyrnenſis & Epheſinæ. Neque pro hodiernis Epiſcopis hic facit locus, prout Bellarminus ſibi perſuadet: licet enim ab Apoſtolis inſtituti Epiſcopi, non tamen inæquales fuerunt Presbyteris, quanquam Epiſcoporum & Presbyterorum inæqualitatem vetuſtam eſſe non negamus, attamen ab Apoſtolis inſtitutam non damus. Ipſus Irenæus apud Euſ. l.5.c.24. Romanos Epiſcopos vocat Presbyteros. Inſuper Apoſtolos nulla ſciſſe myſteria, ad ſalutem nimirum neceſſaria docet, quæ ſcripto non comprehenderint & tradiderint, ita ut ad traditiones non ſcriptas provocandum minimè ſit. An. 205.

Hos ergo Epiſcopos ſeu Presbyteros Apoſtoli *valde perfectos eſſe & irreprehenſibiles in omnibus volebant eſſe, quos & ſucceſſores relinquebant ſuum ipſorum locum magiſterii tradentes.* Ergo non ſolus Petrus, ſed & reliqui magiſterium aliis tradiderunt, & Eccleſiam hinc inde conſtituerunt.

§. 9.) Ne verò quis ſomniet, religionis & doctrinæ veritatem à ſolius Rom. Pontificis, aut Eccleſiæ Rom. authoritate dependere, proinde non tantùm ex Romanorum Pontificum, ſed etiam ex aliorum Epiſcoporum recenſione & conſenſu eandem oſtendit: ubi obſerva 1. Romanam Eccleſiam à duobus Apoſtolis, à Paulo æquè ac à Petro fundatam & conſtitutam dici. Hinc etiam paulò infrà: *Fundantes & inſtruentes B. Apoſtoli Eccleſiam, Lino epiſcopatum adminiſtrandæ Eccleſiæ tradiderunt.* Num ergo Papali dignitate abdicavit ſe Petrus? num duo, vel tres Petrus, Paulus & Linus eodem tempore Papæ? Num per XXV. annos Petrus Romæ ſedit? 2. Utut Irenæus Romanam Eccleſiam maximam, antiquiſſimam, & omnibus cognitam hoc loco vocet, eam tamen ut dominam & magiſtram atque dictatricem heic non adducit, ſed ſaltem ceu antiquitatis & celebritatis exemplum proponit. Ita Romanam particularem facit, ſicut Smyrnenſem & Epheſinam, neque cum laude, quas maximas recenſet Eccleſiæ Rom. poſuit eam eſſe univerſalem, cum poteſtate in omnes alias mundi Eccleſias. Igitur aliarum etiam Eccleſiarum Orthodoxarum ſucceſſiones eidem argumento inſerviebant; & qui de una probat de omnibus, quia cum illa una omnes communicabant & conſentiebant, quia ab eodem Apoſtolico fonte omnes rivi eâdem aquâ fluebant. Ea de cauſa Epiphanius hær. 24. Apoſtolorum ſucceſſorem Irenæum vocabat.

§. 10.) Iren. l.3.c.3. *Ad hanc Eccleſiam propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam h. e. eos, qui ſunt undique fideles &c.* Ad quæ Rouſſel. Canoniſta: (r) *Audiat quisque niſi Pharaonis* cor

r) *de Juriſd. Pont. l.1.c.2.§.15.*

Digitized by Google

An.205. *cor induerit, Irenæum Romanæ Eccleſiæ potentiorem principalitatem tribuentem, ad quam cætera convenire debeant.* At certè non de Eccleſia, verùm de urbis Romanæ principalitate & potentia Irenæus loquitur: ut ſiquis diceret, quòd omnes Galliæ Eccleſiæ ad Pariſienſem conveniant, eò quòd ibi principalitas & potentia regni: unde tamen non ſequeretur, Orthodoxos Pariſinæ Eccleſiæ Miniſtros principatum obtinere in reliquos. Sic ergo Irenæus loquitur propter majorem urbis authoritatem, quia tum temporis regnum ſuper reges terræ, & columen Imperiale habebat, & Eccleſiam ob puritatem doctrinæ Apoſtolicæ celeberrimam. Hoc autem de hodierna Rom. Eccleſia & urbe dici nequit. At fidem Rom. Eccleſiæ omnes alias Eccleſias obſtringere, eaſdem ad illam, tanquam ad cynoſuram revocari dictitant adverſarii: Irenæus, inquiunt, ex eo fidei ſinceritatem probat, quòd illam Romana Eccleſia à Petro & Paulo fundata, ita doceat. Reſp. 1. Irenæus non ſolum Epiſcopum Rom. ſed totam illam Eccleſiam intelligit; at illa Papa non eſt, neque Papa Eccleſia. 2. Longè differunt principalitas & principatus, utrunque autem adſcribimus illi ratione civilis regiminis: ſin Eccleſiaſticum regimen ſpectetur, Romæ aliquam prærogativam facilè concedimus, non autem eam, quæ dominium & imperium in reliquas obtineat Eccleſias. Ritè huc facit quod Marca (s) habet: *Magna erat per illas tempeſtates dignatio Eccleſiarum Orientalium i. e. earum Eccleſiarum, quas Apoſtoli fundaverant, Alexandrinæ nim. Antiochenæ, Epheſinæ, Ancyranæ, quæ metropolis erat Galatiæ, Corinthienſis in Achaja, Theſſalonicenſis in Macedonia, inpr. verò Romanæ, quam principes Apoſtolorum ſanguine ſuo conſecraverant. Hinc factum, ut quoties Irenæus, Tertull. Optatus & Auguſt. novitatem objiciunt hæreticis, adducant diſcrimen, quod intercedit inter novam eorum doctrinam, & traditionem Eccleſiarum Apoſtolicarum, præcipuè autem Romanæ; ac propterea adverſus hæreticos adſerunt ſucceſſionem perſonarum & doctrinæ illarum Eccleſiarum. Unde fiebat, ut Epiſcopis illis incumberet neceſſitas arctiſſimæ communionis, ſcriptis videl. ultrò citróque communicatoriis epiſtolis pro conſervatione fidei &c.*

§. 11.) Objicit hinc Rouſſelius (t) *Hæreſis ſuſpecti, aut accuſati non meliori via hanc calumniam, aut ſuſpicionem avertebant, quàm ſi ſe profiterentur idem credere, quod Romanus Epiſcopus.* Aſt verò num veterem & Apoſtolicam fidem retinet adhuc Romana Eccleſia? Num vel ipſe Irenæus ad ſolam Rom. provocat Eccleſiam? An illam infallibilem facit? Sanè ſcopus & propoſitum ejus eſt in toto hoc capite demonſtrare, Valentini doctrinam de Deo non eſſe ab Apoſtolis traditam. Hoc autem utitur argumento, quia aliam doctrinam, Valentiniano dogmati prorſus contrariam, ab Apoſtolis traditam docuerunt omnes Epiſcopi, qui in Eccleſiis Apoſtolicis, inde ab Apoſtolis usque ad ſua tempora ſibi ſucceſſerant. Et quia valde longum fuiſſet

atque

(s) *l. 7. c. 4. §. 7.* (t) *l. 8. c. 2. §. 9.*

atque tædioſum omnium Eccleſiarum Epiſcopos, qui ſibi ſucceſſerant, enumerare, tantùm trium præcipuarum, inpr. autem Romanæ meminit, quia ſicut plures alii hæretici, ita & Valentinus Romam abiit, virus ibi ſuum evomuit, palinodiam quidem recantavit, ſed relapſus, adeóque diu illi Eccleſiæ perquam moleſtus extitit. Notatu verò dignum, quòd Irenæus non nudam ſucceſſionem Epiſcoporum, ſed perpetuam doctrinam ab Apoſtolis traditam, & ab Epiſcopis ſibi ſuccedentibus retentam continuatámque inculcet. Non ergo localis & perſonalis Epiſcoporum, ſive Romanorum, ſive aliorum ſucceſſio, ab Apoſtolis deducta ad nos, abſoluta nota eſt Eccleſiæ: ſed doctrinæ & fidei veræ ſucceſſio, ſeu vera doctrina, fides ac religio Apoſtolica, ab Apoſtolis tradita, & ad nos continuata ac propagata (quam traditionem proinde vocat, & veritatis præconizationem) eſt germana nota Catholicæ atque Orthodoxæ Eccleſiæ. Fusè in hunc Irenæi locum Witak. de P. contr. 4. q. 4. c. 2. & Blondel. de pr. à p. 16. item p. 457. 714. 965. & in Pſeud-Iſ. 228. ſeq. de Dom. l. 4. c. 10. §. 55. alii. An. 205.

§. 12.) Irenæus: *Duodecimo loco epiſcopatum ab Apoſtolis* (Romæ) *habet Eleutherius.* Igitur non ab uno Petro habuit. Sic Polycarpus Smyrnenſis eidem ab Apoſtolis conſtitutus dicitur. Ita communi conſenſu Eccleſiæ Epiſcopi Apoſtolorum ſucceſſores dicuntur. Adhæc neque ab Irenæo, neque à Tertulliano &c. numerari inter Epiſcopos alicujus loci Apoſtolos videmus, ſed qui primos Epiſcopos hinc inde conſtituerint. (u) Eosdem autem Epiſcopos qui Presbyteri, Irenæus agnoſcit, ubi *traditionem, quæ eſt ab Apoſtolis per ſucceſſionem Presbyterorum in Eccleſiis cuſtodiri ait.* Itaque Presbyteri locum Apoſtolorum tenent, divinitúsque ſunt inſtituti, non qua Epiſcopis ſubjecti, uti notat Blondellus. (x) Quòd ſi ergo ex ſucceſſione ſeu inſtitutione Epiſcoporum ex ipſo Irenæo, illorum munus & vocationem probare Monarchici velint, eodem argumento Presbyteros Epiſcopis eſſe æquales retorquere poſſumus. Sanè haut raro Irenæus Epiſcopos cum Presbyteris, & hos cum illis confundit, ac pro iisdem omnino habet, eandémque tribuit poteſtatem. Confer l. 3. c. 2. & 3. l. 4. c. 43. 44. l. 5. c. 5. Apud Euſeb. l. 5. c. 15. c. 20. c. 26. Unde Blondellus de Epiſcopis (y) rectè ſequentia colligit. 1. Traditionem per Presbyterorum ſucceſſionem in Eccleſiis cuſtodiri ſolitam. 2. Presbyteros ab Apoſtolis ſucceſſionem habere. 3. Eosdem ab Apoſtolis Epiſcopos inſtitutos. 4. Eosdem ſucceſſionem epiſcopatûs habere. 5. Quotquot ob πρωτεδρίαν tument, falſi nominis Epiſcopos eſſe. 6. Ad eos, qui Presbyterii ordinem habent, Eſajæ de Epiſcopis verba pertinere. 7. Romanæ Eccleſiæ præſidentes, quotquot Victorem præceſſerunt, ipsúmque Polycarpum, Presbyteros fuiſſe.

§. 13.) Lib. 4. c. 43. *Eis qui in Eccleſia ſunt Presbyteris obaudire oportet, his qui ſucceſſionem habent ab Apoſtolis, qui cum Epiſcopatûs ſucceſſione charisma*

u) *de Dom. l. 2. c. 1. à §. 13.* (x) *de Epiſc. p. 305.* (y) *p. 34.*

Digitized by Google

An.205. *charisma veritatis certum acceperunt. Reliquos verò qui abſiſtunt à principali ſucceſſione, & quocunque loco colliguntur, ſuſpectos habere &c.* Non itaque abſolutam ſucceſſionem perſonarum facit, ſed talium hominum, qui cum ſucceſſione etiam chariſma veritatis acceperunt; ſeu qui eandem doctrinam docent: unde idem ait: *ab omnibus abſiſtendum, qui abſiſtunt à principali ſucceſſione.* Dum autem Epiſcopos etiam Presbyteros cum aliis Patribus vocat, eiſque ſucceſſionem Apoſtolorum tribuit; hoc ipſo eundem utrorunque eſſe ordinem profitetur,& tum ordinis poteſtatem, tum juriſdictionis illis ex æquo competiviſſe,ac eadem junctim adminiſtrâſſe indigetat. Voluntario ergo conſenſu & mera conſuetudine,non verò Dominicæ diſpoſitionis veritate Epiſcopi majores Presbyteris. Ita Scholaſtici doctores in enumerandis Eccleſiæ ordinibus Epiſcopatum & Presbyteratum unum tantùm ordinem faciunt. Injuſtè ergo Aërius ab Epiphanio reprehenſus, quòd dixerit: Epiſcopum jure divino nihil differre à Presbytero. Quo igitur pacto ab hæreſi liberabitur Hieronymus, Ambr. Auguſtinus, & nubes illa Patrum, citante Bellarmino l. 1. de Cler. c. 15. ex Medina. Presbyteros inde ab Apoſtolorum temporibus Romanæ Sedi ſeu Cathedræ præfectos fuiſſe Irenæus ad Victorem (z) ſcribit. Ergo Presbyteri Epiſcopatus ſucceſſionem habent i.e. ſunt revera Epiſcopi. (Cham. T. 2. l. 10. c. 6. §. 25.) Imò nunquam apud Irenæum diſtinguuntur ab Epiſcopis, nedum ſeparantur.

§. 14.) Per Eccleſiam non ſolam Romanam, ſed totam Univerſalem Catholicam intelligit, cujus ſucceſſionem legitimam, & chariſma ſeu doctrinam attendendam vult. Unde c. 45. *ubi chariſmata Domini poſita ſunt, ibi diſcere oportet veritatem, apud quos eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis* (non à ſolo Petro) *ſucceſſio Eccleſiæ, & id, quod eſt ſanum & irreprehenſibile converſationis, & inadulteratum & incorruptibile.* Non ergo ſtatim ſchiſmatici ſunt, qui ſeparant ſe ab Eccleſia particulari inpr. ob falſam doctrinam, & fundamentales errores. Hinc etiam c. 44. *Ab omnibus*, inquit, *talibus abſiſtere oportet, adhærere verò his, qui & Apoſtolorum doctrinam cuſtodiunt, & cum Presbyterii ordine ſermonem ſanum, & converſationem ſine offenſa præſtant &c.* Succeſſionem ergo localem abſque chariſmate veritatis tribuit hæreticis, vel ſchiſmaticis. Inſuper omnibus hiſce docet, otioſos atque pigros tum Epiſcopos, tum Presbyteros eſſe, ſi vicariis munus ſuum demandent. Sic eodem c. 44. *Presbyteros vocat Principes & Epiſcopos, fideles & ſapientes actores* h. e. Oeconomos, Præpoſitos ſuper familiam Domini &c.

Idem l. 4. c. 62. *Judicabit eos,* (Dominus) *qui ſchiſmata operantur &c.* item *qui ſunt extra veritatem* i. e. Eccleſiam. ſi ergo ſchiſmatici, qui veritatem non retinent. Non ad ſucceſſionem ſed ad veritatem provocat. Sic c. 63. *Agnitio vera eſt Apoſtolorum doctrina, & antiquus Eccleſiæ ſtatus* &c. Et c. 69.

z) apud Euſ. l. 5. c. 24.

Digitized by Google

69. *Nos autem unum & ſolum verum Deum doctorem ſequentes, & regulam veritatis habentes ejus ſermones ſe iisdem ſemper eadem dicimus* &c. An. 205.

§. 15.) Iren. l. 3. c. 4. *Non oportet adhuc quærere apud alios veritatem, quam facilè eſt ab Eccleſia ſumere,* (non ſola Romana, ſed & aliis Catholicis) *cùm Apoſtoli quaſi in depoſitarium dives, pleniſſimè in ea contulerint omnia, quæ ſint veritatis, ut omnis, quicunque velit, ſumat ex eo potum vitæ.* Ergo perfecta erit S. Scriptura, ab omnibus ſcrutanda & indaganda.

Ib. *Quid enim, & ſi qua de aliqua modica quæſtione diſceptatio eſſet, nonne oporteret in antiquiſſimas recurrere Eccleſias, in quibus Apoſtoli converſati ſunt, & ab eis de præſenti quæſtione ſumere, quod certum & re liquidum eſt.* Ergo non ad unam Romanam recurrendum putavit. Cùm verò antiquiſſimæ illæ Eccleſiæ defecerint hodie, ſanè ratio hæc hodie locum non obtinebit.

Ib. c. 11. *Quoniam quatuor regiones mundi ſunt, & quatuor principales ſpiritus, & diſſeminata eſt Eccleſia ſuper omnem terram, columna autem & firmamentum Eccleſiæ eſt Evangelium, & ſpiritus vitæ, conſequens eſt quatuor habere eam columnas.* Ubicunque ergo Evangelium, & ſpiritus vitæ, ibi vera eſt Eccleſia.

Idem l. 3. c. 40. *Prædicationem verò Eccleſiæ undique conſtantem, & æqualiter perſeverantem* &c. paulò pòſt: *ubi enim Eccleſia, ibi & ſpiritus Dei, illic Eccleſia, & omnis gratia, ſpiritus autem veritas.* Ergo Eccleſia in Scriptura fundatur & radicatur. Ac eadem Eccleſia poteſt & debet eſſe tuta regula noſtræ fidei, non poteſtate aliqua judicativa, & definitiva propriè, ſed atteſtativa duntaxat, & in actu exercito, non in actu ſignato.

§. 16.) Idem l. 4. c. 5. de *Juſtificatione.* Non aliter ſalvari homines ab antiqua ſerpentis plaga dicit, niſi credendo in eum, qui ſecundùm ſimilitudinem carnis peccati in ligno martyrii exaltatur à terra, & omnia ad ſe trahit, mortuóſque vivificat.

Ib. c. 34. *Euchariſtiam* vocat *panem in quo, vel ſuper quem gratiæ ſunt actæ;* ſicut nimirum Juſtinus vocavit εὐχαριστηθέντα ἄρτον. Hinc paulò pòſt pergit Lugdunenſis doctor: *Qui eſt à terra panis percipiens invocationem Dei, jam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia, ex duabus rebus conſtans, terrena & cœleſti.* Et: *ſanctificamus creaturam* &c. (*a*) Ibi fusè, manifeſtiſſimè docet, mortalem hanc ſubſtantiam corporum noſtrorum nutriri & augeri de calice & pane Euchariſtiæ, i. e. de creatura illa, quam Deus ex terra per ſolem & pluviam produxit, quæ quoniam per Dei benedictionem jam eſt Euchariſtia, & communicatio corporis & ſanguinis Chriſti, atque adeò ſecundum quendam modum eſt corpus & ſanguis Chriſti, ideo nobis certum pignus eſt reſurrectionis corporum noſtrorum in vitam æternam. Ib. ut & lib. 5. ſta-

 tim

(*a*) *Larroq. de Euch. Part. 1. c. 8 p. 174 & . Part. 2. c. 10. p. 518. ſeq. Dalla. de cultu Lat. l. 3. c. 14. p. 362.*

An.205. tim poſt initium p. 438. edit. Eraſ. calix Euchariſtiæ communicatio eſt ſanguinis ejus &c. ex his augetur & conſiſtit carnis noſtræ ſubſtantia &c. Duo ergo ſigna externa ponit, panem fractum, & calicem mixtum, quæ poſt vocationem Dei (poſt benedictionem) non annihilentur, ſed tantùm communia eſſe deſinant, & Euchariſtia corporis & ſanguinis Chriſti fiant. (b)

§. 17.) Apud Irenæum, ut nec apud Juſtinum, nulla mentio *interceſſionis pro mortuis*: unde credibile fit ſecundo ſeculo exeunte ritum hunc in Eccleſiam introductum: ex illo tempore apud omnes planè Chriſtianos tandem invaluit, modo tamen longè diverſo, quàm hodie apud Pontificios. (Arnd. Ant. p. 681.) Negat quidem Irenæus l. 5. circa finem cum aliis Patribus, ante reſurrectionem præmium reddi ſcil. totale & integrum, non tamen inde ſequitur, eum purgatorium ſtatuiſſe, inde l. 2. c. 64. credidit *dignam habitationem unamquamque gentem percipere, etiam ante judicium.*

Eundem liberum aſſeruiſſe *jejunium*, ſeu etiam *Quadrageſimæ* obſervationem jam alibi ex Euſ. l. 5. c. 26. evicimus.

Iſdem Ir. l. 5. *Regis cor in manu Dei eſt.* Et: *per me Reges regnant* &c. *Per me Principes exaltantur & tyranni terra. Et Paulus: Omnibus poteſtatibus ſublimioribus* &c. Quibus Magiſtratum pulchrè contra hæreticos defendit, ejusque poteſtatem: hinc paulò pòſt: *Ad utilitatem ergo gentilium terrenum regnum poſitum eſt à Deo, ſed non à Diabolo, qui nunquam omnino quietus eſt, imò qui nec ipſas quidem gentes vult in tranquillo agere* &c. Itaque poteſtas laica à Deo immediatè orta, & ab eodem dependet, non verò à Papa: adeoque abſoluta eſt, & in ſuo genere perfectiſſima. Unde ab hac poteſtate nulla anima excipitur: ita tamen eſt limitata, ut Deus infinitis paraſangis præcedat & præemineat.

Lib. 5. c. 21. p. 483. *Antichriſtus exiſtens apoſtata & latro, quaſi Deus vult adorari, & cùm ſit ſervus, Regem ſe vult præconiari* &c. Et c. 22. p. 484. *Pro eo, quòd dilectionem Dei non receperunt, ut ſalvi fierent: & ideo mittet eis Deus operationem erroris.*

Lib 1. c. 9. docet Marcum hæreticum uxorem cujuſdam Diaconi ſtupràſſe.

§. 18.) *S. Zachariam* Presbyterum Lugdun. poſt cladem ſuperfuiſſe, & Irenæo in Epiſcopatu ſucceſſiſſe ait Gallia Chriſt. T. 1. p. 292.

b) *Bulling. orig. err. circa Miſſam c. 11. Chemnit. Conc. Tr.* 277. *Forbeſ. Inſtr. l. 11. c. 11. §. 17. prolixior de Dom. l. 5. c. 6. à §. 24. ſeu T. 2. à p. 64.*

JESU

Digitized by Google

An.206.

JESU CHRISTI *Annus* 206.
SEVERI *Imp.* *Annus* 12.

Zepherini P. an. 12. Coſſ. Chinoles Septimius II. & Annius Libo. Septimius Plautianus generi ſui Antonini Caracallæ inſidiis petitus, à Severo Imp. occidi juſſus, non ſine divina nemeſi, eò quòd duram perſecutionem in Chriſtianos exercuit, gulæ inſuper atque avaritiæ vehementer deditus fuit, unde ſuprà quàm credi poſſit ingentes theſauros collegit. Ejus liberi Plautilla uxor Caracallæ, & Plautius in inſulam Liparam relegantur, ubi poſt mortem Severi à Caracalla occiduntur, ut & ex Senatoribus Plautiani amici nonnulli. De hoc Herodianus, Dio, alii.

Occaſione ſecularium ludorum Romæ celebratorum, putant Tertullianum librum de ſpectaculis ſcripſiſſe, ut & illum de idololatria.

JESU CHRISTI *Annus* 207. An.207.
SEVERI *Imp.* *Annus* 13.

§. 1.) Zepherini P. an. 5. Coſſ. M. Aurelius Antoninus, & frater Geta. *Natalis* al. *Natalius* ſ. *Natolius* ex confeſſore in hæreſin Theodotianorum prolapſus eorùmque factus Epiſcopus, varIIs viſis & monitis divinis, etiam cæſus flagris ab Angelis excitatus fuit ad repetendam communionem Catholicam, ad quam Zepherinus non antè eum admiſit, quàm ſolennis ἐξομολογήσεως, pro illorum temporum ſeveritàte, diſciplinam ſubiiſſet. Cauſam lapsûs alii turpem quæſtum fuiſſe ajunt, alii φιλοπρωτοκαθεδρείαν ſeu primatûs ambitum, unde ab Euſ. l. 5. c. 27. al. 28. τῇ πρωτοκαθεδρείᾳ δελεαζόμενος dicitur. Utrunque ſanè ad tantam amentiam ipſum permoviſſe ex Euſebio liquet: adeoque manifeſtum fit, tum temporis primæ cathedræ dignitatem aliquos titillare cœpiſſe: de quo Blondel. de Epiſc. p. 54. Neque tamen hinc obtinent adverſarii, jam tum Epiſcopos, ſeu potiùs Presbyteriorum & collegiorum præſides imperium aliquod in ſympresbyteros, fratres & collegas exercere potuiſſe. Hic Natalius non ad Zepherini tantùm Cleriq; pedes ſe abjecit, cum lacrymis, indutus ſacco & conſperſus cinere, ſed ad ſecularium quoque, ſeu laicorum genua & veſtigia advolutus multis precibus uſus, oſtenſis etiam vibicibus plagarum, quas pro Chriſti confeſſione pertulerat, miſericordiam imploravit, tandémque Eccleſiam ſuis fletibus commovit: Euſ. l. 5. c. 27. Epiſcopi ergo, Cleri & totius Eccleſiæ in reci-

Natalius.

Pœnitentia veterum.

An. 207. piendo lapſo conſenſus heîc occurrit: qualia multa exempla alibi quoque
vid. an. obvia. Ex pœnitentiæ igitur gradibus προσκλαυσις ipſi adſcribitur i. e. fletus
314. §. 24. cum advolutione: fuit autem, cùm quis admiſſo peccato extra Eccleſiam ſtans cum luctu & lachrimis eos, qui ingrediuntur, orat, ut pro ſe miſericordiam Dei eliciant. De hoc Zepperus, poſtquam de primitivæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ gradibus egit, ſic (a) loquitur: *Succeſſu temporis aliis atque aliis ritibus, hi publicæ pœnitentiæ ritus aucti fuerunt, qui ad Dei, in recipiendis peccatoribus pœnitentibus facilitatem parùm congruunt. Et quanquam bona intentione, tantùm ad ſeveritatem quandam diſciplinæ Eccleſ. oſtendendam, initio introducti hi ritus fuerunt, in aliis Eccleſiis alii: tamen occaſionem tandem dederunt ad illam confeſſionem auricularem, canonicas ſatisfactiones, indulgentias, nundinationem, ſimoniam & tyrannidem conſcientiarum, & excommunicationem, quâ Pontifex Rom. univerſum penè orbem Chriſtianum dementavit, & ſibi ſubjugavit.*

§. 2.) Variè diſciplina aucta fuit, diverſique adinventi pœnitentiæ & ſatisfactionis, Eccleſiaſticæ ſcil. non meritoriæ in foro divino, modi pio zelo & ſcopo; neque tamen in omnibus Eccleſiis eadem, ſed libera erant. Plurima de hac re apud Tertullianum reperias. Sic lib. de Pud. *Sedere in ſacco & cinere, fletu ingemiſcere, precibus ambire, genibus Eccleſiam exorare.* Et lib. de pœn. *Peccata publicè confiteri, ſacco & cineri incubare, corpus ſordibus obſcurare, animum mœroribus dejicere: aris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis ſuæ injungere.* Quæ omnia continet Confeſſio ſeu ἐξομολόγησις. Completo tempore pœnitentiæ nomen ejus excipiebant in libellum, & ad Presbyteros remittebant, cum hac aut ſimili forma: *Hunc admittite ad communionem, quia lapſûs ſui egit pœnitentiam dignam:* Cypr. l. 3. Ep. 15. 16. Idem l. 3. ep. 11. Confeſſionis exemplum ponit: *Nos errorem noſtrum confitemur. Circumventi ſumus* &c. Hanc excepit *Abſolutio,* & *manus impoſitio,* ſequebatur *Eccleſiæ gaudium* & *gratiarum actio.* Fideles quoque complexi ſunt ſic abſolutos. Et l. 2. Ep. 12. oſtendit, morem fuiſſe per literas, ſi qui eſſent recepti, aliis Eccleſiis denunciandi. (b) Pulchrè de pœnitentia Aug. ſer. 7. de Temp. vel quiſquis autor: *Iſta eſt vera pœnitentia, quando ſic convertitur quis, ut non revertatur.* Et Ambr. l. 2. de pœn. c. 10. *Sicut unum baptiſma, ſic una pœnitentia, quæ tamen publicè agitur.* Itaque *publica* pœnitentia alia eſt à *privata*, hæc nimirum, quâ quis quotidianos ſuos lapſus & peccata deflet: unde *quotidie peccantibus nunquam per pœnitentiam venia negatur.* Ut autem nefarii graveſque ſcandaloſi peccatores non modò à Magiſtratu, ſed ab Eccleſia etiam cohercendi, adeoque Eccleſiaſtica diſciplina nullo modo intermittenda, ſic contrà vehementer peccabant Novatiani, nullam ſecundam pœnitentiam dando, illi quin etiam, qui poſt baptiſmum peccantibus veniam denegabant, unde dilatio baptiſmi interdum uſque ad extremum vitæ

a) *Polit. Eccl. l. 1. c. 22.* (b) *vid. Arnd. l. de diſcipl. Eccl. à §. 31. & Bona l. 1. c. 16. §. 2. inpr. ex Tert. de pœnit. c. 9.*

vitæ facta. Interdum plures anni decernebantur ad pœnitentiam, tres, ſeptem, decem & ultra, interdum uſque ad agonem vitæ: quod meritò orthodoxi neutiquam probant. Indulgentias prodeſſe defunctis non docetur à veteribus. Sic etiam ſtatuerunt Biel. lect. 57. in Canonem Miſſæ. Hoſtienſis in Summa l. 5. tit. de remiſſionibus num. 6. Jure dicam Latinis impingimus, quòd veterum pias indulgentias in alia, in merita & auricupia transmutârint, & impœnitentibus veniam temerè dent, de quo Arnoldi de frequenti communione liber, aliíque conſulantur, utpote M. Ant. de Dom. l. 5. c. 8. à §. 18. Arnd. de indulg. à §. 1. Olim abſolutio χειροθεσίᾳ ſeu manûs impoſitione fiebat: vid. Carthag. Conc. IV. can. 78. unde ib. can. 76. *Si continuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem.* Nihil hîc de extrema unctione. (c) An. 207.

c) *vid. Arnd. de diſc. Eccl. §. 7.*

JESU CHRISTI *Annus* 208. An. 208.
SEVERI *Imp. Annus* 14.

§. 1.) Zepherini P. an. 6. Coſſ. Annius Albinus, & Fulvius Æmilius. Reprehendit hoc loco Annaliſta §. 1. imprudens Origenis factum, qui ex malè intellecto loco Matth. 19. v. 12. dum Alexandriæ præeſſet ſcholæ, ſemetipſum in juvenili ætate caſtravit: de quo Euſ. l. 6. c. 7. Eviravit autem ſe vel ferro, exectis genitalibus, ut crediderunt Hier. & Niceph. vel medicamento ſemet exſiccavit, ut alii ſtatuerunt, & quidem veriſimilius. Huetius l. 1. c. 1. §. 13. cicutam genitalibus illeviſſe credit, ſicut olim Athenienſes Hierophantæ. Factum ob crebras puellarum, inſtitui ab ipſo cupientium itiones ajunt, quò ſic à calumniis eſſet liber. Reſp. At factum illud occultari voluit. Ergo potiùs à Valeſiis hæreticis id hauſit, adeoque non laudandus: confer can. Apoſt 22. & 24. Nicen. c. 1. Arel. c. 7. Factum ejus comperit Demetrius ídque laudavit, Originem confirmavit, ſtrenuéque ſuſceptum munus traducere juſſit. Inde orta *Eunuchianorum, Valeſiorum* ſeu *Valeſianorum* hæreſis, à Valente quodam Arabe, juxta Epiph. hær. 58. vid. Danæ. in Aug. c. 37. Nicetam in theſauro orthodoxæ fidei l. 4. hær. 30. Horum dogmata. 1. Nonniſi caſtratum ingredi poſſe regnum cœlorum, ex malè accepto loco Matth. 19. 12. 2. Conjugia & actus conjugales damnant. 3. Multa turpia & inhoneſta fieri concedunt. A quibus tamen dogmatis non ſine ratione excipiunt ipſum Originem. Omnia tamen hæc immictæ cœlibatûs laudes pepererunt, ſicut deinceps Monachatum. Eleganter de hoc Tillenus

Origenes ſe caſtrat.

An. 208 nus. *(a) Pontificii legitimarum nuptiarum oſores, & Apoſtolicorum canonum contemptores, acciti gentilitiis copiis, tum cœlibatum, tum μονογαμίαν propugnant. Nam quia Ethnici à ſacerdotio repellebant bis nuptas, teſte Servio: rectè id à Chriſtianis quoque factitari pronunciat Bellarminus: nempe ſic etiam Athenienſes Hierophantæ, ſolennes ſacrorum ritus obituri, genitalia ſibi oblinebant cicuta: quod inſtitutum Origenes, aliíque non pauci inter Chriſtianos κακοζηλίᾳ imitati ſunt.* Sanè perverſum hunc inter Chriſtianos uſum invaluiſſe ex Conciliis atque aliunde apparet. Conſule Hoſpin. de Mon p. 32. Hoc tempore eundem Orig. primam interpretationem in Cantica Canticorum edidiſſe Baronius *(b)* exiſtimat.

Res Britannorum.

§. 2.) Spelmannus (*c*) ad præſentem annum annotat, religionem veram in Anglia per Romanos, & póſt Pictos, Scotos & Saxones ita extinctam, ut omnes repetierint gentiliſmum, nec profligatæ religioni Chriſtianæ Eboraci, ubi Archiepiſcopalis fuerat ſedes, ullum fuerit latibulum. Hinc catervatim nobiles in latebroſam Walliam, Eboracenſem item & Londinenſem Archiepiſcopos, cum toto Clero, ſeſe proripuiſſe. Qua de cauſa Fulgentius Audax (ſine dubio ab hoc facinore ita dictus, aliúſque ab Africano) Anglus ſcripſit orationes circa hæc tempora de Romanorum injuriis: item pro vindicanda libertate ad Donaldum Regem Epiſtolas: & ad Regem Pictorum. *(d)* Refert autem Uſſer. (*e*) Britanniam prius fuiſſe nonniſi unicam Provinciam: à Severo autem in ſuperiorem & inferiorem diviſam. Auctos verò in Valentiniana & Conſtantiniana &c. diſpoſitione.

§. 3.) Baronius non malè ad an. 210. §. 1. ait Britannos fines egreſſos Romanorum ditionem invaſiſſe, adverſus quos Severus cum filiis & exercitu fuerit profectus. Anno autem ſequenti 211. eoſdem Britannos coercuiſſe ac muro centum triginta duorum millium paſſuum per transverſam inſulam ducto utrinque finem oceani communiviſſe, indeque Britannici nomen accepiſſe. Idem Uſſerius (*f*) ſic refert: *Murum lapideum, ubi antea ceſpititium Hadrianus poſuerat, à mari ad mare per transverſam inſulam duxit.* His autem idem præmittit: *Severus Imp. tertio ante obitum anno cum exercitu in Britanniam profectus eſt, ubi Getâ juniore filio ad jus dicendum in parte inſulæ Romanis ſubjecta relicto, & ſeniore Baſſiano (qui Antonius Caracallus dictus eſt) ſecum aſſumpto, aggerem ditionis Romanæ eo tempore limitem* (illum videl. Hadriani murum ceſpititium) *transgreſſus, Meatarum primùm, deinde Caledoniorum (qui altero illo Antonini Pii ceſpititio muro ab illis diſterminabantur) fines, ad extremam uſque inſulæ partem penetravit. Atque ſuorum 50000. morte abſumtis, & hoſtibus ea conditione ad fœdus faciendum coactis, ut non parva regionis parte cederent, ad ſocios demum eſt reverſus.* Hæc ex Herodiano & Diogene. Aliquoties ergo muro diviſam Britanniam Baronius ad an. 813. §. 5. 6.

vid. an. 122. §. 1. & 144. §. 1.

a) diſp. part. 2. diſp. 23. §. 32. (b) §. 3. (c) in Concil. Brit. p. 22. (d) Friſ. in Bibl. (e) Antiq. Brit p. 96 & 1079 ad an. 197. (f) Antiq. Br. p. 1079. coll. cum p. 605. ſeq & 1024. 1026. & 1068.

§.5.6.agnoſcit. Adi hujus hiſtoriæ an.122.§.1. Caſſiodorum in Severo,atque alios. Tres autem memorabiles muri ſeu munitiones recenſentur. 1. Hæc Britannica, contra Scotor. & Pictorum eruptiones. 2. In Dania & ducatu Sleſuicenſi. 3. Iſque omnium ampliſſimus & ſtupendæ magnitudinis,in imperio Sinæ. An.209.

JESU CHRISTI *Annus* 209.
SEVERI *Imp. Annus* 15.

§.1.) Zepherini P. an.7.Coſſ. Flavius Aper & Allius Maximus. Hoc tempore diverſa Tertullianum ſcripſiſſe opuſcula Bar. (a) cenſet, utpote contra Marcionem, & de reſurrectione,item de carne Chriſti.

Idem Annaliſta ad an.211. Dialogum Minutii Felicis collocat, quem Spondanus ad hunc refert annum. Is autem Romani fori caulidicus fuit. *Minutius Felix.* Octavium ſeu Octavianum ſuum hunc tractatum inſcribit,quia in eo Chriſtianus Octavii nomine,& Ethnicus Cæcilius interloquuntur: vid. Lact.l.1. c.11. unde falsò Arnobio inſcribitur. Vide Hier. Bell. Gerh. Rivet. Crit. S.l.2.c.17. Arnd.888. Eſt autem pro Chriſtianis Apologeticus liber,quem videbis in Bibliotheca Patrum Par. ed. T.9. i. Eadem in ind. p.70. hæc ſubjungit: *Ferebatur olim, teſte Hier. in Minutio, ſub hujus nomine alius quidam liber de fato, quem nunc non puto extare.* Et Friſius in Bibl. *alius*, inquit, *ſub nomine ejus fertur de fato, vel contra Mathematicos: qui quum ſit & ipſe diſerti hominis,non mihi videtur cum ſuperioris libri ſtylo convenire.* Confer Trithem. Tir. alios. Leydæ nuper recuſus fuit Dialogus cum eruditis notis.

§.2.) Inprimis Minutius ad calumnias in Chriſtianos reſpondet, quòd non ſint ἄθεοι, ſine Deo aut Numine, licet templa non habeant, nec aras, imagines, idola, eáque non colant, ſed unum Deum revereantur & adorent: *Cur nullas*, inquiunt Gentiles, *aras habent, templa nulla, nulla nota ſimulachra?* Reſpondet: *Quod ſimulachrum Deo fingam, cùm, ſi rectè exiſtimes, ſit Dei homo ipſe ſimulachrum? templum quod ei extruam, cùm totus hic mundus ejus opere fabricatus eum capere non poſſit? Et cùm homo latius maneam, intra unam ædiculam vim tantæ majeſtatis includam? Nonne melius in noſtra dedicandus eſt mente? in noſtro imo conſecrandus eſt pectore? Hoſtias & victimas Deo offeram, quas in uſum mei protulit, ut rejiciam ei ſuum munus? Ingratum eſt, cùm ſit litabilis hoſtia bonus animus, & pura mens, & ſincera ſententia. Igitur qui innocentiam colit, Deo ſupplicat; qui juſtitiam, Deo libat; qui fraudibus abſtinet, Deum propitiat; qui hominem periculo ſurripit, optimam*

d (an

a) à §1.

An.209. (an opimam) *victimam* cædit &c. (*b*) Fruſtrà ſanè ex hoc Minutio diſputat Spondanus (*c*) an templa habuerint veteres: gratis quinetiam, licet conciſiùs, quærit Bellarminus, an erigenda ſint templa. Nunquam iſthoc negavimus, nunquam demoliendas Eccleſias contendimus, ipſa Orthodoxorum praxis ſatis hoc docet. Hoc eſt quod volumus, nec negat Spondanus & alii, veteres & primos Chriſtianos tempore perſecutionum ejusmodi templa habuiſſe, ſicuti Judæi & Gentiles, & quemadmodum Chriſtiani poſtea ſub Impp. Chriſtianis. Simplicia erant loca, ubi convenerant, conclavia, cryptæ & alia obſcura, clancularia, abdita & remota loca, ita ut nugentur potiùs Latini de Baſilicis Romanis & aliis alibi. (*d*) Nullo modo ſatisfacit Bona (*e*) dum ait: *Primis ſæculis Templi nomine non utebantur Chriſtiani, ſed Eccleſiæ:* unde conſcientiæ ſtimulo coactus, præmittit: *Ex communi uſu nullum ponitur diſcrimen inter Templum & Eccleſiam.* Addit: *Templi nomen primitivæ Eccleſiæ Patres idcirco non uſurpabant, ut non ſolùm à ritibus Ethnicorum, ſed etiam à vocabulis ſe abhorrere indicarent.* Atque hoc ſenſu nulla Chriſtianis fuiſſe Templa putat, ſcil. qualia apud Genteis, ſublimibus elata faſtigiis, quibus putarent divinitatem concludi, nullas habere aras ad oſtentationem extructas &c. at inane κενοφώνιον! vocabula non inſectamur, ſed res ſpectamus. Nulla talis diſtinctio in mentem paganis venerat, nedum Chriſtianis: ſimpliciter nulla ſingularia & aperta ædificia Chriſtianos habuiſſe, in exercitium ſacrum extructa adparet, neque enim fideles negabant objectionem infidelium. Præterea in unius Dei honorem extruenda Templa affirmamus, neque tanto ſplendore ornanda, verùm in egentes & miſeros ſumptus faciendos. Non eum in finem ædificanda, quaſi ea Deum comprehendant, vel quaſi illis Deus indigeat: neque pars religionis in iis ponenda, quandoquidem religio & vera Eccleſia ſine Templis conſiſtere poteſt.

§.3.) Non minus miſerè ſe Baronius torquet (*f*) dum inter *templa delubráque* diſtinguit. Ad quæ fusè Blondellus de Epiſc. à p.259. ut & Seldenus (*g*) ubi *Manifeſtius*, inquit, *hic nihil videtur, quàm verba non omnino fieri de gentilium aris, ſtatuis, templis Chriſtianis non admiſſis, aut inſtar eorum ſeu ritu Gentilitio dedicatis. Vitio Chriſtianis vertit Cæcilius, quòd ſibi nulla haberent templa, ne quidem qualia Judæis ait fuiſſe, i. e. ſimulacris carentia. Quod ita de templis ab Chriſtianis nullis tunc dedicatis capiendum. Nam objecerat noſtris Cæcilius: Cur occultare & abſcondere quicquid illud colunt, magnopere nituntur? Cùm honeſta ſemper publico gaudeant, ſcelera ſecreta ſint? Cur nullas aras habent, templa nulla, nulla nota ſimulachra? nunquam palàm loqui, nunquam liberè congregari, niſi illud, quod colunt, & interprimunt, aut puniendum eſt, aut pudendum?* Et paulò pòſt: *Judæorum ſola & miſera gentilitas,*

b) Dalla. de imagg. l.1.c.3. itidem cultu Lat. l.8.c 17.p.1084 & cap.23. Larroq. de Euch. part.1.c 8.p.182. Arnd. p.341. & 1082. (c) ad an 57.§ 31. (d) vid. Zimmerm. in Tert. §.253. (e) Liturg. l 1.c.19.§.2. (f) à §.5. anni 211. (g) de Synedr. l 3.c.15.p.334.

tas, unum & ipſi Deum, ſed palàm, ſed templis, aris, victimis, cæremoniisque An. 209.
coluerunt. Ad quæ Octavius: Putatis autem, nos occultare quod colimus, ſi delubra & aras non habemus? Quod enim ſimulachrum Deo fingam &c. ad quæ, oppidò tamen infeliciter, Joh. ab Wovver: *Chriſtiani non habebant templa dedicata & conſecrata ritu Ethnico; ſuas tamen Baſilicas, ſeu, ut ipſi appellabant, κυριακὰς habuiſſe ſatis conſtat, eáſque frequentâſſe, niſi quatenus perſecutione impedirentur; tunc enim ad domos privatas confugiebant.* At quid ſomnia ejuscemodi curemus? Hujus ſequax eſt Geverhartus Elmenhorſtius. *Quaſi*, ſubjicit rectè Seldenus, *licèt ritu non Ethnico, nihilominus Chriſtiano aliquo dedicationi ſacra tunc proprio conſecrata habuiſſent templa.* (*h*)

§.4.) Clàm & in ſecreto à Chriſtianis tum omnia peracta fuiſſe Minutius clariſſimè docet: ecquidni verò, cùm nemo Chriſtianus vel hiſcere ſuſtinuiſſet, niſi mactationi jam devotus? Quantò minus templa, baſilicas, & ſimilia erigere auſi, vel publicè illas frequentare? Unde cryptæ, & antelucani conventus. Sed finge tibi templa, quid tandem in illis cum ſacellis, choris, luminaribus, altaribus, idolis, & ſexcentis aliis, quæ hodie in Papatu, de quibus Hoſpinianum, alios conſule. Unde iterum Minutius: *Quantò & de Diis veſtris animalia bruta naturaliter judicant, mures, hirundines, milvi, non ſentire eas ſciunt, nôrunt, inculcant, inſident, &, niſi abigatis, in ipſo Dei veſtri ore nidificant; araneæ verò faciem ejus intexunt, & de ipſo capite ſua fila ſuſpendunt.* Adhuc Minutius: *Dum opinio & mens imperitorum artis concinnitate decipitur, auri fulgore præſtringitur, argenti nitore, et candore eboris hebetatur.* Tum fusè exſequitur, quibus modis fingeretur, poliretur, atque pararetur ſimulachrum, ad hoc, ut divinos honores acciperet &c. (*i*) Non ignoravit Cæcilius Chriſtianos nonniſi unum Deum venerari, neque id hoc loco illis exprobravit, ſed quòd eundem unum Deum nullis externis rebus, utpote auro, argento, ſtatuis, aris, templis &c. colant: neque hoc negavit heîc Minutius, ſed ſaltem ἀθεότητα, crimina atque probra à ſe, ſuíſque amolitus. Requirebat Cæcilius Deum viſibilem, ac in ſenſus quoquo modo incurrentem, & quem gens libera, integráque regna noverint. Tam verò abeſt ut hac in parte adſtipuletur Minutius, ut potiùs ipſis etiam Judæis Chriſtianos opponat, eò quod Deum ſuum nullis externis aris, victimis, ceremoniis &c. colant. Sicuti Tertull. Apol. c. 16. ita & noſter Minutius, gentilium de Chriſtianorum Deo calumnias ac ſuſpiciones producunt; nemo tamen Euchariſtiam, aut divos, aut reliquias colere dixit; quod tamen, ſi hæc verè culta à Chriſtianis eſſent, procul omni dubio, exprobratum ipſis fuiſſet.

§.5.) Per homicidia initiatos eſſe Chriſtianos, ſive per ſanguinem in-

h) Confer Blondel. l. al. p. 255. ubi de Templorum & Baſilicarum origine. Mycral. hiſt. Eccleſ. l. 2. §. 2. n. 24. Larroq. l. al. part. 1. c. 5. p. 73. & 97. (i) Dalla. de imagg. l. 1. c. 2. & de adro. l. 1. c. 19.

An.209. ſantis vehementer negat. At verò ſigni ſeu panis & vini tranſſubſtantiationem hîc indigetari, prout volunt Latini, minimè credendum, ſed de vero infante ſermonem eſſe punctim occiſo. Injuriam autem ſibi fieri maximam eò aſſeverat, quòd Chriſtianis ſpectare parricidium, aut audire de illo loquentes non permiſſum, *nec beſtiarum, multò minus hominum admittere ſanguinem* conceſſum ſit. Neque hoſtiam, neque extra Deum quidquam aliud adorâſſe Chriſtianos, inde liquet, cùm exprobrat Gentilibus: *Vos adoratis bovem cum Ægyptiis, & inde vos alitis.* (k)

Chriſtianos non colere, non coronare, prout gentiles faciant, ſuos mortuos Cæcilius objicit: *Non floribus caput nectitis, non corpus odoribus honeſtatis; reſervatis unguenta funeribus; coronas etiam ſepulchris denegatis.* Ex mortuorum autem cultu gentiliſmum ortum Octavius docet, quando ait: *Dum* (gentiles) *Deos ſuos colunt religiosè, dum defunctos eos deſiderant in imaginibus videre, dum geſtiunt eorum memorias in ſtatuis detinere, ſacra facta ſunt, quæ fuerant aſſumpta* ſolatia. (l) Depravatum locum ex Minutio adverſarii producunt pro reliquiarum cultu, quaſi dixiſſet: *Nos exequias adoramus:* cùm ſit legendum: *Nos exequias adornamus eadem tranquillitate, qua vivimus.* Agit quippe de ſimplicitate Chriſtianorum in ſuis funeribus. Elmenhorſtius agnoſcit in ſuis notis, eſſe Codices, qui hanc emendationem habeant; qui ipſe tamen aliàs ex Feſto ſtatuit, adornare idem eſſe quod facere.

§. 6.) Ultimo loco noſtris à Cæciliano objectum, eos, *Crucis ligna feralia colere:* hinc *Crucicolæ* fideles dicti: *Ecce vobis minæ, ſupplicia, tormenta, etiam non adorandæ, ſed ſubeundæ cruces* &c. Ita autem Minutius hoc negat, ut in paganos hunc cultum rejiciat: *Cruces*, inquit, *nec colimus, nec optamus* (Elmenhorſt. *oramus*) *Vos planè, qui ligneos Deos conſecratis, cruces ligneas, vel Deorum veſtrorum partes forſitan adoratis.* Senſus: Crucem non colimus, non adoramus, ſed Chriſtum, qui in cruce pependit, in cruce gloriamur. (m) Gratis igitur Bellarminus (n) crucis venerationem noſtris objectam fuiſſe ait, quia falsò & per ſycophantiam fuit objecta, & calumniam fuiſſe apertè hîc Minutius oſtendit, ut & Tertull. Apol. c. 15. 16. alii. In alienum omnino ſenſum verba Minutii detorquent, quia illa cum can. 73. Concilii VI. ſeu Trullani conferunt, ubi præcipitur, *ne crucis figura in pavimento fiat*. Fidem excedere videri Caſalius c. 100. p. 391. ait, etiam Gentiles aliquando in ſuis triumphis non ſolùm Crucem, verùm & crucifixum adumbrâſſe: unde Minutius: *Trophæa veſtra victricia non tantùm ſimplicis Crucis faciem, verùm & affixi hominis imitantur.* Verùm quidquid fuerit, fortuitò id à Gentilibus factum, de Chriſto Servatore nihil cogitantibus: una hæc ex ſexcentis externorum

k) *Larroq. part. 3. c. 4 p 893.* (l) *Dallæ de imag. l. 4. c. 7. p. 619.. Larroq. part. 3. c. 4 877. Arnd. 843.* (m) *Dallæ de imag. l 1. c. 15. p. 138. Zimmerm. §. 118. Arnd. 287.* (n) *l. 2. de imag cap. 28.*

norum rituum & idololatriæ formis fuit. At quid hoc abſque fide ſeu cognitione ſalutari? An. 210.

JESU CHRISTI *Annus* 210.
SEVERI *Imp. Annus* 16.

Zepherini P. an. 8. Coſſ. Antoninus Aug. III. & Geta Cæſar. II. Geta hoc tempore Auguſtus dictus: felix autem fuit ſtatus Imperii: ſcripſiſſe etiam Tertullianus adv. Judæos creditur. Commendat Annaliſta §. 8. Zepherini Romani ſtudium in expugnandis hæreſibus, atqui omnibus hoc fidis incumbit Miniſtris, nec ſingulare quid de illo Optatus, nec primo eum loco collocat, dum ait: *Marcion, Praxeas, Sabellius, Valentinus & cæteri, temporibus ſuis à Victorino Pictavienſi, à Zepherino Urbico, & Tertulliano Carthaginenſi uſque ad Cataphrygas, & ab aliis aſſertoribus Eccleſiæ ſuperati ſunt.* Severi hujus tempore floruiſſe C. J. Solinum Polyhiſtorem, Plinii compilatorem volunt. In quem vide Salmaſium: f. Pariſ. 1629.

JESU CHRISTI *Annus* 211. An. 211.
SEVERI *Imp. Annus* 17.

Zepherini P. an 9. Coſſ. Claudius Pompejanus, & Lollianus Avitus. Uſſerius (*a*) ad hunc annum dicit: De Amphibalo Principis Cambriæ filio, & aliis Britanniæ juvenibus à Zephyrino Rom. Epiſcopo ad fidem converſis ſtultiſſima fabula eſt. *vid. an. 290 §. 1.*

a) Ant. Brit. à p. 163. & 1080

JESU CHRISTI *Annus* 212. An. 212.
SEVERII *Imp. Annus* 18.

Zepherini P. an. 10. Coſſ. Acilius Fauſtinus & M. Rufinianus.

JESU CHRISTI *Annus* 213. An. 213.
ANTON. & GETÆ *Augg. Annus* 1.

§. 1.) Zepherini an. 11. Coſſ. Gentianus & Baſſus. Severus mœrore potiùs ſcelerum filii Antonini, quàm morbo conſumptus obiit Eboraci in *Severus obiit.*

d 3 Bri-

Digitized by Google

An.213 Britannia. De hoc Uſſerius (a) *Mœatis unà cum Caledoniis deficientibus Severus, dum expeditionem in eos parat, Eboraci IIII. die Febr. extinctus eſt, corpúsque ejus rogo impoſitum, in loco qui ad hunc uſque diem* Severshill/ *Severi collis nomen retinet.* Vixit annos 65. m. 9. d. 15. Duobus autem filiis Baſſiano & P. Septimio Getæ imperium reliquit: hi quomodo Romam repetierint, & ubique inter ſe diffidenti animo fuerint, Herodianus docet. Baſſianus etiam Antoninus, ex avi materni nomine dictus, ſic etiam Caracalla, quia è Gallia veſtem plurimam devexit, talaréque caracallas fecit, qua & ipſe uſus, & ſimilem militibus atque populo donavit, quem ad ſe ſalutandum, indutum talibus introire coegit vid. Xiphil. Æl. Spartianum, alios. Id indumenti genus Alexander (*b*) penulæ in modum fuiſſe dicit, barbarum diſciſsúmque, & conſutum ex multis partibus.

Serapion. *Aſclepiades.* §. 2.) Serapioni Antiocheno defuncto Aſclepiades, confeſſione pro Chriſti nomine clarus, (*c*) ſubrogatur: de illo vid. Martyrol. ad 30. de hoc ad 18. oct. Eodem anno Alexander nobilis confeſſor ſub Severo ordinatus Hieroſ. Epiſcopus fertur, vivente adhuc, ſed decrepito Narciſſo. (*d*) *Alexander.* Hic Alexander ad Antiochenos ex vinculis ſcribit & gratulatur eis, quòd *Narciſſus.* Aſclepiadem conſtantem & exercitatum doctorem Epiſcopum recepiſſent: ita ut dubium an uterque eodem anno ordinatus. Atqui ex hac ad Antiochenos epiſtola nullam Alexandro prærogativam vel poteſtatem ipſi admittunt adverſarii. Ergo ſi Romanus in ſimili caſu idem fecerit, prout olim ſibi invicem gratulati fuerant, ejus dominium inde quoque non rectè concluditur. Adde quòd in Syria Antiochenus Epiſcopus vicinarum Eccleſiarum inſpectorem egit, ut ſextus Niceni Concilii canon habet: & patet ex Euſ. l. 6. c. 12. ubi Serapion Antiochenus Epiſc. in Roſſenſi Eccleſia ſchiſma componit. Ita ſanè eadem ratio in aliis.

(a) *Antiq. Brit. p. 164. & 1080.* (b) *Genial. dier. l. 5. c. 18. ex Volater. l. 23.* (c) *Euſ. l. 6. c. 11.* (d *Euſ. ib.*

An.214.

JESU CHRISTI *Annus* 214.

ANT. CARACALLÆ *Imp. Annus* 2.

Zepherini P. an 12. Coſſ. Aſperi duo. Càracalla non modò in educatores, Patrísque amicos, ſed & in milites atque ſenatores immaniter ſæviit, cumpr. verò in uterinum Getam, cui parente adhuc ſuperſtite infenſiſſimus extiterat. Occiſum hoc anno quinto Kal. Martii in matris gremio, natum 22. annos, 9. menſes, Baronius ex Dione, Spartiano & Herodiano oſtendit. Papinianum J. C. idem Caracalla occidit, quia hoc fratricidium defendere noluit.

noluit. Audiens hoc facinus mitigari poſſe, ſi fratrem Divum appellaret, reſpondit: *Sit Divus, dummodo non vivus.*

JESU CHRISTI *Annus* 215. ANTON. CARACAL. *Imp. Annus* 3.

An. 215.

Zepherini P. an. 13. Coſſ. Antoninus Aug. IIII. & Balbinus. *Gajus ſeu Cajus*, vir eloquentiſſimus, Romæ contra Proclum Phrygem, ſeu Montaniſtarum erroris propugnatorem, diſputationem habuit. Zepherino autem duce atque impulſore vel publicè coram univerſa Eccleſia habitam, neque Euſebius (*a*) neque Hier. (*b*) affirmant. (*c*) De eodem Lutzenb. in Proculo ex Marſilio Ficino (*d*) Ego reperi præcipa Numenii, Philonis, Plotini, Jamblici, Proculi myſteria à Johanne, Paulo, Hierotheo, Dionyſio Areopagita accepta fuiſſe, quidquid enim de mente divina, Angelis &c. ad theologiam ſpectantibus magnificum dixere, manifeſtè ab illis uſurpavere vel furati ſunt. Negavit Proculus Epiſtolam ad Hebræos eſſe Pauli. Hic Cajus in Dialogis cum Proculo fundationem Rom. Eccleſiæ tam Paulo, quàm Petro tribuit: *Ego*, inquit, *Apoſtolorum trophæa perſpicuè poſſum oſtendere, nam ſi lubet in Vaticanum proficiſci* (ubi eſt Petri ſepulchrum) *aut in viam, quæ Oſtienſis dicitur* (ubi Paulus jacet) *te conferre: trophæa eorum, qui iſtam Eccleſiam* (Romanam) *ſermone & virtute ſtabiliverunt, invenies.* Reſp. 1. Mendax ergo Cornelius P. qui circa an. 255. Decretali. 1. ſcripſit tranſlata ſeu ſublata horum duorum Apoſtolorum corpora ſuo tempore de Catacumbis, & Petri quidem in Vaticanum poſitum, Pauli in viam hoſtienſem. Certè ſepultos fuiſſe ſtatim poſt martyrium, alterum in Vaticano, alterum ad viam Hoſtienſem veteres, & hîc ipſe Cajus teſtantur: & ita docet Cardinalis noſter ad an. 69. 2. Sed concedamus aliquid veterum facilitati, quid verò tum poſtea etiamſi Petrus Romæ mortuus & ſepultus fuiſſet: ſequitúrne inde, & ibi XXV. annos ſediſſe, Papam & Oecumenicum, Caput reliquorum fuiſſe, alios ejus tempore Romæ Epiſcopos non extitiſſe &c. 3. Ideo hæc Romanæ Eccleſiæ applicat Cajus, quòd Montanus, Proculus & cœtera fæx Romæ tum ſchiſma, tum hæreſin foverunt, contra Apoſtolicam fidem & ſucceſſionem. 4. Æqualia de aliis Sedibus à Patribus dicuntur, niſi quòd Petrus & Paulus ibi non mortui, unde tamen nihil ſequitur. 5. Si Zephyrinus adverſus convictum Proculum ac omnes Pſeudoprophetiæ defenſores, in ipſum etiam Tertullianum, Anathema dixit, non ſolus hoc fecit, fatente Baronio (*e*) ſed & alii Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopi, idque non Victoris auctori.

Cajus ſ. Gajus.

vid. an. 221. §. 5.

(*a*) *l. 6. c. 14. & l. 2. c. 24* (*b*) *in Catal.* (*c*) *Confer. Friſ. in Bibl p. 30. & 56.* (*d*) *de relig. Chriſt. c. 22.* (*e*) *§. 5 Spond. §. 1.*

An. 215. ctoritate, ſed communi conſilio, & ipſius nominis Chriſtiani veneratione, collectis variis in locis Conciliis.

JESU CHRISTI *Annus* 216.
ANT. CARACALLÆ *Imp. Annus* 4.

Tertullianus contra nos ſcribit.

§. 1.) Zepheryni P. an. 14. Coſſ. Meſſala & Sabinus. *Tertullianus* libros de Monogamia, de jejuniis & de pudicitia contra Catholicos, quos *Pſychicos* i. e. animales adpellat, conſcribit Baronio teſte. Et quia noviſſimus hic annus eſt, quo Annaliſta de Tertulliano agit, pro methodi noſtræ inſtituto fuſiùs de eodem tractare lubuit. Dictus autem *Q. Septimius Florens Tertullianus*, natus Centrione apud Carthaginem, primò J. Conſultus deinde Presbyter factus Romæ; quur autem patriam reliquerit variant ſententiæ. Ad mediam uſque ætatem maritus Romæ manſit, ubi, Hieronymo docente, contra Montanum ſcripſit, tandem deſciſcere ad eoſdem cœpit, itaque functione remotus Carthaginem reverſus, ibíque diem obiit. Vir fuit eximius, ſumma eruditione & ingenii acumine, unde Hieronymus de illo: *Tertulliano quid acutius, quid eruditius?* Credendo tamen facilis fuit, in defendendo pertinax, cui externa ſpecies ſanctimoniæ ita arriſit, ut durior fuerit in omnibus, & erga omnes. Præter vehementis & acris ingenii naturalem, quæ in eo paſſim apparet, aſperitatem, & ſtyli Carthaginenſis, cum reliquis Africanis, ipſi communem indolem, orationis ſuæ ſplendorem tanta eruditione, tam multis vocibus, aut novis, aut è Juriſprudentia translatis, tot ſubtiliter & acutè dictis obſcuratis, ut, fatente Rigaltio, lectores ad nutum attentiſſimè ſagaces ſibi poſcat, nulláque nimia ſit ad eum probè intelligendum, vel doctrina, vel attentio. *Quia ingenio fuit tetrico & moroſo*, inquit Dallæus, (a) *quam quidem Montaniſtæ affectabant diſciplinam auſteram & ſeveram facilè probavit: quod verò pertinet ad ipſa fidei dogmata, ipſe non ſemel teſtatur ſe in eadem ſive norma, ſive fide cum Catholicis conſtanter permanere: tamen in ejus operibus peregrina & abſurda opiniones occurrunt, de perſona Filii, de natura Dei, ejus affectibus & ſubſtantia, de Angelis, de anima humana, de ſtatu animarum poſt hanc vitam, de chiliaſmo, de nuptiis, de baptiſmo hæreticorum, & dilatione ejuſdem in infantibus, de capitali judicio & judicario munere.* Sunt qui illius tranſitum ad Montaniſtas rejiciant vel in invidiam, quòd ægrè ferret Victorem ſuum popularem Afrum ſibi præferri in Sede Romana; vel in ſuperbiam, quòd Carthaginenſis Epiſcopus fieri nequiviſſet, & quòd, cùm incidiſſet in Proclum Cataphrygem captus ſeveritate diſcipli-

a) *de Patr. p.* 259.

diſciplinæ Montanicæ, in quam ipſe ſuopte ingenio propenderit, quod vel ex pallio liquet, facilè illi hæreſi nomen dederit. Alii potiùs invidiâ cum laboràſſe Romani Cleri, ob eruditionem & eloquentiam malunt. Ita Hier. (*b*) *Invidia & contumeliis Clericorum Rom. Eccleſiæ preſſus ad Montani dogma delapſus eſt.* De illo copioſè B. Rhenanus in opere ejus, Pamelius & alii. De iis, quæ falsò inſcribuntur Tertulliano Rivet. Crit. S. l. 2. c. 9. Cocus in Cenſura: Bellar. & ex eo Gerhardus. Mejer in Bibl. p. 23. Mycræl hiſt. Eccl. l. 2. §. 1. Ejus inter alia, non ſunt liber de Trinitate, item epiſtola de cibis Judaicis. Neque auctor eſt libri de Eccleſiaſticis dogmatibus, ſed Gennadius homo Semipelagianus, ipſis Lovanienſibus fatentibus. An. 216.

§. 2.) Ideo verò Tertulliani ſcripta eò accuratiùs diſtinguenda, quia ſibimet ſimilis non eſt: de quo Rivet. l. all. c. 10. & in prælim. c. 9. Pamelius à p. 45. ad 55. Baron. & Spond. ad an 201. & 216. Dallæus de Patr. à p. 5. & p. 15. Arnd. Ant. à p. 881. Ab eo ſiquidem *Tertullianiſtæ* orti: Aug. de hær. c. 86. Larroq. de Euch. part. 1. c. 2. p. 18. alii. Quæ ex illo veritati patrocinentur vide Illyr. Cat. Teſt. Ver. T. 1. p 91-94. Ejus errores varii, inpr. quos cum Montanis communes habet, quos jam ſuperius indigetavimus: vid. Novit. Molinæi l. 1. c. 49. p. 162. Arnd. Ant. l. Patres. §. 25. De cœlibatu Chemnit. Conc. Tr. p. 498. a. de jejuniis Dallæ. de Patr. p. 5. Statuit animam corpus effigiatum: Deo etiam corpus adſcripſit, id tamen perperam rapuit Vorſtius, ut Dei impugnaret ſimplicitatem. Unde Auguſtinus Tertullianum quodammodo à labe purgat; id inſuper in illo improbat idem Auguſtinus, quòd cenſeret animas impiorum poſt mortem in Dæmonas mutari. At quid Pontificii de mortuo infante non tincto. Probabat Tertullianus rebaptizationem hæreticorum, commendabat cunctationem baptiſmi, (*c*) Angelis tribuebat amorem fœminarum & ſemen prolificum, judicia capitalia nolebat à Chriſtianis exerceri, (*d*) vitam militarem illicitam Chriſtianis ſtatuebat, aſſerens Chriſtum in Petro exarmando omnem militiam diſcinxiſſe, nolebat fugam capeſſi in perſecutionibus, ſecundas nuptias rejiciebat, auri & purpuræ uſum fidelibus denegabat, thus vendere non permittebat mercatori Chriſtiano &c. Perronius quoque (*e*) ſtylum ſingularem in hoc homine notat, utpote *Diſciplina* i. q. cultus religionis externus: *Scriptura figit regulam* i. e. legem: &: *Scriptura habet rationem, ſibi ſufficit:* Chriſtianos vocat *Piſciculos:* baptizatos nominabat *candidatos baptiſmi* &c.

§. 3.) Tertullianus notatus à quodam quòd Pallium induerit, tractatum de Pallio ſcripſit, quo libro rationem reddit, quur depoſitâ Togâ Romanâ aſſumpſerit Pallium, habitum Græcorum, in modeſtiam ſcil. & frugalitatem: Philoſophis & Philoſophantibus ſpecialem. Eodem igitur veſtitu *vid. an. 197 §. 1.*

e Chri-

b) *de Script. Eccl.* (*c*) *l. de Bapt. c. 15.* (*d*) *de idol. c. 17 & 19. ſeq. & l. de coron. mil. c. 11.* (*e*) *in poſth. p. 302.*

An.216. Chriſtiani, licet non omnes, ſimplicitatis gratiâ uſi. Non ergo ſingulare religionis, ſeu Monachorum fuit habitus. (*f*) Pallium Philoſophorum Gr. περιβόλαιον, de quo alibi: vid. Bevereg. T. 2. f. p. 185. a. f.

In Apologetico pro Chriſtianis, cunctam, ut Hieronymus Ep. 84. ſcribit, ſeculi diſciplinam continente, reſpondet adverſus objecta Gentilium. Memorabile dum c. 1. juſtum & æquum cenſet, ut Romani Imperii Antiſtites palàm diſpiciant, & coràm examinent, quid ſit liquidò in cauſa Chriſtianorum. Adeoque cognitionem cauſæ Principibus Gentilibus non minus, quàm Juſtinus Martyr, Athenagoras & reliqui, detulit.

Cap. 12. *Si ſtatuas & imagines frigidas, mortuorum ſuorum ſimillimas, non adoramus, quas milvi & mures, & araneæ intelligunt, nonne laudem magis, quàm pœnam merebatur repudium agniti erroris. Quo quidem argumento omnis imaginum religioſa excluditur adoratio.*

Ex cap. 16. Bellarminus objicit: Nunquam Gentibus in mentem veniſſet, ut noſtris objicerent adorationem Crucis, niſi vidiſſent illis Crucem ſummæ venerationi fuiſſe. Neque lignum aliquod ſe propitiare negat Tertullianus. Reſp. Atqui adoratio capitis aſinini eodem capite Chriſtianis objicitur, & monſtri onychitæ, inceſtus, infanticidia in ſuis myſteriis, & neſcio quid præterea, quas calumnias, ut & illam de propitiatione ligni & adoratione crucis, hoc capite facetè ridet ac retorquet; & cap. 17. planè depellit, oſtendens unicum religioſæ adorationis objectum eſſe illum, qui eſt verus Deus. Inter falſas itaque Ethnicorum de rebus noſtris opiniones recenſet Crucis cultum, tam abeſt, ut hoc defendat. (*g*) Non inficiamur cum doctiſſimo Larroquano (*h*) primos Chriſtianos ad minimum à fine ſecundi ſeculi ſæpe cruce ſe ſignâſſe, docente Tertulliano: ante illum aùtem quenquam hujus ritus mentionem facere vix reperias. Hoc verò ſigno diſtinguere ſe volebant fideles ab infidelibus, iiſque demonſtrare non pudere ſe Crucifixi, quem ipſis exprobrabant.

vid. an. 209. §. 6.

Cap. 18. *Fiunt, non naſcuntur Chriſtiani.* In hanc ſententiam vide Matth. Zimmermanni diſſertationem impr. Lipſ. 1662. 4. ubi aliorum ſimul Patrum teſtimonia collegit.

§. 4.) Apol. c. 21. *Deum colimus per Chriſtum.* Eum ergo Mediatorem, & per eum Deo Patri preces offerendas agnoverunt. De Chriſtianorum conventibus eadem Tertullianus Apol. cap. 2. habet, quæ Plin. II. lib. 10. Ep. 97. Et cap. 39. *Coimus in cœtum, ut ad Deum* (non ad Divos, vel ad Virginem) *quaſi manufacta precationibus ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata eſt.* Ib. *Non priùs diſcumbitur* (in Agapis) *quàm oratio ad Deum peragatur* &c. Nullam omnino relativam ad Divos orationem ullibi oſtendit, ſed ſolam abſolutam ad unum Deum. Apol. c. 17. *Quod colimus, Deus unus eſt, qui*

f) *vid. Bar. ad an. 197. Spond § 3 4.* (*g*) *Dalla. de ador. l. 1. c. 8. p. 59. & c. 14. p. 134. & c. 24 p. 187. Baron. ad an. 201. à §. 21.* (*h*) *de Euch. Part. 3. c. 1. p. 818. ſeq.*

Digitized by Google

qui totam molem iſtam &c. ubi clarè profitetur, Deum unum eſſe id quicquid eſt, quod à Chriſtianis colebatur, neque aliud quicquam præter unum illum Deum coli religioſè. Sic Scorp. cap. 4. *Præſcribitur mihi, ne quem alium Deum dicam, ne vel dicendo, non minus linguâ, quàm manu Deum fingam, ne quem alium adorem, aut quoquo modo venerer, præter unicum illum &c.* Similia habet ad Scap. c. 2. An. 216.

De pœnit. c. 9. *Aris Dei adgeniculari:* inde Latini ararum uſum, imò venerationem extorquere conantur. Falſa eſt lectio, reponendum ergo, Charis Dei adgeniculari, Pamelio cum M. S. Codd. teſte: vid. Zimmerm. §. 54.

Nullis exceptis, etiam martyrum ac ſanctiſſimorum corpora humo condebant ſepeliebántque; ubi plerunque etiam, in ſpem reſurrectionis, Chriſtianorum cadavera unguentis perfundi ſolita. Vid. Tert. Apol. c. 39. & 42. & de anim. c. 51. & de idol. cap. 11.

Contra Angelolatriam idem de præſcr. cap. 33. ſic habet: *Simoniana magiæ diſciplina Angelis ſerviens, utique & ipſa inter idololatrias deputabatur.*

§. 5.) Idem Tertullianus, poſtquam meros fuiſſe homines demonſtravit, qui tum à Paganis pro Diis colebantur, hæc Apol. c. 12. de ſimulacris ſubjicit: *Quantum de ſimulacris ipſis, nihil aliud reprehendo, quàm materias, ſorores eſſe vaſculorum, inſtrumentorúmque communium &c.* Sic de idol. c. 3. Diabolum, ait, ſeculo intuliſſe artifices ſtatuarum & imaginum, & omnis generis ſimulacrorum. & cap. 4. Toto mundo ejusmodi artibus interdixit ſervis Dei. Eadem c. 5. & contra Marc. l. 4. c. 22. docet Petrum in monte Thabor cognoviſſe Moyſen & Eliam non per imagines antè viſas, quia ullas fieri lex vetet. Ita de Spect. c. 23. *Jam verò ipſum opus perſonarum, quæro an Deo placeat, qui omnem ſimilitudinem vetat fieri, quantò magis imaginis ſuæ?* Ne verò aliter ſe rem habuiſſe in V. T. quis obtendat, Tertullianus ubique, inpr. autem libro de idololatria, aſſerit, longè magis in N. T. quàm in V. imagines, earúmque cultum prohibitum eſſe; id quod ipſe Bellarminus de imag. c. 7. §. Sed hæc. haut diffitetur. Sic in libro adverſus Judæos Tertullianus nullibi planè vel imagines, vel ipſarum cultum à Judæis objectum noſtris fuiſſe commemorat, quod procul omni dubio illi feciſſent & Tertullianus ad id reſpondiſſet, ſi illud in rerum uſu tunc fuiſſet. Objicit hoc loco Bellarminus *(i)* ex Tertull. *(k)* tum temporis ſolitos Chriſtianos ex Luc. 15. 5. D. Jeſum Paſtoris formâ pingere, & quidem in S. Calicibus. Ad quæ Dallæus *(l)* inter cœtera: *quid ſi non ſacri, ſed communes calices fuerint, quomodo & Hier. in Jon. c. 4. de Chriſtianorum vulgo loquitur, In cucurbitis vaſculorum (quas vulgò ſaucomarias vocabant) ſolitas Apoſtolorum imagines adumbrari.* Imò an ex ſacrorum calicum pictura parabolica *vid. an. 33. § 43.*

i) *de imagg. c. 9. §. Secundo* (k) *de Pudic. c. 7. & 10.* (l) *de imagg. l. 3. c. 1. ſeq.*

Digitized by Google

An. 216. lica & emblematica efficitur, vel in Eccleſiis conſecratas Chriſti & Sanctorum imagines? An earum adoratio & religioſus cultus? Confer inpr. eundem Dallæum de adorat. l. 2. c. 22. p. 306. Cham. T. 2. l. 22. c. 7. ſ. 11. Forbeſ. Inſtr. l. 7. c. 8. ſ. 11. ubi præter alia: aliud hiſtorica parabola, aliud ipſum quod colitur; talis parabola de ſatore, ſemine, agro Matth. 13. Humanæ ſunt hæ res & terrenæ, unde nulla adoratio ſequitur. Confer Bar. ad an. 57. à ſ. 111. & ad præſentem an. à ſ. 13. atque eundem in ſeculo 4. ad Conſtantini M. tempora. Spondan. ad an. 57. ſ. 34. & 336. ſ. 17. Diverſa exempla ſeu teſtimonia pro imaginum cultu quavis occaſione hincinde ſublegit & corradit Baronius, quibus alienum affingit ſenſum, & tamen eadem fabulas rectiùs dixeris, quàm hiſtorias: quippe imagines initio nullæ erant, pauló póſt hæretici, Simon, Carpocras, Marcellina aliquas obtruſerunt. Hinc Tertullianus Hermogeni artem pictoriam exprobrat. (*m*)

ſ. 6.) Apol. cap. 30. *Nos pro ſalute Imperatorum Deum invocamus æternum &c. Sentiunt eum Deum eſſe ſolum, in cujus ſolius poteſtate ſunt, à quo ſunt ſecundi, poſt quem primi, ante omnes, & ſuper omnes Deos & homines, qui vivunt, & mortuis antiſtant.* Et pauló póſt: *Precantes ſumus ſemper pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam &c.* Hæc ab alio *orare non poſſum, quàm à quo ſcio me conſecuturum &c. famulus ejus, qui eum ſolum obſervo.* Ergo omnes homines, clerici & ipſi Pontifices Imperatori, ceu Magiſtratui ſunt ſubjecti. Apol. c. 37. *Cui bello non idonei, non prompti fuiſſemus, etiam impares copiis, qui tam libenter trucidamur, ſi non apud iſtam diſciplinam magis liceret occidi, quàm occidere.* (*n*) Idem de idol. c. 25. *Quod attinet ad honores Regum, vel Imperatorum, ſatis præſcriptum habemus in omni obſequio eſſe nos oportere, ſecundùm Apoſtoli præſcriptum, ſubditos Magiſtratibus, & principibus, & poteſtatibus. Sed intra limites diſciplinæ &c.* Idem ad Scap. c. 2. *Chriſtianus nullius eſt hoſtis, nedum Imperatoris, quem ſciens à Deo ſuo conſtitui, neceſſe eſt ut & ipſum diligat & revereatur, & honoret, & ſalvum velit cum toto Romano Imperio quouſque ſeculum ſtabit, tandiu enim ſtabit. Colimus ergo & Imperatorem ſic quomodo & nobis licet, & ipſi expedit, ut hominem à Deo ſecundum, & quicquid eſt, à Deo conſecutum, ſolo Deo minorem &c.* (*o*) Quæ quidem verba allegat quoque Bona in Liturg. l. 1. c. 15. ſ. 3. at non ad Magiſtratum applicat, cui etiam ſubjicere ſe Eccleſiaſtici quivis debent: ſed propter ſequentia Tertulliani verba: *Itaque & ſacrificamus pro ſalute Imperatoris:* ut probet. 1. Sacrificium eſſe Miſſam. 2. Miſſas etiam ſpeciales dari, pro ſingularibus caſibus. R. ad 1. Etiam precibus & interceſſionibus Chriſtiani ſacrificant Deo. (*p*) Sacrificium etiam dicitur S. Cœna, quia eſt μνημόσυνον unici Chriſti ſacrificii: item reſpectu Gentilium, qui ſacrificiis ſua peragebant. Ad 2. reſp. negatur

m) *vid. Cham. T. 2. l. 16. c. 8. §. 5. Novit. Mol. l. 1. c. 50. § 5.* (*n*) *Tourret. au Recueil p. 495. VVit. de P. q. 4. cont 4.*) (*o*) *de Dem. l. 6. c. 2. §. 2. & c. 3. § 13. & c. 4. §. 4. Kipping. polit. l. 1. c. 10. §. 2. Libert. Gall. T. 1. p. 586.* (*p*) *Tert. adv. Marc. l. 4. item Apol. c. 30. & 39. & ad Scap. c. 2.*

Digitized by Google

gatur conſequentia: privatam Miſſam veteres pro ſalute Imp. aut rebus ſimilibus non celebrârunt, ſed in ipſa publica communione inter alia hoc etiam intelligebant & peragebant, uti adhuc hodie à noſtris in precibus & S. Cœnæ celebratione fit. Longè rectiùs iſthoc Tertulliani teſtimonium Libertas Gall. (q) contra exemptionem & poteſtatem clericorum adhibet. Unde Nicolaus diſt. 96. c. cùm ad verum. *Chriſtus Jeſus actibus propriis & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis utriusque* (Pontificis & Imperatoris) *diſcrevit &c.* Ex quibus hoc ſanè percipere licet. 1. Solum Deum religiosè adorandum & colendum. 2. Leges principum non obligare conſcientias: proinde etiam illis ultra Dei mandatum non parendum. 3. Etiam pro infidelibus principibus Deum orandum. An. 216.

§. 7.) Idem Apol. c. 32. *Eſt & alia major neceſſitas nobis orandi pro Imperatoribus, etiam pro omni ſtatu Imperii, Rebúsque Romanis, quod vim maximam univerſo orbi imminentem, ipsámque clauſulam ſeculi acerbitates horrendas comminantem, Romani Imperii commeatu ſcimus retardari. Itaque nolumus experiri, & dum precamur differri, Romanæ diuturnitati favemus.* Credebant ergo fideles, revelandum Antichriſtum ſublato Romæ Romano Imperio h. e. Romanis Imp. non reſidentibus Romæ, ſeu imperio ſpoliatis: id quod Franc. Zephyrus agnoſcit.

Ib. cap. 39. de cœtibus ſacris, de auditione V. D. de diſciplina Eccleſ. tractat, docétque excommunicationem non à ſolo Epiſcopo exerceri, ſed à toto Presbyterio, & requirente rei gravitate ac neceſſitate, à toto cœtu, ſeu totius cœtûs conſenſu, ne medicina ſalubris peccantium per tyrannidem in perniciem animarum vertatur. (r) Per quos adminiſtrata fuerit cenſura ita inſuper docet: *Præſident probati quique ſeniores, honorem iſtum non precio, ſed teſtimonio adepti, neque enim precio ulla res Dei conſtat.* At Simoniam curiæ Rom. modernam conſidera. Ergo jus diſciplinam, excommunicationem & receptionem tractandi non penes ſolum Epiſcopum (Romæ hæc ſcripſit Tertullianus) fuit, ſed penes Eccleſiæ ſeniores ſeu Presbyterium, quomodo eos Zephyrus interpretatur. Pamelius non ſolos Presbyteros, ſed etiam Epiſcopos intelligit. (s)

Ib. *Modicam unusquisque ſtipem menſtrua die, vel cùm velit, & ſi modò poſſit, apponit: nam nemo compellitur, ſed ſponte confert. Hæc quaſi depoſita pietatis ſunt, nam inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis voratrinis diſpenſatur, ſed egenis alendis humandíſque, & pueris ac puellis re ac parentibus deſtitutis; jámque domeſticis ſenibus, item naufragis, & ſi qui in metallis, & ſi qui in inſulis, vel cuſtodiis &c.* Non commemorat Epiſcopum Rom. ex toto orbe ingentes theſauros annuos colligere. Nec bonorum communionem hîc intelligit, ſed Chriſtianos de omnibus facultatibus ſuis communicare

q) *T. 1. p. 42. & 525.* (r) *Zepper. pol. Eccl. l. 1. c. 16. conſ. c. 11. q. 3. c. 106.* (s) *Forb. l. 16. c. 1. §. 16.*

Digitized by Google

An.216. care cum egentibus libero motu. Initio quoque ex oblationibus vivebat Clerus, & ævo Tertulliani in menſes fiebat; in menſes quoque Clero dividebatur: inde Cypr. l.4. ep.5. presbyterialem portionem ſacerdotibus attribuit, quæ ſportula dicebatur. (t) Neque Romæ tantùm ita fieri vult Tert. ſed & alibi. Itaque bona Eccleſiaſtica alienanda non ſunt, nec recondenda, ſed expendenda in uſus illos, in quos data ſunt & collata: non in milites, ſervos, nepotes, amicos; non in luxum, pompam, ornatum templorum &c.

Ib. *Ita ſaturantur* (Chriſtiani in ſuis conviviis) *ut qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum ſibi eſſe &c.* Itaque Vigiliæ longè aliæ, quàm nunc modò. Vid. Polyd. l. 6. cap.4. Hoſpin. de feſtis Chr. pag.25. Bulling. orig. err. alios.

§.8.) Idem Apol. c.47. *Antiquior omnibus veritas, & hoc mihi proficit antiquitas præſtructa divinæ literaturæ, quò facilè credam theſaurum eam fuiſſe poſteriori cuique ſapientiæ.*

Ad Scapulam c.2. *Nec religionis eſt cogere religionem, quæ ſponte ſuſcipi debeat, non vi: cùm & hoſtiæ ab animo libenti expoſtulentur. Ita etſi nos compuleritis ad ſacrificandum, nihil præſtabitis Diis veſtris: ab invitis enim ſacrificia non deſiderabunt, niſi ſi contentioſi ſunt: contentioſus autem Deus non eſt.*

Adv. Valentin. i. *domos ſimplices* Templa Chriſtianorum vocat. (u)

Idem adv. Jud. cap.7. *In univerſa terrarum exiit ſonus eorum, & usque ad terminos terræ verba eorum* (Apoſtolorum.) Ergo non ſolius Petri, nec Româ, ſed Hieroſolymis. Ib. poſt varias alias nationes, quibus Evangelium cum fructu prædicatum, ſubdit: *Etiam Getulorum varietates, et Maurorum multi fines, Hiſpaniarum omnes termini, & Galliarum diverſæ nationes, & Britannorum inacceſſa Rhomanis loca, Chriſto vero ſubdita, & Sarmatarum & Dacorum, & Germanorum, & Scytharum, & abditarum multarum gentium, & provinciarum, & inſularum multarum nobis ignotarum &c.* Ergò maturè Evangelium plantatum, etſi non omnes illius provinciæ intelligantur, quo etiam referendæ populorum migrationes, orthodoxorumque extirpationes & ſimilia. (x)

Idem adv. Jud. cap.9. *Babylon apud Johannem Romæ urbis figuram portat, proinde & magnæ, & regno ſuperbæ, & ſanctorum debellatricis.* Idem omnino l.3. adv. Marc. c.13. ad quæ loca Pamelius, non de Eccleſia, ſed de urbe Roma adhuc gentili hæc dici contendit, ſicut & in Hieronymi loco ſub calcem l.2. adv. Jovin. At patet ſaltem Babylonem veterem Romanæ urbis figuram geſtâſſe. (y) Et plures ſanè ex ipſis adverſariis largiuntur, Romam ſedem Antichriſti fore. Et hæc Roma meretrici, propter Apoſtaſian & idololatriam comparatur, apparituræ & regnaturæ demum poſt Rom. imperium

t) vid. Zimmerm. §.96. Arnd. Ant. l. Eccleſia: à § 66. (u) Heſſin. de Templ. p.40. (x) viſe Vrſin. de Eccl. Ger. à p.20. (y) Cham. T.2. l.16. c.3. §.4. Vitak. de P. cont.4. q.5.

Digitized by Google

periũm: conf. 2.Theſſ.2.3. Hinc Tertull. de reſur.car.c.24. ad 2.Theſſ.2.7. *tantùm qui nunc retinet, retinebit, uſque dum è medio tollatur: Quis*, inquit, *niſi Romanus ſtatus, cujus abſceſſio in decem* (Apoc.13.1.) *reges diſperſa Antichriſtum ſuperducet, & tunc revelabitur iniquus.* Non ergo politicus Romanus ſtatus intelligitur: hinc idem Tert. adv. Marc. l.5.c.16. *Quis eſt autem homo delicti, filius perditionis, quem revelari priùs oportet ante Domini adventum, extollens ſe ſuper omne, quod Deus dicitur, & omnem religionem, conſeſſurus in templo Dei, & Deum ſe jactaturus &c. Veniet in omni virtute, & ſignis, & oſtentis mendacii.* An.216.

§.9) Idem de pœnit. Tum *ſatisfactionem*, tum *confeſſionem* ſeu *exomologeſin* frequenter urget. At ſatisfactionis terminum more Eccleſiaſtico accipit, ita ut remiſſionem peccatorum nonniſi gratuitam, quæ per Chriſti ſolius meritum fit, ſtatuat: ac eam præterea confeſſionem innuit, quâ delictum noſtrum Domino confitemur, ut ait c. 9. Proinde Polydorus (z) *Confeſſionis ſecretioris* (auricularis) *Tertullianus, ſcriptor antiquiſſimus, nihil meminit: id quod tamen admirationem efficere minus debet, quia res nova ac in nonnullis Eccleſiis adhuc inuſitata, haud ſtatim potuit in animos hominum generatim irrepere* &c. Ait inter cœtera Tertullianus: *Mugire* (ſolent) *dies noctéſque ad Dominum ſuum.* Ergo non ad B. Virginem, nec ad ſuperos vel cœlites. Pœnitentem Presbyteris advolutum, caris Dei adgeniculatum omnibus fratribus legationes deprecationis ſuæ injungentem nobis depingit: at nulla ibi clancularia confeſſio & omnium peccatorum ſuorum enumeratio: nullus ſingularis confeſſionarius: nulla Papiſtica ſatisfactio. (a) Annon verò Presbyteri hoc loco i. q. Epiſcopi? (b)

Idem de Spectac. cap.12. *Quod mortuis litabatur, utique parentationi deputabatur, quæ ſpecies proinde idololatria eſt, quoniam & idololatria parentationis eſt ſpecies. Tam hæc, quàm illa mortuis miniſtrat. In mortuorum autem idolis dæmonia conſiſtunt.* (c)

Idem de idolol. c. 3. *Idolum aliquandiu retro non erat. Priusquam hujus monſtri artifices ebulliſſent, ſola templa & vacua ædes erant, ſicut in hodiernum quibusdam locis vetuſtatis veſtigia permanent.* Idem cap.10. de corona: *Indignum ut imago Dei vivi, imago idoli & mortui fiat.* Sic à cap.10. Apol. docet, Chriſtianos Deum verum, unum, creatorem cœli & terræ colere &c. (d) In Scorpiaco, quo Gnoſticos oppugnat, negantes faciundum Martyrium, ne apicem quidem ille habet de Reliquiis Sanctorum, eorúmque cultu. (e)

§.10.) Ib. de idol. *ubi artifices ſtatuarum & imaginum, & omnis generis ſimulachrorum Diabolus ſeculo intulit, rude illud negocium humanæ calamitatis,*

z) *inv. l.6.c.1.* (a) *Dallæ. de ador. l.3. c.15. Arnd. Ant.l. Confeſſ. à §.16.* (b) *Blondel. de Epiſc. p.154.* (c) *Conſ. Hoſpin. de Templ. p.121.* (d) *Zimmerm. §.99.* (e) *Hoſpin. de Templ. p.121. adde Arnd. p.843. §.3.*

Digitized by Google

An.216. *tatis, et nomen de idolis conſequutum eſt & profectum. Exinde caput factum eſt idololatriæ ars omnis, quæ idolum quoquomodo edit. Neque enim intereſt, an plaſtes fingat, an cælator exſculpat &c. Inde idololatria eſt omnis circa omne idolum famulatus & ſervitus &c.* Ignoravit ergo imaginis & idoli, cultûs item diſcrimen Tertullianus. Ib. *Idolum tam fieri, quàm coli Deus prohibet.* Certè nullæ tum temporis inter Chriſtianos inveniebantur imagines, niſi fortè inter reliquias hæreticorum. Sic autem argumentatur Tertullianus, ut omnem imaginum adorationem, aut in uſum religioſum fabricationem Chriſtianis prohibitam eſſe apertè doceat, hinc εἶδος, unde εἴδωλον, formula. Igitur *omnis forma,* inquit, *vel formula idolum ſe dici expoſcit.* Inde idololatria omnis circa omne idolum famulatus & ſervitus &c. Et c. 5. *Sed ait quidam: Cur ergo Moſes in eremo ſimulachrum ſerpentis ex ære fecit? Seorſum figuræ quæ diſpoſitioni alicui arcanæ præſtruebantur, non ad erogationem Legis, ſed ad exemplarium cauſa ſuæ &c.* Sic cap. 8. uſitatæ artificum objectioni reſpondens, Non habeo aliud, quo vivam, dicit, *alias ſpecies eſſe, quæ ſine exorbitatione diſciplinæ i. e. ſine idoli confectura, opem victûs præſtent, ſicut tectoria inducendi, dealbandi &c.*

§. 11.) Idem Tert. de cultu fœm. cap. 12. *Illa civitas valida, quæ ſuper VII. Montes, & plurimas aquas præſidet, quum proſtitutæ à Domino appellationem meruiſſet &c.* Talis ſanè in Apocalypſi depingitur, non qualis tum fuit, ſed qualis futura erat.

Tertullianum fuiſſe uxoratum ex libro ejus ad uxorem ſuam adparet.

In librum ejus de Exhort. ad caſtitatem vid. Chemnit. Conc. Trid. pag. 451. ſeq. & 520. alios.

vid. an. 179. §. 10. Librum de *Velandis virginibus* non pro Monaſticis, ſed pro quibusvis ſcripſit, quia velum honeſtatis & pudicitiæ cuſtos, ut toto patet tractatu: vide omnino Blondel. de Epiſc. à pag. 152. Hoſpin. de Mon. p. 26. & 97.

Tractatu de corona *Serta & Coronas* in cultu S. rejicit & diſſuadet variis argumentis: atqui uſitatum hoc in Lat. Eccleſia. *(f)*

Ib. cap. 3. *Ceremoniarum Eccleſ.* meminit, quæ poſt Apoſtolica tempora in uſu fuerunt, quas tamen Scripturarum auctoritate carere ipſe profitetur; unde malè Apoſtolicas vocari, vel illas ceu inviolabiles venditari poſſe. Nec ipſe profectò Tertullianus tanti conſuetudinem facit, ut ſi non bona & ſalutaris, tolli, vel emendari non poſſit, nec debeat, hinc ait: *Annon putas omni fideli licere concipere & conſtituere, quod Deo congruat, diſciplinæ conducat, & ſaluti proficiat?* Sic multa Montanica, quæ ipſe defendit, pro traditionibus venditat, quæ ne ipſi quidem adverſarii recipiunt. Unde non *vid. §. 23.* eſt ut adverſarii Tertullianum à traditionibus commendent, quandoquidem is frequenter omnes ejuſmodi præſcriptiones veritati, fidei & S. Scripturæ poſtponit. Ita de Veland. Virg. c. 1. *Veritati nemo præſcribere poteſt, non ſpa-*

f) *Larroq. de Euch. part. 3. c. 4. à p. 878.*

ſpatium temporum, non patrocinia perſonarum, non privilegium regionum. Ex his enim ferè conſuetudo initium ab aliqua ignorantia, vel ſimplicitate ſortita, in uſum per ſucceſſionem corroboratur, & ita adverſus veritatem vindicatur. Sed Dominus noſter J. Chriſtus veritatem ſe, non conſuetudinem cognominavit. Si ſemper Chriſtus & prior omnibus: æquè veritas ſempiterna & antiqua res eſt. (g) Ergo neque religio, neque conſuetudo ulla æſtimanda ex antiquitate & duratione, ſed ex ſola veritate. Deſinant itaque adverſarii hæreſeos nos arceſſere, quia fortaſſe alicujus Patris, vel etiam multorum unà ſentientium dictis non ſemper aſſentimur. Subjungit Tertullianus: *Hæreſeis non tam novitas, quàm veritas revincit. Quódcunque adverſus veritatem ſapit, hoc erit hæreſis, etiam vetus conſuetudo. Fruſtrà ergo,* inquit de Dom. (h) *ritus & ceremoniæ variæ ac inutiles in Eccleſia multiplicantur & urgentur.* Idem de præſcr. cap. 31. *Ex ipſo ordine* manifeſtatur, id eſſe Dominicum & verum, quòd ſit prius traditum: id autem extraneum & falſum, *quòd ſit poſterius immiſſum.* Et de Virg. vel. *Veritas interpretatur Scripturas, quas conſuetudo non novit.* Et Apol. cap. 46. *Veritas regula eſt, quæ à Chriſto venit, & tranſmiſſa per comites.* An. 216.

Iterum de Corona cap. 3. *Aquam adituri* (ad Baptiſmum) *ibidem, ſed aliquantò priùs in Eccleſia ſub Antiſtitis manu conteſtamur, nos renunciare Diabolo &c.* Nec nomen, nec munus Papa hodie retinet; nec ulla Papiſticarum ceremoniarum hîc mentio. Ib. *Eucharistiæ Sacramentum non de aliorum manu, quàm præſidentium ſumimus.* Ib. *Calicis aut panis etiam noſtri, aliquid decuti in terram anxiè patimur.* Sic ſcil. ſigna externa S. Cœnæ vocat. Duorum autem meminit. Ita l. 1. c. 14. adv. Marc. *Pane corpus ſuum Chriſtus repræſentat.* Et l. 3. c. 19. *Panem corpus ſuum appellat: ut & hinc jam eum intelligas corporis ſui figuram pani dediſſe.* Idem l. 4. c. 40. *Chriſtus acceptum panem & diſtributum corpus ſuum fecit, hoc eſt corpus meum dicendo, id eſt figura corporis mei.* (i)

§. 12.) Ib. *Oblationes pro defunctis, pro natalitiis, annua die facimus.* Tertullianus primus ex Patribus eſt, apud quem conſuetudo oblationum & orationum pro mortuis legitur: qui tamen diſertè & expreſsè aſſerit, eam non eſſe ex Scriptura. Si verum fateri velimus, ab Ethnicis hic mos profectus, illi quidpe celebrabant natales ſuos profuſo luxu, & agitabant γενέθλια. Has oblationes anno vertente die Natali renovabant, Deo, qui eos creârat, gratias agentes: illas moribundi teſtamento hæredibus imponebant, in Eccleſiæ uſus aut ſemel, aut annuatim ſolvendas. Ipſe autem c. 3. inter traditiones recenſet. Nulla itaque iſtîc Miſſa pro defunctis. Nam ſic Aug. de Verb. Apoſt. ſer. 17. *Injuria eſt orare pro Martyre:* confer eundem de cura pro mortuis. Sic B. Rhenanus ait: *pro iis gratulatoria potiùs preces fiebant, quibus Deo gratias agebant &c.* ita Cypr. Ep 5. l. 4. ſacrificia oblata ſuo tempore *vid.* §. 21. & *an.* 169. §. 4.

f pore

(g) *Libert. Gall. T. 1. p. 521.* (h) *l. 7 c. 12. § 6.* (i) *Larroq. de Euch. part. 2. c. 1. p. 328.*

Digitized by Google

An. 216. pore pro martyribus utique euchariſtica memorat, quando martyrum paſſiones celebrabantur. Initio qui obtulerant vivi, præſentes nominati ſunt, & hoc eſt *nominare ad altare, ἀνακηρύττειν.* Mox defuncti legantes Eccleſiæ in uſus tales ſumtus nominati, & Deo gratiæ pro eorum placido fine actæ fuerunt. Seculo demum VI. ſub Greg. I. ex oblationibus hiſce *Miſſa pro defunctis* nata, ac commemoratio iſthæc in orationem converſa. (*k*) *Sportulas*, quæ in uſum pauperum conferebantur, vocari, & per eas intelligi oblationes ex Conciliorum Canonibus manifeſtum. (*l*) Vel vivorum ſunt oblationes, vel mortuorum, omnes autem ſpontaneæ: vivorum menſtruæ apud Tert. Apol. c. 39. alias hebdomadariæ ſabbatis ſingulis fieri ſolitæ: conf. 1. Cor. 16. 2. Imò liberum benefaciendi tempus fuiſſe quis neget? Clerus etiam ex ejusmodi collationibus alebatur, unde ſicut menſtrua facta collatio, ſic & menſtrua diviſio: vid. Cypr. l. 4. ep. 5. hinc eidem menſurnæ diviſiones. (*m*) Tertullianum ignem *Purgatorium* non ſtatuiſſe certum, unde l. de Anima cap. 56. *Dicimus omnem animam quaqua ætate deceſſerit, in ea ſtare ad illum diem, usque quò perfectum illud repromittitur ad Angelicæ plenitudinis menſuram temperatum.* Licet de ſtatu animæ poſt exceſſum, cum reliquis Patribus non bene ſentiat, ceu quibus ante noviſſimum diem ingreſſum in Paradiſum denegat, unde l. 4. adv. Marc. putat *Sinum Abrahæ* eſſe certum locum, ſub corpore terræ, in parte ignota, quendam locum apertum luce ſua fretum. (*n*) Idem Tert. Apol. c. 48. ait: *Neque pati quidquam poteſt anima ſola ſine ſtabili materia* i. e. carne. (*o*) Orandi pro mortuis conſuetudo cœpiſſe videtur ab Ethnicis, quos ſic alloquitur Tertullianus l. de Teſtimonio animæ cap. 4. *Oſſibus & cineribus ejus refrigerium comprecaris, &, ut bene requieſcat apud inferos, cupis.* Hanc conſuetudinem poſtea ipſe Tertullianus, jam factus Montaniſta, approbat, ut Chriſtianis etiam neceſſariò uſurpandam l. de Monog. cap. 10. ubi hoc officium viduæ commendat erga defunctum maritum. Et hîc de corona cap. 3. hunc uſum inter conſuetudines Eccleſ. illius temporis commemorat. Nempe primitus gratias Deo agebant de victoria martyrum, & pro beato exitu aliorum fidelium defunctorum, eisque maturam reſurrectionem, ſibi ipſis autem orabant ſimilem vitæ exitum & quietem. Cœptum etiam poſtea orari, ut Deus cum eis in die judicii clementer ageret: additum quoque in Liturgiis, pro eorum requie. Licet Liturgiis varia ſequioribus ſeculis demum aſſuta. Quidquid ſit, Tert. l. 4. contra Marc. & de Anima, duo nonniſi loca conſtituit excipiendis animabus, inferos & ſinum Abrahæ, quem dicit eſſe regionem

k) vid. Morna. de Euch. l. 1. c. 7. (*l*) *vid. Hoſpin. de Templ. p. 476. & tr. in Concord. diſc. præf. col. 6.* (*m*) *viſe plura apud Arnd. l. oratio: à §. 36. & l. Clerus §. 226.* (*n*) *Conſule Dalla. de Patr. à p. 290.* (*o*) *vid. Hoſpin. de feſt. Chr. c. 3. p. 9--12. Novit. Mol. l. 1. c. 48. §. 12. Chemnit. Conc. Tr. p. 536. Arnd. l. anima à §. 18. Inpr. de hoc Forbeſ. Inſtr. l. 13. c. 9. §. 7. 13. 18. 23. maximè c. 10. à §. 2.*

nem non cœleſtem, ſublimiorem tamen inferis, præſtantem refrigerium animabus juſtorum, donec conſummatio rerum, reſurrectionem omnium plenitudine mercedis expungat. Proinde nullum penitus purgatorium credidit. Ita hodiéque Ruſſi, Græcos ſequentes, Papiſticum purgatorium non ſtatuunt, & tamen pro mortuis offerunt & orant. (p) An.216.

§.13.) Idem de corona c.3. *Ad omnem progreſſum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum, ad calceatum, ad lavacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quocunque nos converſatio exercet, frontem crucis ſignaculo terimus.* Ad quæ Dallæus: (q) in his nonniſi privatæ ſunt ſingulorum vitæ actus. Sacros inter hæc Evangelici miniſterii actus nullos nominat; in baptiſmo, in euchariſtia, in prædicatione, in adhortatione fratrum ſignum hoc uſurpari, non Tertullianus vel hîc, vel alibi, non quisquam alius eorundem temporum dicit. Adde Hoſpin. de Templ. pag.308. Ita Apol. c.16. Crucis adorationem Chriſtianis non tribuit, ſed memoriam paſſionis Domini, contrà Ethnicos Crucium & ſtipitum adoratores arguit. Tert. de Reſurr. cap.8. *Caro ſignatur, ut anima muniatur.* (r) Sequentibus temporibus ulterius proceſſum: inde σταυροπήγιον, diœceſis Epiſcopi, quòd in ea Epiſcopus Crucis figendæ jus habet. Sic & ſubſcriptiones Cruce firmabant, & ad eam jurabant, unde violatores jurisjurandi dicti σταυροπάται. (s) In uſu fuiſſe ſignum Crucis impermanens ante Conſtantinum, patet ex Tertulliano, at absque ulla lege Scripturarum, ut ipſe loquitur, ſed ex conſuetudine ſeu traditione non ſcripta; quales plures ponit, quæ tamen non ſtatim Apoſtolicarum nomine cenſendæ. Ut verò Crucis ſigno non utebantur ut adorando, ita nec operativo ex opere operato, ſed ut externa quadam profeſſionis ſuæ teſſera & geſtu precandi, ſine omni ſuperſtitione. Hinc Gabriel Vaſques in 3.part. Thomæ q.25. diſp.III.c.5. *quoties*, inquit, *ſuper res aliquas ſignum Crucis exprimimus, nihil virtutis ipſis imprimitur, ſed ſolùm ſigno illo ſuper illa impreſſo, Chriſti crucifixi auxilium imploratur.* Tandem, ut reliqua, in peſſimam ſuperſtitionem atque abuſum abivit. (t)

Idem de Veland. Virg. *Suo vitio quis quid ignorat. Quod autem ignoratur, fuit tam requirendum, quàm recipiendum, quod agnoſcitur.* Ergo officium fidelium omnium, veritatem divinam in religione ſedulò inquirere. Apage proinde cum cœca fide.

Ib. Pulchram *fidei Chriſtianæ ſummam* præſcribit, ac regulam fidei unam omnino eſſe dicit, ſolam immobilem & irreformabilem, qua lege fidei manente, cœtera diſciplinæ & converſationis, admittere novitatem correctionis &c. Similem fidei regulam proponit de præſcr. c.13. quam confer partim cum noſtra, partim cum adverſariorum.

f 2 Ib.

p) Olear. itin. Perſ. l. 3.c.31 p.316. (q) de cultu Lat. l.1.c.12. i. (r) adi Arndum de cruce (s) vid. ib. à § 11. (t) vid. Polyd. inv. l.6.c.11. Bull. orig. er. p.85. Forb. l 7.c.8.§.30. fusè de Dem, l.7.c.12. § 86--89. Hoſp. de Templ. 164.

An.216. Ib. *Spiritus S. Vicarius Chriſti* vocatur ex Joh. 16. Et ib. c. 2. Solus Chriſti magiſter & ſolus anteceſſor: quia ſolus poſt Chriſtum. Et licet jam montanizet Tertullianus, Spiritûs S. tamen vicariatum negare non poteſt. Neque tamen ſenſus, ſub hoc prætextu novitates in Eccleſiam introduci poſſe, ſicuti Latini revera cum Montaniſtis faciunt, qandoquidem Spiritus S. plenè & planè ſe in Verbo ſuo manifeſtavit, & hæc ipſa, non alia, ſuis applicat & infundit. (u)

§. 14.) De præſcr. c. 1. *Variè & inconſideratè plerique hoc ipſo ſcandalizantur, quòd tantum hæreſes valeant, quantum ſunt.* Et c. 2. *quia ſcandalizantur, ideo mirantur, quòd tantum valeant, quaſi ex aliqua veritate veniant. Alterum ſcil. ut malum ſuas vires habeat: niſi quòd hæreſes apud eos multum valeant, qui in fide non valent.* Vult ergo doctrinæ efficaciam notam puræ religionis haut eſſe.

Ib. hæretici à Tert. definiuntur, qui doctrinam Chriſtianorum Symbolo contrariam in Eccleſiam inducunt. Apoſtolicos contrà non alios appellari patitur, quàm qui cum Apoſtolorum doctrina conſenſerint, & in ea perſeveraverint.

Ib. c. 3. *Ex perſonis probamus fidem, an ex fide perſonas? Nemo ſapiens eſt, niſi fidelis? nemo major, niſi Chriſtianus.* Ergo fides nota eſt puræ & orthodoxæ Eccleſiæ, non Papa, vel alius quiſquam.

Ib. c. 6. *Nobis verò nihil ex noſtro arbitrio inducere licet, ſed nec ipſi quicquam ex ſuo arbitrio, quod inducerent, elegerunt: ſed acceptam à Chriſto diſciplinam fideliter nationibus aſſignaverunt. Itaque etiamſi Angelus de cælis* &c. Quicquid ergo Patres contra & extra ſenſum Spiritûs S. loquuntur locum non habet. Sic Bellarminus erraviſſe Patres aliquando, & cum illo plerique alii agnoſcunt.

Ib. c. 15. S. Literas vocat *literas fidei*, quia ex illis diſputandum, ſuadendum. Sic fuſe in ſeq. ubi docet, ex incorruptis S. Scripturæ fontibus diſputandum, eíſque credendum, ubi tamen Eccleſiæ teſtimonium ſeu miniſterium non tollit. Videtur quidem Tertullianus c. 15. & aliquot ſequentibus ſtatuere, cum hæreticis non agendum ex Scripturis, ac proinde hæreſin non eſſe doctrinam pugnantem cum Scripturis; at non loquitur univerſaliter de omnibus hæreticis, ſed de illis, qui vel Scripturas quaſdam verè & divinitus canonicas non recipiebant, quos hæreticos l. de Reſurr. *Lucifugas* vocat *Scripturarum*; vel qui adjectionibus & detractionibus invertebant: & ſi recipiebant, non recipiebant integras: & ſi aliquas integras præſtabant, nihilominus diverſas expoſitiones commentati pervertebant, ut ex c. 17. patet: vel more Latinorum, Apoſtolos non omnia omnibus tradidiſſe fingebant, ut habet cap. 25. Item loquitur de illis hæreticis, qui novas Scripturas confingebant, nova Evangelia, cum quibus fruſtrà ex Scripturis agitur.

u) *Arnd. l. Apoſt.* §. 14.

§. 15.) Ib. de præſcr. c. 20. *Duodecim præcipuos* (Chriſtus) *lateri ſuo adlegerat, diſtinatos Nationibus magiſtros &c. Eccleſias apud unamquamque civitatem condiderunt.* Nihil ſingulare de Petro, ubi tamen locus & occaſio id poſtulabat. Hinc tamen Rufus Canoniſta (*x*) Eccleſias Apoſtolicas, & Metropoliticas diducit. Reſp. 1. At nulla hinc Romæ prærogativa, ſed aliis potiùs Eccleſiis accedit. 2. Omnino recipiendæ erant primæ Apoſtolicæ Eccleſiæ, quandiu Apoſtolorum doctrinam integram ſervaverant. Annon vero hodie defecerunt? At Roma non excipitur ab hoc fato. An. 216.

Ib. *Apoſtoli in orbem profecti eandem doctrinam ejuſdem fidei nationibus promulgaverunt, & proinde Eccleſias apud unamquamque civitatem condiderunt, à quibus traducem fidei & ſemina doctrinæ, cætera exinde Eccleſiæ mutuatæ ſunt, & quotidie mutuantur, ut Eccleſiæ fiant. Ac per hoc & ipſæ Apoſtolicæ deputantur ut ſoboles Apoſtolicarum Eccleſiarum.* Nimirum per doctrinam fidei Eccleſias Apoſtolicas deputari affirmat. Non unam, non ſolam Romam Sedem Apoſtolicam ſeu Matricem vocat, nec illi ſoli fidei propagationem tribuit, nec ad unam illam reſpiciendum docet. (*y*) Ergo illæ etiam Eccleſiæ Apoſtolicæ dicuntur, quæ licet non ab Apoſtolis, nec à proximis illorum ſucceſſoribus plantatæ ſint, tamen idem habent Symbolum ſeu fidem, adeoque ſymphoniam & communionem. (*z*) vid. §. 17.

Idem de præſcr. c. 21. *Conſtat omnem doctrinam, quæ cum Eccleſiis Apoſtolicis matricibus & originalibus fidei conſpiret, veritati deputandam, id ſine dubio tenentem, quod Eccleſiæ ab Apoſtolis, Apoſtoli à Chriſto, Chriſtus à Deo ſuſcepit.* Id omne ſoli Rom. Eccleſiæ minimè tribuit, ſed & reliquis æqualiter, quia illa doctrina ab Apoſtolis illis Eccleſiis tradita eſt, & illæ Eccleſiæ eam fidem conſervabant, quam ab Apoſtolis initio majores ipſorum acceperant.

Ib. *Supereſt uti demonſtremus, an hæc noſtra doctrina de Apoſtolorum traditione cenſeatur.* Hîc Traditionem pro Verbo Dei ſcripto conſignato ſumi liquet. Nam etſi Symbolum totidem verbis & ſyllabis in N. T. non extet, copiosè tamen quoad ſubſtantiam idem traditum. Vult igitur Traditiones probandas per Traditiones i. e. Scripturas Apoſtolorum, num Apoſtolicæ ſint. Sic Tert. idem de Carn. Chriſti c. 7. *Non recipio quod extra Scripturam de tuo infers, ſi tu es Apoſtolicus, cum Apoſtolis ſenti.*

§. 16. Ib. de præſcr. c. 22. *Quis integræ mentis credere poteſt, aliquid Apoſtolos ignorâſſe, quos Magiſtros Dominus dedit, individuos habitos in comitatu, in diſcipulatu, convictu: quibus obſcura quæque ſeorſim diſſerebat, illis dicens datum eſſe cognoſcere &c. Latuit aliquid Petrum ædificandæ Eccleſiæ Petram dictum, claves regni cælorum conſecutum & ſolvendi & ligandi in cælis & in terris poteſtatem? Latuit & Johannem aliquid dilectiſſimum Domino, pectori ejus incubantem &c. Quod eos ignoraviſſe voluit, quibus etiam gloriam ſuam exhibuit*

(*x*) Part. 2. p. 24. (*y*) de Dom. l. 3. c. 1. §. 3. (*z*) Larroq. de Eccl. c. 9. à p. 130.

Digitized by Google

An.216. *hibuit &c.* Ergo revelatio Petro nullum dat primatum. Neque hoc quidquam ad Papam Rom. Unde neque ad Petrum, neque ad Papam ſpecialiter provocat Tertullianus, id quod tamen in religionis negocio faciendum omnino fuiſſet. His Tertulliani verbis deſcribitur Petri munus Apoſtolicum & Paſtorale omnibus Apoſtolis ex æquo commune: adeoque etiam ſolvendi ligandique poteſtas. Ipſum Petrum petram vocat, quia perſona publica, & reliquorum nomine Chriſto reſpondit, unde non minus Chriſti verba ad cæteros æquè Apoſtolos ſpectant. (*a*)

Ib. c. 23. Aſcendit (Paulus Gal. 2.) Hieroſolymam, cognoſcendi Petri causâ, ex officio & jure ſcil. ejuſdem fidei prædicationis &c. Ergo non tanquam ad Caput & Dominum; ut diſceret ab eo, ſeu ut poteſtatem & miſſionem acciperet.

§. 17.) Idem de præſcr. c. 32. *Si quæ* (hæreſes) *audent interſerere ſe ætati Apoſtolicæ ut ideo videantur ab Apoſtolis traditæ, quia ſub Apoſtolis fuerunt: poſſumus dicere: Edant ergo origines Eccleſiarum ſuarum. Evolvant ordinem Epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſſiones ab initio decurrentem, ut primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeveraverint, habuerit auctorem & anteceſſorem. Hoc enim modo Eccleſiæ Apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt: ſicut Smyrnæorum Eccleſia habens Polycarpum ab Johanne conlocatum refert: ſicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum edit: proinde utique & cætera exhibent, quos ab Apoſtolis in Epiſcopatum conſtitutos, Apoſtolici ſeminis* (i. e. Apoſtolicæ doctrinæ) *traduces habeant. Confingant tale aliquid hæretici. Quid enim illis poſt blasphemiam inlicitum eſt? Sed etſi confinxerint, nihil promovebunt. Ipſa enim doctrina eorum cum Apoſtolica comparata, ex diverſitate & contrarietate ſua pronunciabit, neque Apoſtoli alicujus autoris eſſe, neque Apoſtolici: quia ſicut Apoſtoli non diverſa inter ſe docuiſſent, ita & Apoſtolici non contraria Apoſtolis edidiſ-*
vid. §. 15. *ſent, niſi illi, qui ab Apoſtolis deſciverunt & aliter prædicaverunt. Ad hanc itaque formam provocabuntur ab illis Eccleſiis, quæ licet nullum ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis autorem ſuum proferant, ut multò poſteriores, quæ denique quotidie inſtituuntur: tamen in eadem fide conſpirantes, non minus Apoſtolicæ deputantur pro conſanguinitate doctrinæ.* Hæc ideo prolixiùs reddere placuit, quia unum alterum explicat & declarat. Apertè autem Tertullianus non ad ſucceſſionem, ſed ad doctrinam provocat, indéque Apoſtolicæ Eccleſiæ nomen deducit. Ita c. 37. docet in ſua Eccleſia veram ſucceſſionem eſſe, quia inde ab Apoſtolis retinuerit veram doctrinam: *Ego ſum hæres Apoſtolorum,* inquit. *Sicut caverunt Teſtamento ſuo, ſicut fidei commiſerunt, ſicut adjuraverunt, ita teneo. Vos certè exhæredaverunt ſemper* &c. Tantum abeſt ut ad ſolam Romanam Eccleſiam provocet, ut eam Smyrnenſi poſtponat: quin & ſolam localem ſeu perſonalem ſucceſſionem, abſque doctrinæ ſucceſſione, planè inutilem judicat. Non ſolus itaque Petrus, imò ne ſoli qui-

a) vid. Forb. l. 15. c. 7. § 10.

quidem Apoſtoli Epiſcopos conſtituerunt, ſed & Apoſtolici viri: adde quòd An. 216.
Epiſcoporum terminum æqualem cum Presbyteris intelligendum contendimus. Unde Clementem enumerat, & quidem à Petro conſtitutum, cui tamen ipſi Latini Linum & Clerum præponunt. Quod certè non aliunde, quàm quòd illi uno & eodem tempore Epiſcopi, & quidem æquales, Romæ fuerunt. Ergo non à ſolis Apoſtolis ſucceſſionem Epiſcopi habent, ſicut volunt adverſarii. Quin ne quidem locales Epiſcopi fuerunt Apoſtoli. Apertè autem æqualitatem ſtatuit Tertullianus Epiſcoporum. (*b*) Neque ex his Tertulliani verbis conficitur, ſingulares κατ' ἐκκλησίαν, ultra communem Presbyterorum ſortem provectos Epiſcopos Apoſtolis primùm, deinde ſibi deinceps ordine ſucceſſiſſe; quia unicuique Eccleſiæ Seniores i. e. Presbyteros præſediſſe refert, & Apoſtolos majores natu Chriſti miniſtros ſive Presbyteros vocat: ſi enim Presbyteri (*c*) ab initio fuerunt Eccleſiarum omnes omnino præſides; ut Apoſtolis in commune ſuccedere, ſic plures unà præeſſe, ſingulásque Eccleſias communi conſilio regere potuerunt. Nec deſiit ita inter eos unquam prior ordinatus, qui origines Eccleſiarum edere non potuerit. (*d*)

§. 18.) Fruſtrà ergo Monarchici atque Epiſcopales ex catalogis illis Tertulliani, & exinde Euſebii, Epiphanii, Optati, Auguſtini, aliorúmque pro ſingulari Epiſopatu pugnant. Singulas quidpe Eccleſias majores, Presbyterorum vel Epiſcoporum collegiis, ea lege, ut ſeniori cuique in collegio primæ deferrentur, eóque decedente ætate proximus honorarium collegarum caput fieret, ab initio commiſſas fatemur; hinc tamen tale caput presbyteratu omni major non fuit, ſed Presbyteratûs & Epiſcopatûs identitatem facit. (*e*) Ita Tertull. Apol. 39. Eccleſiis ſui temporis probatos quoſque Seniores, honorem iſtum non pretio, ſed teſtimonio adeptos præſediſſe docet. (*f*) Nec cujuſpiam facimus penſi ejuſdem Tertulliani dictum l. de Bapt. quod allegat Hammondus: (*g*) *Summus Sacerdos, qui eſt Epiſcopus, dehinc Presbyteri & Diaconi.* Quandoquidem ut in omni ordine, ſic & in Presbyteratu, lubentes primum aliquem adeoque Summum admittimus, ſicut ipſum ἀρχιερέως vocabulum, quod urget Hammondus, teſtatum facit. Deſinant ergo tantopere gloriari de privilegio & ſucceſſione Epiſcoporum ſuorum Romanenſes, quandoquidem jure divino & Apoſtolico æqualia omnibus privilegia, ac fideles olim ad ſucceſſionem Epiſcoporum non tantùm Rom. Eccleſiæ, quæ tunc pura in doctrina fidei & orthodoxa erat, ſed etiam aliarum Eccleſiarum, in veræ fidei negocio reſpexerunt, & alios revocârunt, nec ſemper Rom. Eccleſiam primo loco nominârunt. Ergo omnes illæ Apoſtolicæ Eccleſiæ dici merentur, quæ in fide conſentiunt cum Apoſtolis, etiam recentiſſimæ. Puritas proinde & perduratio doctrinæ certiſſima

b) vid. de Dom. l. 2. c. 1. §. 14. (c) carm. adv. Marc. l. 5. c. 1. (d) Blondel. de Epiſc. praef. p. 36. ſeq. (e) adi Blond. l. al. à p. 37. (f) idem tract. p. 381. (g) diſſert. 4 c. 18. §. 1.

An. 216. tiſſima Eccleſiæ nota, non item ſucceſſio. Contrà quiſquis hæreticus eſt, qui ab his deflectit, pertinaciterque iiſdem reſiſtit.

§. 19.) Ib. de præſcr. c. 36. *Percurre Eccleſias Apoſtolicas, apud quas ipſæ adhuc Cathedræ Apoſtolorum ſuis locis præſidentur, apud quas ipſæ authenticæ literæ eorum recitantur &c. Proximè eſt tibi Achaja, habes Corinthum. Si non longè es à Macedonia, habes Philippos, habes Theſſalonicenſes. Si potes in Aſiam tendere, Epheſum: ſi autem Italiæ adjaces, habes Romam, unde nobis quoque auctoritas præſtò eſt. Sta tu felix Eccleſia, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt* &c. En quo loco recenſeat, quo cenſu habeat Romam. Nonniſi æqualiter ad eam, ejúsque ſucceſſionem appellat, pluréſque Cathedras Sedes Apoſtolicas, vel ſi malis, Patriarchales facit. Quî verò tanti Præſulis ſui oblitus Tertullianus? Ergo Eccleſia Catholica toto orbe diffuſa, à qua conſenſus petendus: unde non tantùm Romanæ Eccleſiæ authoritatem poſtulat. Adde quòd Paulum Petro in Eccleſiæ fundatione adjungat. *(h)*

Ib. c. 44. de iis agit, qui aurem accommodârunt hæreticis, quomodo ſe in extremo die excuſaturi ſint: *Adjicient*, inquit, *præterea multa de authoritate cujusque doctoris hæretici, illos maximè doctrinæ ſuæ fidem confirmâſſe, mortuos ſuſcitâſſe, debiles reformâſſe, futura ſignificâſſe, uti meritò Apoſtoli crederentur: quaſi nec hoc ſcriptum ſit, venturos multos, qui etiam virtutes maximas ederent, ad fallaciam muniendam corruptæ prædicationis.*

§. 20.) Tert. de Bapt. c. 17. *Dandi* (baptiſmi) *habet jus Summus Sacerdos, qui eſt Epiſcopus. Dehinc Presbyteri & Diaconi, non tamen ſine Epiſcopi auctoritate, propter Eccleſiæ honorem.* Tres nonniſi gradus hîc & alibi muneris Eccleſiaſtici recenſet. Epiſcopum Summum i. e. primum Sacerdotem vocat. Neque rectè hoc loco poteſtatem juriſdictionis probare conatur Bellarminus, quia nulla inde concluditur, ſed ordo, ſeu ordinis primatus & gradus quidam ſuperior, quem Tertullianus hîc Eccleſiæ honorem vocat. Neque ſolus Romanus Pontifex, Papa, Summus, Summus Sacerdos eſt, ſed & reliqui Epiſcopi. Neque ex hoc Tertulliani dicto ſequitur, inæqualitatem Epiſcoporum & Presbyterorum divini eſſe juris, utut mos antiquus ſit. *(i)* Quòd Pontificis Summi titulus, ſive ſerio fiat, nec ne occurrit apud Tertull. argumentatur Perronius, *(k)* patere *Summi* epitheton dudum datum Papæ. Reſp. At non ſoli Romano Epiſcopo tributum, ſed & aliis Sedibus atque perſonis, unde tamen Monarchia non concluditur, nec ſumma poteſtas. vid. Caſaub. in Bar. §. 9. & 10. ubi de duobus Summis V. T. Sacerdotibus: collat. ejuſdem proleg. col. 59. Inpr. verò ad locum
vid. §. 25. Tertull. de pudic. c. 1. ubi dicit: *Pontifex Max. Epiſcopus Epiſcoporum* copioſè

h) Forb. l. 16. c. 6. §. 2. & l. 14 c. 6. à §. 10. de Dom. l. 3. c. 10. §. 5. & l. 4. c. 1. § 13. Cham. T. 2. l. 14. c. 23. (i) vid. Cham. T. 2. l. 10. c. 9. à §. 1. & c. 6. à §. 23. Alſted. de membr. Eccl. mil. c. 3 §. 17. collat. cum Hammond. de Epiſc. diſſert. 3 c. 7. §. 5. (k) in poſth. 243.

copioſe reſpondit Blondell. de primatu P. à p. 30. Montaniſta hæc ſcripſit An.216.
Tertullianus, quo ſarcaſmo in Zephyrinum veteres Gentilium Pontifices Max. innuere voluit. Interdum tandem apud ſequentes ſcriptores nimia rhetoricatio modum quoque exceſſit, & paganorum ſtylo ſe nimis accommodavit, unde *Epiſcopatus*, at non ſolus Romanus dictus, *Pontificatus*, & Epiſcopi *Pontifices*, item *ſumma dignitas, maximi Pontifices, Apoſtolici, Eccleſiæ univerſalis* &c.

Porrò baptiſmum quod ſpectat, ſenſim & paulatim, ſeu ut Walafr. de rebus Eccl. c. 26. cenſet, *gradatim per temporum augmenta, ejus celebratio in majus crevit*. Sic unctionem baptiſmalem primus omnium memorat Tertull. de bapt. c. 7. Juſtini autem M. ævo nondum in uſu fuit, qui Apol. 2. in actu Sacramentali, ſolius aquæ meminit. Ideo Amalarius l. 1. de offic. Eccl. c. 12. ſic: *Apoſtoli oleo utebantur in redintegratione infirmorum: Apoſtolici viri in conſignatione Neophytorum*. Itaque unctionem & manûs impoſitionem in Baptiſmi Sacramento poſt annum Chriſti 160. cœpiſſe noſtri ſtatuunt. Sic ex unctione, quæ continua olim baptiſmi fuerat actio, ſolo oleo conſtans, ortum etiam chriſma, quæ ab Epiſcopo & quidem alio tempore confertur. Tertulliani ævo quatuor jam acceſſerant Baptiſmo. 1. Abrenunciatio. 2. Trina immerſio. 3. Lactis & mellis prægustatio. 4. Abſtinentia à lavacro communi per ipſam illam hebdomadem. Ipſe Tert. c. 7. de bapt. tria memorat ſuo tempore in baptiſmi adminiſtratione adhibita. 1. Lotionem. 2. Unctionem. 3. Manuum impoſitionem. Deinceps longè plura ſubintroducta, de quibus Arnd. Ant. l. de bapt. §. 17. ſeq. & à §. 24. & l. de manuum impoſ. à §. 6. Dallæus tr. de Confirm. Sueur ad an. 267. p. 197. ſeq. (vid. an. 165 §. 6.)

§. 21.) Tert. l. de anima c. 35. *Ne te judex in carcerem mandet infernum, unde non dimittaris, niſi modico quoque delicto mora reſurrectionis expenſo*. Confer ejuſdem c. 55. & 58. item de Reſurr. c. 43. & Pamel. in notis à §. 644. & B. Rhen. in Tert. Montani ſeu Platonis potiùs opinionem arripuit Tertullianus, fingens neminem à corpore peregrinatum immorari ſtatim apud Dominum, niſi ex martyrii prærogativa, reliquas animas alibi ſequeſtrari in diem Domini, & quamvis juſtorum animæ ibi foveantur interim, modicum tamen quodque delictum illic eas luere morâ reſurrectionis, in carcere ſcil. illo. At nondum hinc Purgatorium ſuum extrudent Pontificii. Sic Orientales nullam pro defunctis orationem uſurpant, quâ animas à tormentis liberare velint, ſed Euchariſticam, quâ gratias Deo agunt, pro animabus ab ergaſtulo corporis liberatis: quâ item corporis reſurrectionem, & plenam gloriæ cœleſtis perfruitionem indubitatò ſperant. Credunt enim mortuos fideles venire quidem in locum pacis & quietis à rebus extrinſecis: verùm quia putant animas fidelium plenitudine gloriæ, & viſione Dei carere ad noviſſimum uſque diem, atque inſuper opinantur eaſdem æſtuare deſi- (vid §. 12.)

 derio

An.216. derio viſionis & gloriæ divinæ, propterea precantur pro defunctis, ut illis exoptent lucem & refrigerium in pia illa ſiti. Obj. ex Tert. de Monog. c. 10. *Et pro anima ejus* (vidua) *orat, & refrigerium interim adpoſtulat ei, & in prima reſurrectione conſortium, & offert annuis diebus dormitionis ejus.* Ad hoc Dallæus de cultu Lat. l. 9. c. 14. p. 1243. reſpondet. 1. Nullus hîc orat ſacerdos, ſed mulier. 2. Nec in S. Synaxi hoc fit. 3. Inde oblatio eſt non Euchariſtiæ, ſed eleemoſynarum aut agaparum, ideo non ſacerdos, ſed vidua offerre dicitur. 4. Annua nonniſi oblatio fuit &c.

vid.§.11. §. 22.) Adv. Marc. l. 4. c. 5. *Id verius quod prius, id prius quod ab initio, abinitio quod ab Apoſtolis; pariter utique conſtabit, id eſſe ab Apoſtolis traditum, quod apud Eccleſias Apoſtolorum fuerit ſacroſanctum. Videamus quod lac à Paulo Corinthii hauſerint, ad quam regulam Galatæ ſint recorrecti; quid legant Philippenſes, Theſſalonicenſes, Epheſii, quid etiam Romani de proximo ſonent, quibus Evangelium & Petrus & Paulus ſanguine quoque ſuo ſignatum reliquerunt. Habemus & Johannis alumnas Eccleſias.* Ita ſanè veram antiquitatem h. e. S. Scripturam unicè urget & inculcat: reliquas Eccleſias æquales facit, imò Romam poſtponit. Non ergo religionis & doctrinæ veritas à Rom. Pontificis authoritate dependet, ſed à communi Eccleſiæ Catholicæ & orthodoxæ conſenſu. Sic itaque populum docuerunt veteres, ut non ſolùm ad Romanæ, tum adhuc puræ, verùm etiam ad aliarum omnium orthodoxarum præcipuarum & Apoſtolicarum Eccleſiarum exemplum & doctrinam ſeſe componerent. Per prius autem intelligit, ante quod non eſt aliud prius, doctrinam nimirum Apoſtolicam, ab Eccleſia acceptam & conſervatam. In hunc modum ſanè Cod. Theodoſ. lib. 16. tit. 3. Theodoſius Aug. omnes, quibus imperabat, non ſolùm ad Romani Epiſcopi doctrinam accommodare ſe jubet, verùm etiam vel ad Nectarii Epiſcopi Conſtant. vel ad Timothei Alexandrini, vel ad Pelagii Laodiceni, vel ad Diodori Tharſenſis, vel ad Amphilochii Iconienſis, vel ad Optimi Antiocheni, vel ad Helladii Cæſereenſis, vel ad Otreii Melitani, vel ad Gregorii Niceni, vel ad Terennii Scythici, vel denique ad Marmorii Martinopolitani &c.

§. 23.) Idem l. 4. adv. Marc. c. 13. confert. XII. Apoſtolos XII. fontibus Elim, XII. gemmis in tunica ſacerdotali Aaronis, XII. lapidibus in Jordane &c. Atque eoſdem lapides ſolidos fide vocat &c. Inde fit, ut Tertulliano, ac cœteris Patribus æquè cœteri Apoſtoli atque Petrus fundâſſe hinc inde Eccleſias dicantur, adeoque fundamenta, ſuper quæ nos ædificamur.

Ib. *Mutat & Petro nomen de Simone, quia & creator Abrahæ & Saræ, & Auſeæ nomina reformavit &c. Sed cur Petrum? Si ob vigorem fidei multa materia ſolidaq; nomen de ſuo accommodarent, an quia & Petra & lapis Chriſtus? &c. itaque affectavit chariſſimo diſcipulorum de figuris ſuis peculiariter nomen communicare, propius quàm de non ſuis.* Petra ergo, ſuper quam ædificata Eccle-

Eccleſia, ſolus eſt Chriſtus, Petrus verò nonniſi figuratè, ſicut & alii Apoſto- An. 216.
li, à Chriſto nomen ſortitus.

Ib. c. 21. *Petrus pro omnibus reſpondit: Tu es Chriſtus.* Ita ſanè os fuit reliquorum.

Idem adv. Gnoſticos c. 10. *Nam etſi adhuc clauſum putas cœlum, memento claves ejus hic Dominum Petro, & per eum Eccleſiæ reliquiſſe, quas hic unuſquisque interrogatus atque confeſſus feret ſecum.* Licet ergo verba hæc ad Petrum dirigantur, promiſſio tamen clavium, & etiam conceſſio nihil minus aliis quoque omnibus facta eſt Apoſtolis, imò Eccleſiæ.

Libro adv. Pſychicos i. e. orthodoxos, de jejunio agens fatetur ſe cum Montaniſtis jejunia propria cuſtodire, ſtationes plerunque in veſperam producere, Xerophagias obſervare &c. ſicque ſtrictam jejuniorum obſervationem ſe tenere, planè ſicut moderni Latini, id quod tùm temporis reprehenderunt orthodoxi, adeoque apud illos in uſu non fuit. Unde Tertull. c. 13. *vid. an. 173. §. 6.*
Vos (Pſychici ſeu Orthodoxi) *interdum pane & aqua viƈitantes, ut cuique viſum eſt: denique reſpondetis, hæc arbitrio agenda, non ex imperio.* (*l*) Ita tract. de orat. c. 14. docet jejunantes abſtinere à S. communione, ne frangant jejunium. Quòd ſi ergo orthodoxi verum & reale, adeoque incorruptibile corpus Chriſti ſumere ſe credidiſſent, ejus ſumtione frangere ſe jejunium non putâſſent. (*m*) Ideo ipſe Tertull. adv. Marc. l. 4. c. 40. panem *figuram corporis Chriſti* vocavit. Stationes i. q. jejunia, Hebr. מעמד, ſtando fiebant. Jejunium autem aliud publicum, aliud privatum; publicum aliud gravius ad veſperam uſque, uti erat XL. aliud levius, ad nonam uſque, cujuſmodi feria IV. & VI. Epiph. teſte. Sabbathum tamen in omnibus Eccleſiis jejunii expers fuit minimè: unde Romani apud Socr. l. 5. c. 22. omni ſabbatho jejunabant. De quo Aug. Ep. 86. & 18. quare Synodus Trull. can. 55. damnat Romanos, quòd per Quadrageſimam ſabbathis jejunarent. Confer can. Apoſt. 68. Ergò liberum erat jejunium, nec omnes Eccleſiam Rom. ſequebantur. (*n*)

§. 24.) Ib. c. 13. *Aguntur præcepta per Græcias illas certis in locis concilia ex univerſis Eccleſiis, per quæ & altiora quæque in commune tractantur & ipſa repræſentatio totius nominis Chriſti magna veneratione celebrantur.* Altiora iſthæc ad fidem ſine dubio pertinebant: at in commune illa tractabantur. Ita Montaniſtæ & alii conciliaribus conventibus ſunt damnati. Et talia quidem etiam extra Rom. Eccleſiàm pertractabantur & finiebantur. Nulla ergo Romanorum Pontiff. regula, quam in ore ſemper gerunt: *Gravia Eccleſiæ negocia omnia ad Sedem Apoſtolicam Romam adducenda.* Aſt quodnam gravius, quàm fidei negocium eſſe queat. Pulchrè hoc loco monet de Dominis: (*o*) *Ex numero non diſcernitur Concilium Generale à Provinciali, vel Natio-*

g 2

l) *vid. Dreline. au faus Viſage* § 20. *à p.* 171. (*m*) *Dalla. de cultu Lat. l.* 3. *c.* 11. *à p.* 343. *Larroq. de Euch Part.* 2. *c.* 2. *p.* 350. (*n*) *Arnd. l. jejun. à* §. 20. *Zimmerm.* §. 205. (*o*) *l.* 7. *c.* 3 §. 35.

Digitized by Google

An. 216. *Nationali. Ante Generale Concilium mos erat in oriente ſæpe congregare Concilia totius Græciæ Univerſalia, in quibus totius Chriſtianitatis ſenſus pateret; tunc enim exigui nominis & exiguæ Eccleſiæ erant in noſtro occidente.* Numne verò præcepta illa de quibus Tertullianus, pro congregandis Conciliis, Romanus dedit Epiſcopus? Num decreta is confirmavit?

vid. §. 20. & an. 383. §. 4. §. 25.) Tertull. de Pudic. c. 1. *Audio edictum eſſe propoſitum, & quidem peremptorium: Pontifex ſcil. Maximus, Epiſcopus Epiſcoporum dicit: Ego & mœchiæ & fornicationis delicta pœnitentiâ functis dimitto. O edictum, cui adſcribi non poterit bonum factum* &c. Cap. 13. *Et tu quidem pœnitentiam mœchi, ad exorandam fraternitatem in Eccleſiam inducens, bonus paſtor & benedictus Papa concionaris, & in parabola ovis capras tuas quæris* &c. Cap. 21. *Exhibe igitur & nunc mihi Apoſtolice, Prophetica exempla, & agnoſcam divinitatem: & vendica tibi delictorum ejuſmodi remittendorum poteſtatem, quòd ſi diſciplinæ ſolius officia ſortitus es, nec imperio præſidere, ſed miniſterio, quis aut quantus es indulgere? qui neque Prophetam, neque Apoſtolum exhibens cares ea virtute, cujus eſt indulgere.* His titulis Papam in ſuis uſum eſſe dicit Chronologus: (p) aut, ſi velimus, verba eſſe Tertulliani, qui ea dixerit ſecundùm receptam conſuetudinem, idque ex Legendis confirmat, ac oppidò ingenioſè inter *Summum* & inter *Maximum Pont.* ſeu *Papam.* diſtinguit, & nonniſi Romanum, Epiſcopum Epiſcoporum vocatum contendit, ad eundémque ſolum cunctarum rerum & cauſarum Chriſtianarum cognitionem & deciſionem traducit. (q) In eundem ſenſum eadem adducit Caſalius c. 79. p. 317. quæ & Rouſſelius urget, (r) ubi inter cœtera. 1. Non obſcurè indicari jam illa ætate Pontificis Rom. Principalitatem agnitam ita eſſe, ut *Epiſcopus Epiſcoporum* appellaretur, quia hoc vocabulo non uſus fuiſſet Tertullianus, niſi id in ore fidelium fuiſſet. 2. Vi hujus tituli Pontificem potuiſſe pœnitentiam promittere omnibus, ex quacunque regione, primatiâ, & diœceſi oriundis: idque Origenis exemplo probat, qui per Epiſtolam ad Fabianum pœnitentiam agit, quòd plurimos errores in vulgus edidiſſet: (s) Flaviani item Antiocheni, qui perjurii reus monitus & coactus eſt veniam à Damaſo & Innoc. I. expetere. Similia ex Perronio habebis apud Blondellum de primatu à p. 30.

§. 26.) Reſp. 1. Verba planè eſſe Tertulliani, non autem ex illius temporis uſu monet de Dominis l. 4. c. 10. §. 72. & quidem ironica, nec ſine mordaci deriſione prolata. Eo ipſo igitur in Papa tanta majeſtas agnita non fuit. 2. Concedamus Tertullianum propter decretum Romani vel alicujus ex Africæ primatibus ita loqui, id tamen ridet & ſubſannat idem. Jam certè tumor invaſerat & Romanum, & alios ſummos Primates Eccleſiarum, ut

ſe &

(p) à §. 4 (q) vid. Cham. T. 2. l. 10. c. 9. (r) l. 1. c. 6. §. 13. (s) apud Hier. Ep. ad Pammach. & Ocean. de error. Orig. Euſ. l. 6. c. 29.

ſe & *Summos* vocari vellent, & *Maximos*, & *Epiſcoporum* ſe facere *Epiſcopos*, quales titulos plures hinc inde videas: conf. Conc. Carth. 3. cap. 26. & VI. Can. 39. (t) 3. Probabilius ad Romanum ea dirigi, alludere enim ad Pontificem Max. Gentilium urbis Romæ videtur. 4. Aliunde quoque adparet, quid Tertullianus Romanæ Sedi tribuerit: hinc l. de Pudic. c. 21. eum ad Zephyrinum dirigit ſermonem: *Si, quia dixerat Petro Dominus, ſuper hanc Petram ædificabo &c. tibi dedi claves regni cœleſtis; vel, quæcunque alligaveris &c. idcirco præſumis, & ad te derivâſſe ſolvendi & ligandi poteſtatem, i. e. ad omnem Eccleſiam Petri propinquam, qualis es evertens atque commutans manifeſtam Domini intentionem perſonaliter hoc Petro conferentem?* Credit ergo Tertullianus, quicquid Petro vel dictum, vel datum, perſonæ ipſius dictum & datum fuiſſe. Neque ullus ex veteribus errorem propterea Tertulliano adſcribit. Non igitur ſtatuit, Petrum ullum ſucceſſorem in perſonali hac ſua poteſtate habuiſſe: multò minus, Epiſcopum Rom. errare non poſſe; vel reliquas Sedes atque Eccleſias ei ſubjectas eſſe. Ecquid hoc: *ad omnem Eccleſiam Petri propinquam*, aliud, quàm quòd ipſe Zephyrinus ſemet Univerſalem non fecit; quanquam ne in propinquas quidem jus ipſi Tertullianus tribuere vult. Verba proinde Tertulliani ironica ſunt, & quaſi ſcelus augentia, quòd Epiſcopus, qui in urbe ſedet victrice, ita in Eccleſia eximius eſt, ac ſua ipſius opinione ſupremus, quòd hic primus ductor ſummusque doctor peccatoribus indulgeat, peccata foveat, & edictis publicis impunitate propoſita, delictis viam aperiat. Hoc inde conſtat, quia edictum ipſum totum deridet. Ipſe Rouſſelius (u) ſubjunxit: *Si aliqua ſunt hujusmodi exempla* (Sedis Rom.) *rara ſunt; contentis olim fidelibus ſua diœceſi, ſuoq; diœceſano, ac eo Presbytero, quem unusquisque Epiſcopus ſingulis Eccleſiis præficiebat &c.*

§. 27.) Porrò de bullatis hiſce titulis rectè monet Vulſo (x) *Circa an. 200. ac diu etiam poſtea, ſoli Imperatores Summos ſeu Maximos ſe Pontifices appellârunt, fuiſſétque læſa Majeſtatis crimen, ſi quis hoc ſibi uſurpâſſet.* Confer Feſtum in Maximus, item in Ordo. (y) Epiſcopatum ſummum dignitatis gradum cenſeri, idémque eſſe quod Pontificatus rectè notat cum noſtris Blondellus de prim. à p. 31. ex ipſa formula Epiſcopus Epiſcoporum. Atqui Epiſcopos etiam nobiliſſimarum Sedium Tertullianus Presbyteros ſæpe vocat, idémque munus cum Presbyteris tribuit; quanquam ordinis præſidentiam iiſdem non denegat: ut prolixè idem demonſtrat laudatus Blondel. de Epiſc. à pag. 38. Convenit planè Concilii VI. Carthag. Canonis 39. decretum: *Primus, ſeu primæ Sedis Epiſcopus non nominetur Princeps ſacerdotum, aut Summus ſacerdos, aut aliquid hujusmodi, ſed tantùm primæ Sedis Epiſcopus.* Obtinuit tamen non modò Patriarchis & Metropolitis, ſed ſim-

g 3 plicibus

(t) *de Dom. l. 3. c. 10. §. 30. 31. Liſſtorp. de Mon. Pap. à p. 40.* (u) *l. al.* (x) *l 3. c. 2. §. 15.* (y) *Vulſo l. 1. c. 1. §. 25. Morna. myſt. iniq. à p. 20. Molina. oper. T. 3. p. 454.*

An. 216.

An.216. plicibus etiam Epiſcopis, reſpectu ſcil. inferiorum, hic olim titulus tributus fuerit: id quod de Dominis ad oculum probat l.3.c.10.§.31. & fuſius adhuc l.4.c.8.§.24.25. item Lipſtorp. de Mon. P. c.17. à 20.

Tertull. de Pudic. c.1. *Quaſi non faciliùs ſit errare cumpluribus, quando veritas cum paucis.* Romæ multitudo ipſi objecta, ad quod reſpondet, planè prout hodie fit. Ita de Eccleſia viſibili eodem libro cap.7. *Sed & ubi tres, Eccleſia eſt, licet laici: unusquisque enim de ſua fide vivit.*

§.28.) Simplicitatem commendat l. de Bapt. c.2. *Tanta ſimplicitate, ſine pompa, ſine apparatu novo aliquo, denique ſine ſumptu homo in aqua demiſſus, & inter pauca verba tinctus, non multo, vel nihilo mundior reſurgit &c.* Interim tamen quarundam novitatum mentionem facit: ſic manûs impoſitio in Baptiſmo Tertulliani tempore orta videtur: de qua Tert. c. 8. de Bapt. & exinde Dallæ. de cultu Lat. l. 2. c. 12. &c. 11. p.146. f. ubi docet, illam manuum impoſitionem, de qua Act. 8. & 19. ritum fuiſſe toto genere à baptiſmo diviſum; ad hæc manûs impoſitionem Apoſtolicam planè aliam fuiſſe, quàm illam Eccleſiaſticam. Idem Dallæus c. 5. p. 113. coll. cum l.1.c. 12. p. 67. *Ante Tertulliani tempora planè nulla occurrit in libris vel divinis, vel Eccleſiaſticis, Chriſmatis aut manûs impoſitionis poſt baptiſmum ſolennis mentio.* Et tamen ipſe Tertullianus l. c. cap. 7. & 8. ſtatim poſt tinctionem primò unctos, unctis inde manum continenter impoſitam tradit. Oleum autem à Chriſmate diſtinguendum Conſtit. Apoſt. l.3.16. coll. cum l.7.28. docent, ubi: *Unges priùs oleo ſancto, deinde baptizabis aqua, poſtremò ſignabis unguento*; χρίσεις δὲ πρῶτον ἐλαίῳ ἁγίῳ, ἔπειτα βαπτίσεις ὕδατι, καὶ τελευταῖον σφραγίσεις μύρῳ. Tertullianus unctionis meminit, at puri olei, neque confirmationis, ſed baptiſmalis: idem de Bapt. l. 1. c. 12. Ita l. de Corona militis c. 3. *Obſervationem inveteratam ſi nulla ſcriptura determinavit, certè conſuetudo corroboravit &c.* tandem ſubjicit: *Aquam adituri, ibidem, ſed & aliquando prius in Eccleſia ſub Antiſtitis manu conteſtamur nos renunciare Diabolo, & pompa, & Angelis ejus. Dehinc ter mergitamur, ampliùs aliquid reſpondentes quàm Dominus in Evangelio determinavit. Inde ſuſcepti, lactis & mellis concordiam prægustamus. Exq; ea die, lavacro quotidiano per totam hebdomadam abſtinemus.* Confer huc Dallæ, l. c. lib.1. c. 11. à p.53. Sueur ad an. 268. p.209. ſeq.

Idem Tertull. Apol. c.35. *Nec lucernis diem infringimus.* Et l. de idol. cap.15. *Accendant* (pagani) *quotidie lucernas*, (idolis) *quibus lux nulla eſt, adfigant poſtibus lauros poſtmodum arſuras, quibus ignes imminent &c.* adde Apol. cap.46. & l.2. ad uxor. c. 6. & in eadem Larroq. de Euch. part.3. c.1. à p.808. Bona pro thurificatione Tert. l. de corona c. 10. adducit, (z) ubi ita: *Thus quidem incendimus, ſed non eodem ritu, nec eodem habitu, nec eodem apparatu, quo agitur apud idola.* Reſp. non loquitur Tertullianus de thurificatione ſacrâ, ſed domeſtica & communi, ſicuti mactamus, edimus, bibimus

z) *lib.1. Liturg. c.25. p.273.*

bibimus &c. ut ibidem demonſtrat. Hinc ipſe Bona ibid. ex Apol. c. 10. An.216. allegat: *Nos puram precem offerimus Deo, non grana thuris unius aſſis, non Arabicæ arboris lacrymas.* Et Arnob. l. 7. adv. gentes latè oſtendit thuris uſum rem novellam eſſe. Neque valet Cardinalis argumentum, etiamſi ſuffumigatio res nova ſit apud gentes, non tamen novam fuiſſe in ſacrificiis veri Dei in V. T. ſiquidem revocare Chriſtiani Moſaicam Legem non debent. Adi laudatum Larroq. l. cit. à p. 795.

De cœtibus S. idem de anima c. 9. *Scripturæ leguntur, aut Pſalmi canuntur, aut allocutiones proferuntur, aut petitiones delegantur.* vid. etiam Apol. cap. 39. Tandem ſequebatur Cœna: Cypr. de Lapſ. ſer. 14.

Contra oralem manducationem clarè ex Joh. 6. agit l. de Reſurr. c. 37. & l. 1. c. 14. adv. Marc. & l. 3. c. 8. & 10. 11. & l. 4. c. 18. & 40. item de carne Chriſti c. 5. & exinde Larroq. part. 2. c. 4. p. 385. & c. 10. à p. 518. De modo communicandi & Agaparum uſu Tert. Apol. c. 39. & inde Larroq. part. 3. c. 4. p. 863. panem S. adoratum nullibi docet: eundem panem fermentatum & communem fuiſſe, ac illum ſæpe fideles domum ſecum portâſſe, indeque decerpſiſſe certis temporibus, vel in futuros reſervâſſe caſus Bona in Liturg. l. 1. c. 23. §. 7. ex Tert. l. 2. ad uxor. c. 5. probat.

JESU CHRISTI *Annus* 217. An.217.

ANTON. CARACALLÆ *Imp. Annus* 5.

§. 1.) Zepherini P. an. 15. Coſſ. Æmilius Lætus, & Anicius Cerealis, utut certus annus ignoretur, indubiè tamen hiſce temporibus *Concilium Africanum* celebratum ab Agrippino Carthaginenſi Epiſcopo, cum Numidiæ & Africæ Epiſcopis, in quo communi calculo decreta rebaptizatio hæreticorum, contra Romanum Epiſcopum, ratione addita, quòd Spiritum S. dare non poſſint, qui illum non habeant: ita ergo Spiritum S. operi externo alligârunt. Hinc *Agrippiniani.* His ſubſcripſere plurimæ & ampliſſimæ Eccleſiæ Africæ, Cappadociæ, Galatiæ, Ciliciæ, Bithyniæ &c. Hos inter Tertullianus, Cyprianus, Firmilianus, alii. *(a)* Ergo ſanè errare Eccleſiæ & Patres poſſunt. Nec ſtatim diſſentientes à Rom. Eccleſia excidunt communione Catholica. Orthodoxi argumentum ex Joh. 13. 10. ſumebant: *(b)* Ex occaſione Tertulliani iſthoc convocatum Concilium Staravolſcius p. 15. ait, qui prætextu pietatis omnia hæreticorum ab Eccleſia rejicienda, ac depellenda voluerit, in eandem ſententiam Baronius §. 5. abit. Conſentiunt Pariſini Conc. Collectores: *Confer T. 1. p. 272. ed. Ven.* De illa Cyp. Ep. 55. 70. 71. 73. Agrippinus itaque convocavit, ſine Romani ſubſidio, quin & præſedit,

vid. an. 258. §. 9. Concilium African. de rebapt. habet.

a) Dalla. de Patrib. p. 187. & 292. (b) Arnd. de Bapt. à §. 106.

An.217. ſedit, unde Cyprianus ad Quirinum: *Agrippinus cum cæteris coepiſcopis ſuis* (rebaptizationem) *ſtatuit, & librato conſilii communis examine firmavit.* Meritò Annaliſta (c) judicat, primum hunc celebrem Epiſcoporum fuiſſe conventum, ubi aliàs publicis decretis coitiones interdictæ fuerunt. De hoc Iuſtell. T. 1. p 312. Commune hocce Epiſcoporum decretum improbâſſe Zephyrinum adverſarii ajunt: verùm utut diuturna fuerit hæc lis, tacuit tamen hîc Zephyrinus, nec uſus eſt minis, nec Agrippinum ulla cenſura perſtrinxit, quippe qui nullam ſibi poteſtatem in Africæ Epiſcopos arrogavit.

§. 2.) Ut totam cauſam mitiget Staravolſcius, in margine ex Cypr. Epiſt. 71. notat, etſi Cyprianus cum Agrippino ejuſdem poſtea ſententiæ fuerit, promptum tamen ſe profeſſum mutare animum, ſi aliter hac de re Concilium Univerſale quid ſtatuiſſet. At nihil hinc lucrantur Papiſtæ, quia non ad Romani Epiſcopi, ſed ad Univerſalis Concilii deciſionem provocat. Ut poſtea Cyprianus, ita hoc loco Agrippinus conſtitutiones atque decreta fecit Eccleſiæ Rom. contraria, judicium Romani non expectans. Quidquid ſit, uterque certè & Catholicum eſſe, & diſſentire à Romana Eccleſia aliquem poſſe credidit. Bona quidem fuerat Romani Epiſcopi ſententia, quæ tamen non alligabat cæteros. Imò ipſe Cyprianus l. all. ſuorum ſententiam, ceu fidei & Eccleſiæ Catholicæ congruentem ſequi ſe fatetur. utut verò Occidentales, inpr. Romani, ſeſe Africanis oppoſuerint, tamen eatenus tandem manus dederunt, ut etiam in Concilio Oecum. I. Can. 19. qui extat 1. q. 1. c. ſi quis confugerit. decreverint, ut ſi quis ab Hæreticis, ſive SS. Trinitatem negantibus ad Eccleſiam accedat, rebaptizetur. Aſt tum temporis hæretici plerique hoc factitabant. Rectè hoc loco diſtinguunt inter *αἵρεσιν* & *σχίσμα* ſeu *παρασυναγωγὴν*; hæreticósque S. S. Trinitatem negantes baptizandos, cæteros ſine rebaptizatione in gremium Eccleſiæ recipiendos ſtatuunt. (*d*)

Alex. clades. *§ 3.)* Ingentem ſtragem in Ægypto Alexandriæ civibus ob injuriam illatam affert Imperator. (*e*)

Lingua Afric. Quæſtio hoc loco enodanda occurrit de linguæ Latinæ in Africa uſu. Sacra in illa lingua adminiſtrata fuiſſe ibidem vult Perronius, atque inde concludere conatur, ubique in eadem lingua adminiſtranda. At totâ viâ errat Cardinalis, quia licèt vulgaris non fuerit Latina ibidem, cognita tamen populo fuit ex coloniarum deductione. Unde illorum Patrum homiliæ & cætera ſcripta, Concilia item Africana non in Græca, ſed in Latina lingua conſignata Viſe Exercit. IX. Caſaub ad Bar. An. 16. §. 8. à p. 197.

(c) §. 2. (*d*) *vid. Arnd. Ant. l. hæreſ.* §. 3. (*e*) *Dio.*

JESU

Digitized by Google

An. 218.

JESU CHRISTI *Annus* 218.
ANT. CARACALLÆ *Imp. Annus* 6.

Zephyrini P. an. 15. Coſſ. Sabinus II. & Anullinus. Imperator ad Parthos profectus doloſè Abgarum, Romanorum amicum capit, ut & regiam Arbela. Africanus apud Euſ. in Chron. Chriſtianum fuiſſe hunc Abgarum vult. *Abgarus capitur.*

Proprium ſomnium narrat Cardinalis,(a) quando ipſe heſitans ait, *fortaſſe accidit, ea* (amuleta) *auferri ex crucibus illis, quibus Chriſtiani affixi fuiſſent, unde & virtutem aliquam hauſiſſent.* Atqui non ſoli Chriſtiani, ſed & gentiles crucifigi ſoliti apud Romanos. Magiæ addictos fuiſſe gentiles modò docuit Baronius. Plinius l. 28. c. 4. cujus ipſe teſtimonio utitur, nihl de Chriſtianorum crucibus, ſed in genere: *In quartanis fragmentum clavi à cruce involutum lana collo ſubnectunt, aut ſpartum è cruce: liberatóque condunt cavernâ, quam ſol non attingat.* Quid niſi magica hîc reperias?

a) §. 3.

JESU CHRISTI *Annus* 219. An. 219.
MACRINI & DIADUMENI } *Impp. Annus* 1.

Zephyrini P. an. 17. Coſſ. Præſens & Extricatus. Antoninus Imperator in Meſopotamia inter Edeſſam & Carras, Macrini operâ à Martiale Centurione pugione confoſſus, ſucceſſorem Opelium Macrinum natione Maurum habet, qui collegam filium Diadumenum, novem annorum puerum, allegit. *Antoninus interficitur. Macrinus & Diadum. fiunt Impp.*

Eodem anno Hierichunti in dolio inventa Græca Bibliorum translatio, quam editionem quintam vocant.

Defuncto Aſclepiadi Epiſcopo Antiocheno Philetus ſuffectus. Aliùs hæretici fuerunt dicti Aſclepiadotæi, non ab hoc orthodoxo, ſed ab Aſclepiadoto, qui purum hominem Chriſtum ſtatuit circa hoc idem tempus: vid. Euſ. l. 5. c. 29. *Aſclepiadi Philetus ſuccedit.*

Emerſerunt quoque *Metangiſmonitæ* quaſi tranſvaſantes, ab ἀγγεῖον, vas, inde μεταγγισμὸς, q. infuſio unius vaſis in aliud. Filium in Patre dicebant, ſicut vas parvum in vaſe majore, unde minorem Filium Patre faciebant.

JESU CHRISTI *Annus* 220.
ANT. ELEAGABALI *Imp. Annus* 1.

Heliogab. fit Imp. Zephyrini P. an. 18. Coſſ. Diadumenianus & Adventus. Macrino & Diadum. Impp. à militibus occiſis ſuccedit Heliogabalus, ſacerdos in templo Solis in Phœnicia, macula Imperii, & omnis turpitudinis compendium.

De Origene. Baronius (*a*) Originem Romam abiiſſe ait: alii ad an. 217. referunt. Tempus itineris ab Euſebio intermiſſum conjectura aſſequi ſtudet Cardinalis, & in primum Eleagabali rejicit annum: cauſam profectioni Mammæam Alexandri matrem dediſſe ſuſpicatur, cùm poſt accerſitum ad ſe Antiochiam Originem, Elagabalum imperium ineuntem Romam eſſet comitata. At tunc à Mammæa Antiochiam accitum fuiſſe Originem ſatis apertè ſignificat Euſebius, & diſertis etiam verbis Suidas, cùm rerum potiretur filius ejus Alexander, qui poſtquam imperium adeptus eſt, non aliàs Antiochiam ivit Mammæa, quàm cùm Perſas Romanis finibus imminentes bello refutare aggreſſus eſt. Quæ multis poſt Zephyrini obitum annis inciderunt. Cùm autem Imperator renunciatus eſt Elagabalus Emeſæ commorabatur Mammæa. Non ergo Romam profectus Origenes Mammææ affectandæ ſtudio, nec ut Epiſcopi Rom. cliens, ſed Romanæ Eccleſiæ omnium, ut Euſ. l. 6. c. 18. ſcribit, antiquiſſimæ, cognoſcendæ deſiderio, ſeu viſendæ antiquæ Romanæ Eccleſiæ gratiâ, ſive quòd illa ſibi admodum erat in optatis. (*b*) At quid hoc ad Papæ poteſtatem? Annon eodem deſiderio alii Hieroſolymas, vel aliò profecti? (*c*) Nec ſecundò Romam abiviſſe Originem vid. an. 248. *vid. an. 230. & 248.* Reduci Alexandriam tradita ei rurſum à Demetrio Catechumenorum inſtituendorum cura, Heraclæ autem ut maturiores & jam uſu peritos reconditis dogmatis inſtitueret. (*d*) Mox linguam Ebræam didicit, non autem in ſenectute, ut Trittemius putat: (*e*) coorto bello Perſico Mammæa Originem Alexandriâ Antiochiam accerſivit. (*f*) Baronius (*g*) collatus cum Huet. (*h*) docet, Originem S. Scripturam illuſtrare orſum, impulſore Ambroſio, homine opulento, ex hæretico ab Origine converſo, qui ſumtus quoque ſuppeditavit. Notarios habuit ad manum plus ſeptem, qui dictata ex ore loquentis exciperent, totidem librarios cum puellis, quæ properanter ſcripta nitidius exararent.

S. Martius primus ponitur circa hæc tempora Dienſis in Delphinatu Epiſcopus, eadem traditione ſecundus cenſetur Higerius. 3. Leo. 4. Servilius. (*i*)

a) §. 7. (*b*) *Starav. p. 15.* (*c*) *vid. Huet. in Orig. l. 1. c. 2.* §. 1. *coll. cum* §. 4. (*d*) *idem Huet.* §. 2. (*e*) §. 3. (*f*) §. 7. (*g*) §. 10. (*h*) §. 8. 9. (*i*) *Gall. Chr. T. 2. p. 554.*

Digitized by Google

JESU CHRISTI *Annus* 221.
ANT. ELEAGAB. *Imp. Annus* 2.

§. 1.) Calliſti P. an. 1. Coſſ. Antoninus Aug. II. & Sacerdos. *Zephyrinus* P. mortuus, martyrióne an naturali morte extinctus fuerit, meritò dubitant, quia pacem Eccleſia habuit, neque conjecturas Baronianas admittimus, quòd fortè reſtiterit Eleagabalo, omnes religiones ſublaturo, præter Solis cultum. Igitur aut privatim ei martyrium accidit, aut propter Chriſti confeſſionem aliquid paſſus, quales etiam martyres dicti, licet extremum diem in pace clauſiſſent. Ejus memoria ad 26. Aug. celebratur. Sedit ex Bar. calculo an. 18. d. 18. Conſentiunt Collectores Pariſ. Juxta Euſeb. in chron. an. 17. Coſtero an. 20. d. 17. aux Eſtats an. 20. d. 15. Starav. an. 9. Platinæ an. 8. m. 7. d. 10. Carr. an. 9. m. 7. Sepultus in via Appia. Quatuor ordinationibus fecit Presb. 13. Diaconos 7. Epiſcopos 13. Duæ Decretales illi affinguntur I. ad omnes Epiſcopos Siciliæ, de judiciis Epiſcoporum, & majoribus Eccleſiæ cauſis ad Sedem Apoſt. referendis. Habes illam T. 1. Conc. edit. Ven. p. 340. in ed. Pariſ. T. 1. p. 266. Eandem meritò explodit & eliminat Blondel. in Pſeud. præf. p. 65. & in tract. à p. 243. Ita ergo hi Oecumenici non animarum, ſed dignitatum unicè rationem habent. At verò ejuſmodi decreta cum illius ſeculi gubernationis forma & ratione minimè congruit neque tempus ſeu Conſulum aſſignatio reſpondet. Antichriſtianam, non autem Chriſtianam legem continet, de non arguendis, accuſandis, judicandis & damnandis Epiſcopis & Sacerdotibus, hac adducta ratione: *Facta ſubditorum judicantur à nobis, noſtra verò judicat nemo.* Quaſi verò iſthoc ſit Θεολογεῖν? Ita ſcilicet Theologiam cum politica confundit, Eccleſiam cum Magiſtratu. Et tamen Iſidorum atque combennones non pudet hoc & ſimilia teſtimonia pro primatu Rom. Eccleſiæ nobis producere. *(a)*

Zephyr. P. moritur.

Prior ejus decretal.

§. 2.) Rectè verò de S. Scriptura: *Mentes fidelium firmamento inhærentes S. Scripturæ, non obſcurat mundana iniquitas.*

Ib. Chriſtus præcepit Apoſtolis, ut LXXII. diſcipulos in adjumentum eligerent. At ipſe elegit Chriſtus: Luc. 10. neque LXXII. ſed LXX.

Ib. Apoſtolos cum aliis plurimis 60. ſententias præſcripſiſſe ait, inter quas fuerit etiam quædam, de privilegio Rom. Eccleſiæ. Fortaſſe loquitur rhapſodus de Canonibus Apoſtolicis: verùm in iis, qui hodie extant, non fit mentio primatûs Rom. Eccleſiæ.

Ib. *Abſens nemo judicetur, quia & divinæ, & humanæ hoc prohibent leges.*

b 2 Quid

a) *T. 1. Conc. p. 8. ed. Ven.*

An.221. Quid ergo Concilia Pontificum, ut & Hiſpanica inquiſitio hoc adeò non obſervant?

Ib. *Appellandum & concurrendum ad Rom. Epiſcopum quaſi ad matrem, & ſic omnes Epiſcoporum cauſæ graviores ab illo terminandæ, quia B. Petro dictum: Quæcunque ligaveris &c. quæ privilegia ſoli Rom. Sedi conceſſa, & conſtitutis Apoſtolorum &c.* inſerta. Aſt verò quomodo & undenam iſthæc probabunt?

Altera decretal. §. 3.) Decretalis altera ad Ægytios Epiſcopos. 1. hortatur illos ad patientiam, qui vel ſedibus pulſi, vel rebus ſuis ſpoliati ſunt. 2. de ordinatione Presbyterorum ac diaconorum. Totam enervat Blondell. l.c. præf. p. 65. in tract. à p. 247. inter alia:

Nunciatum eſt Sedi Apoſtolicæ per Apocriſiarios veſtros, quoſdam fratrum noſtrorum Epiſcoporum, ab Eccleſiis & ſedibus propriis pelli, ſuáque eis auferri ſupellectilia, & ſic nudos expoliatos ad judicia vocari: quod omni ratione caret, quum conſtituta Apoſtolorum, eorúmque ſucceſſorum, & præcepta Imperatorum ac conſtitutiones legum, id ipſum prohibeant &c. At craſsè nimis mentitur. Illo tempore Ethnici, non Chriſtiani perſecutionem moverunt & exercuerunt, foráque ab infidelibus erant obſeſſa. Euſ. l. 6. c. 1. Inſuper Demetrius Alex. Epiſcopus cœterarúmque per Ægyptum Eccleſiarum præſes, Epiſcoporum injuriam paſſus non fuiſſet, quantum quidem in ipſo fuit, nec ſuarum Eccleſiarum curam Romano detuliſſet: nec Ægyptii opus habuerunt inſtructione de ordinandis Presbyteris. Ecquî verò Imperatores, inimiciſſimi nomini Chriſtiano, talia præcepta & conſtituta feciſſent, cùm de Chriſtianis omnibus, inpr. verò de Epiſcopis de medio tollendis cogitârint. Imò vel unicam Synodicam ejuſmodi conſtitutionem edant. Sic Epiſt. 1. Patriarcharum & Primatum mentio fit, ſicut in aliis prioribus Decretalibus templorum, altarium, miſſæ &c. quæ nomina ne legi quidem poſſint in ullo authore fide digno, ante tertium ſeculum, & quidem provectum. (b) Unde ne Romanus quidem, Antioch. & Alex. alio, quàm Epiſcoporum nomine ornabantur. Nec primatûs, nec dignitatum terrenorum cura Epiſcopos Rom. tunc temporis ſtimulabat: unde Calliſtus Zephyrini ſucceſſor in quodam loco abſcondito & ſecreto, trans Tyberim, cum multis Chriſtianis latebat. (c)

Vitreus calix. §. 4.) Zephyrinus *vitreum calicem*, cum priùs ligneus eſſet, ob materiæ ſoliditatem inſtituit. At verò prudentiórne hic ſuis præceſſoribus, ac ipſis etiam Apoſtolis? an ergo illi cauti ſatis fuere? De hoc Polyd. (d) *Calices principio ligneos fuiſſe ſatis conſtat: atque id pauperum Apoſtolorum inſtitutum dixerim, qui ſic voluerunt modis omnibus materiam auferre ſacerdotibus inhiandi opibus, quas ipſi inpr. neglexiſſent* &c. *Antiquatum eſt decretum paulatim*

(b) *Wit. de P. cent. 4 q. 4 Cham. T. 2. l. 13. c. 21. §. 5. Vulſo l. 3. c. 2. §. 7.* (c) *vid. Pariſ. Concil. Collectores T. 1. p. 459.* (d) *inv. l. 6 c. 12*

Digitized by Google

latim cautumq́; ne in ligneo vaſe Sacerdos rem divinam faceret, propter materiæ An.221.
raritatem, qua liquor imbibitur: neq; vitreo, quia fragile &c. Tandem Urbanus P. omnia miniſteria ſacra fecit argentea. Non ergo diu duravit vitreus calix, quandoquidem anno 233. (*e*) argenteus introductus fertur. Initio ergo Eccleſiæ materia calicis communi & vilis pretii utebantur. Et tamen non ubique eadem materia conſtabant calices. Inde Hier. Epiſt. ad Ruſticum. *Nihil Exuperio,* (qui in fine 4. ſeculi, & initio 5. Epiſcopus Toloſ. floruit) *ditius, qui Corpus Domini in Vimineo caniſtro, & ſanguinem portat in vitro. Duravit ex vitro,* inquit Caſalius c. 11. i. *ad Gregorii Turon. ætatem, de Gloria Mart. c. 16.* ita Larroq. (*f*) Cyprianum Gallicanum allegat, qui in ſexti ſeculi meditullio vixit, de Cæſario Arelat. teſtantem, quòd auro & argento Eccleſiæ captivos redemerit, *& ſanguinem Chriſti in vitro diſtribuerit.* Sic in Dial. Greg. M. (*g*) ſermo eſt de Donato quodam, qui precibus ſuis reſtituerit calicem vitreum. Adiſis Bar. martyrol. R. ad 7. Aug. Non omnes itaque Eccleſiæ ad dictaturam Papalem attenderunt. Quî ergo hodie ex re adiaphora, neceſſitas inducta, ut calices ſint aurei, argentei, vel ſtannei. Bona Liturg. l. 1. c. 25. §. 1. lapideos etiam & corneos calices commemorat, item onychinos, auro & gemmis ornatos, cryſtallinos, ſardonios. Dubitat idem an Zephyrinus vitreos calices inſtituerit, quia in Pontificali nonniſi conſtituiſſe dicatur, ut patenas vitreas Miniſtri ante Sacerdotes portarent, dum Epiſcopus Miſſam celebrat: ignoraréque ſe dicit, ad quem uſum portarentur illæ patenæ, credibiliúsque diſtribuendæ potius populo communioni, quàm ſacrificio deſerviiſſe. At quæ iſthæc differentia? eam quis capiat? Neque admittimus diſtinctionem inter Eccleſiæ conſuetudinem, & inter tempora calamitoſa, ſeu neceſſitatem ſingularem, nam inde quoque patet, varia vaſa S. admitti poſſe, negamúsque neceſſitatem ſemper in cauſa fuiſſe. *Non invenitur*, ait Arndus p. 814. *antiquius decretum, quàm quod è Concilio Tribur. Bar. 895. §. 1. & Rhemenſi* (*nulla verò Synodus Rhemenſis celebrata fuit ante X. ſeculum*) *Papa ipſe utrunque ratum habuit:* de conſecr. d. 1. c. 44. vaſa. *Vaſa, in quibus ſancta conficiuntur myſteria, calices ſunt & patinæ: de quibus Bonifacius Martyr & Epiſcopus interrogatus: an liceret in vaſculis ligneis Sacramenta conficere? reſpondit: quondam Sacerdotes non aureis, ſed ligneis calicibus utebantur.* Imò dixiſſe fertur: *quondam Sacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur; nunc è contra lignei Sacerdotes aureis utuntur calicibus.* (*h*) Ita ergo in dies diſceſſum à primæva ſimplicitate, ſuperſtitio atque ipſa Miſſa accepit incrementa. Rectiſſimè Dallæus (*i*) *Vinum olim in vitro confectum, & communicantibus omnibus miniſtratum* (tu adde, priùs in calice ligneo:) *quod nunquam paſſura erat Eccleſia, ſi id, quod miniſtratur, ipſum eſſe credidiſſent Dominici*

(*e*) §. 9. (*f*) *de Euch. Part. 1. c. 5 p. 110.* (*g*) *dial. l. 1 c 7.* (*h*) *vid. Bulling orig. err. de Miſſa c. 6. p. 110. Larroq. l. c. Part. 2. c. 8. p. 483. Arnd. l. de Cœna D. à §. 68 Zepper. Pol. Eccl. 1. c. 12 p. 133.* (*i*) *de cultu Lat. l. 7. c. 26 p. 939 & c. 27. i.*

Digitized by Google

An.221. *minici corporis ac ſanguinis adorandam ſubſtantiam, ob vitri non modò vilitatem, ſed præſertim fragilitatem, ad vitandum effuſionis periculum.*

Patena S. Quæ ratio cum calice, eadem cum *Patina*, hodiè *Patena* unde quam vitream eſſe voluit Zephyrinus, eandem mox Urbanus argenteam fieri præcepit: illi qui vitas Paparum deſcripſêre, eos maxime Romanos commendant Epiſcopos, qui magni ponderis vaſa ſacra fieri curârunt, quæ ſanè res nonniſi ad Conſtantini M. & ſequentia tempora referri poteſt. (*k*)

§. 5.) Iſdem Zephyrinus Sacerdotes præſentibus Clericis & Laicis ordinari juſſit. (*l*) Quaſi verò novum iſthoc ſit præceptum. Scil. teſtimonium & conſenſum populi olim etiam requirebant: vid. Act. 1. 15. c. 6. 2. alibi. (*m*)

Item: *Omnes Chriſtianos pubertatis annos egreſſos ad minimum ſemel in anno* (utpote paſchali ſolemnitate) *Euchariſtiam ſumere præcepit.* Primitus non definitum fuerat, quoties annuatim communicandum, imò olim ſæpiſſimè, & ferè quotidie id fiebat: juxta Zephyrinum ad minimum ſemel: ſecundùm Fabianum ter: Innoc. III. ſemel. Ego conſtanter crediderim, quotidianum Euchariſtiæ uſum, ſi modò fieri potuerit, adhuc more Apoſtolico viguiſſe. Neque Zephyrino tale decretum adſcribendum, ſed Conciliis, de quibus alibi. Confer Arnoldi Gallicanum tractatum de Frequenti communione.

Calliſtus fit P. Zephyrino ſucceſſit *Calliſtus:* al. Domitius Calliſtus ſ. Caliſtus, Romanus, ordine XV. Euſebio, Herm. Contracto, Carranzæ: at Platinæ, Coſt. XVII. Staravolſcio XIIX. an. 217. Carranzæ: 218. Damaſo, Coſt. 222. Euſebio.

Elagabalus Deus. *§. 6.*) Eodem anno id quod ſuprà jam indigetavimus, Imperator ſupra omnes Deos ſuum Elagabalum extollere voluit, ac unum illum toti orbi colendum proponere, non malo judicio Baronii, quia hactenus Romani unius veri Dei cultores profecuti ſunt. Heliogabalus, aliàs ſimpliciter etiam Gabalus, qui, monente Servio, Sol etiam dici voluit. H. אלה גבל Deus Gabalorum. Gabala autem Phœniciæ urbs fuit.

Tranſlatio corpp. Petri & Pauli. vid. an. 215. §. 1. & 255. § 14. Baronius à *§.* 4. de corporum *Petri & Pauli tranſlatione* ex Greg. 1. epiſt. l. 3. ep. 30. agens, alterius Papæ, nempe Cornelii I. Decretalem primam, utpote Gregorii teſtimonio contrariam, ſic rejicit, ut tamen nec ſibi, nec aliis ſatisfacere queat. Ait nimirum Gregorius Petri & Pauli corpora, paulò poſtquam paſſi eſſent, ad Catacumbas tranſlata, inde ſtatim emota, & à Romanis in ſuis locis fuiſſe repoſita. Cornelius contrà dicit, utrunque corpus à ſe de Catacumbis levatum, & aliò aſportatum fuiſſe. Heîc ergo Baronius fabulæ τὸ ἀσύστατον videns, ſugillata Cornelianæ epiſtolæ, & Pontificalis Damaſiani fide Gregorianam narrationem præfert. Hunc Binius, expilator Annaliſtæ, ſequitur. Aſt finge, Orientales hæc olim corpora tollere voluiſſe,

k) vid. Bonam Liturg. l. 1. c. 25. §. 3 & Collect. Conc. Pariſ. T. 1. p. 265. ſeq. inpr Damaſum. (l) Damaſus. (m) Blondel de Epiſc. p. 381.

voluiſſe, num verò adoraverunt illa quærit Dallæus? (n) prout Bellarminus (o) ex ejuſmodi translationibus probare annititur.

n) *de ador. l. 4. c. 12. p. 641.* (o) *de Sanct. reliq. c. 3.*

JESU CHRISTI *Annus* 222. An. 222.

ANTON. ELAGAB. *Imp. Annus* 3.

§. 1.) Calliſti P. an. 2. Coſſ. M. Aurelius Antoninus, & Eutychianus II. Sext. Julius Africanus legationem ſuſcepit ad Imp. pro reſtituenda olim Nicopoli Palæſtinæ, quæ ante Emmaus vocabatur: quod & obtinuit. Familiaris hic fuit Origeni & Ariſtidi, unde ad hos Epiſtolas ſcripſit, ad illum ſuper quæſtione Suſannæ, ad hunc ſuper diaphania. Paulò ſenior tamen Origine fuiſſe videtur, unde eum filium appellat. Inſignis vocatur Chronologus, ſine dubio ob quinque de temporibus volumina, de quibus Photius in Bibliotheca teſtatur, ea integra ad ſua tempora perveniſſe, quibus à mundi exordio uſque ad Macrinum Imp. res geſtas ſummatim perſtrinxit. Præter enumerata, etiam, Trithemio aſſeverante, ſcripſit de S. Trinitate, de Circunciſione, de Attalo, de Paſcha, de Sabbatho &c. Bellar. & inde Gerhard. Friſius Bibl. Tirin. p. 17. Arnd. p. 890. Friſing. l. 3. c. 33. Nihil hodie ſupereſt illius authoris præter Epiſtolam ad Orig. quâ Suſannæ hiſtoriam ad Danielem addi ſolitam, tanquam fabuloſam rejicit, quòd in originali Hebræo non extaret, ut & ipſi Hieronymo fabula appellatur, præfat. in Dan. vid. eundem de Script. Eccl. confer Lambec. B. T. 3. pag. 261. Non eſt autem confundendus hic Julius Africanus cum alio Julio Afr. ipſo antiquiore, eximio oratore, cujus cum laude Quintilianus meminit. De priori Platina in Anthero, ubi ait ex Euſebio, illum Cæſareæ inſignem ſuo nomine bibliothecam conſtituiſſe. *Jul. Africanus.*

§. 2.) Huc ferè ſpectant, quæ Eutychius Patr. Alex. (a) habet: *Sapores ſenior, al. Sabures, Perſarum R. ſumma cum juſtitia inter homines verſans, cœpit provincias viſere, & regiones colendas curare: circa an. 218. anno Regni ſui XI. exacto, ſub Imp. Caracalla, Niſibin* (priùs à Severo anno 197. juxta Bar. §. 1. occupatam) *oppugnat, & quia expugnare nequit, ingens propugnaculum turritum extruit, unde urbi infeſtus. Verùm quia is, ob invaſiones in proprium regnum ſolvere obſidionem debuit, init cum Niſibenſibus fœdus, ne quicquam ills de propugnaculo immutarent: hi ergo illo abſente, urbis ſua à parte proxima muris dirutis, id urbi additum muro forti cinxerunt. Circa annum verò 222. Sapores Niſibin reverſus, fraudis Niſibis cives incuſans, eandem* *Sapores R. Perſarum.* *Niſibis.*

denuo

a) *in ſua hiſt. p. 376.*

An.222. *denuo obſedit. Aſſerunt ergo, non prius Regem cum copiis ſuis iteratâ vice binas concepiſſe preculas, ſuaſu duorum militum, quàm à ſummo ad imum fiſſo urbis muro apertum ſit ſpatium, quo intrare poſſent homines, adeoque Saporem interfeciſſe quoſcunque bello idoneos, reliquos abduxiſſe: varias dein in Syria urbes cepiſſe. Græciam etiam ingreſſum, magnam ſtragem edidiſſe, captis Kalonia & Cappadocia.* Gordianum circa an. 240. Antiochiam, Carras, Niſibin recepiſſe, referunt, Saporémq; ex Syria ſubmoviſſe, & in ſedes ſuas repuliſſe. Defenſam eandem urbem Niſibin à Jacobo ejus Epiſcopo, Spond. ad an. 338. ʃ. 4. ait: ac pòſt etiam ab ejuſdem reliquiis: quibus inde ſublatis per Julianum, etiam urbem patuiſſe Perſis: ad an. 363. ʃ. 8. & 18. dicit, quaſi verò priùs nunquam vel defenſa, vel occupata, antequam Epiſcopus Jacobus adeſſet?

An.223.

JESU CHRISTI *Annus* 223.
ANTON. ELEAGAB. *Imp. Annus* 4.

Calliſti P. an. 3. Coſſ. Gratus & Seleucus. Alexander Mammææ fil. Elagabali Imp. Conſobrinus, omnes honores ſummos uno die, inuſitato exemplo Romæ accepit, atque ab Elagabalo in filium adoptatur. Mammæam matrem Alexandri Chriſtianam fuiſſe volunt, inſtitutam ab Origene Antiochiam ab eadem revocato: Euſ. hiſt. l. *6*. c. 15. Hinc Maximinum Imperatorem deſignatum graviter Eccleſiam, inpr. Verbi Miniſtros perſecutum eſſe volunt, in odium ſcil. Alexandri & Mammææ, qui Chriſtianos fovebant, præcipuè propter Origenem, qui Mammæam in fide Chriſtiana inſtituit.

An.224.

JESU CHRISTI *Annus* 224.
ALEXANDRI I. *Imp. Annus* I.

Elagab. occiditur. Alex. Imp. fit.

ʃ. 1.) Calliſti P. an. 4. Coſſ. Antoninus Aug. IV. & Alexander Cæſar. Elagabalus turpiſſimus, cum matre impuriſſima, annos 18. natus, occiditur atque in Tiberim trahitur, unde *Tractitius & Tiberinus* dictus: ei omnium calculo *Alexander* ſucceſſor acclamatur, annum ætatis agens 16. *Severi* etiam nomen aſſumpſit, natione Syrus, Imperator optimus, caſtus, beneficus, ſtrenuus, humanus, modeſtus, bonarum literarum ſtudioſus, doctorum amantiſſimus, matris Mammææ ſapientibus & Chriſtianæ religionis fœminę monitis parens. Initio quidem Chriſtianis inimicus extitit, ſine dubio ſub Calliſto, unde miſerè eundem ſuſtulit: pòſt iiſdem reconciliatus, publicum

licum Chriſto templum parare voluit: impeditus verò à Senatu ipſe in cubiculo ſuo privatim Abrahami & Chriſti imagines coluit, ac Chriſtianis exercitium publicum edicto permiſit. Ab iis impeditum Lampridius ait, qui conſulentes ſacra intellexerunt, omnes Chriſtianos futuros, ſi id feciſſet. De Templo idem, Alexandrum priuſquam in Artaxerxem Perſam duceret, addictum quondam popinariis locum Chriſtianis adjudicaviſſe refert. Unde Chriſtianos Romæ antehac nulla pro cultu ſacro publica & aperta loca habuiſſe, adeóque nec Epiſcopos Rom. templa extruxiſſe, ordines inſtituiſſe, & imperitaſſe manifeſtum. (a) Illum autem ædificii hujus locum Blondellus (b) cenſet fuiſſe, qui exinde Calliſti & Julii titulus, ſive S. Mariæ trans Tiberim à poſteritate vocatus. Inde Pontificalis liber, Calliſtum S. Mariæ trans Tiberim Eccleſiam feciſſe aſſeverat. Et Martyrologium Adonis; multitudinem Chriſtianorum collectam in quodam loco trans Tiberim &c. An.224. *vid. an. 226. §. 1.*

§.2.) Non abſque cauſa igitur ſcribit citatus Lampridius, Chriſtianos benigni favore principis in integrum reſtitutos. Sic Eutychius (c) *Sub Alexandro*, inquit, *pace & incolumitate gaviſi ſunt Chriſtiani, mater enim ipſius, nomine Mama, magno in Chriſtianos amore propendit.* Quin Judæis hic Imperator in Palæſtina habitare permiſit, eíſque præfectum dedit. Literas & artes docentibus, imò & diſcentibus, præſertim pauperum ingenuorum filiis ſtipendia conſtituit. Ubi aliquos voluiſſet vel rectores provinciis dare, vel præpoſitos facere, vel procuratores ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum, ut ſi quid adverſus eos criminis aliquid haberet, probaret manifeſtis rebus. Si non probâſſet, ſubiret pœnam capitis, grave eſſe dicens, cùm Chriſtiani & Judæi id facerent in ſacerdotibus, qui ordinandi eſſent &c. Unde quomodo olim Clericorum & Epiſcoporum electio atque ordinatio facta patet. (d) Non modò ad mentem & teſtimonium Cypriani ita olim peractam electionem, aſſerit Marca Archiep. nuperus Pariſinus, (e) ſed etiam ſubjicit: *In Chriſtianorum electionibus, Epiſcopi promovendum per literas populo proponebant, aliquando in anteceſſum, ut factum in ordinatione Sabini: vel integram rem Concilio futuro reſervabant, quando ad Civitatem, cui præficiendus erat Sacerdos, Epiſcopi accedebant. Tunc vel ipſi aliquem proponebant; vel à clero & plebe propoſitum, ſuſceptis publicè teſtimoniis aſſiſtentis populi, electionem perficiebant. Propterea plebis teſtimonio cùm maximè niteretur electionum gerendarum ratio; eam hortatur Cyprianus, ut à peccatore* (petendo) *diſcedat, nec ſibi blandiatur, quaſi immunis à contagione delicti: addita ratione: cum ipſa maximè habeat poteſtatem vel eligendi dignos ſacerdotes, vel indignos recuſandi.* Ad eundem Lampridii locum, ut & Epiſt. Cypr. 68. juxta Pamelium, vel Ep. 4. l. 1. ſecundùm Manutium, ad Clerum & plebes Hiſpaniarum, ita Kortholt (f) *Vides*, inquit, *vid. an. 140. §. 1.* *Electio.*

i *& in*

a) *vid. Hoſpin. de Templ. p. 32.* (b) *de Epiſc. p. 229.* (c) *p. 383.* (d) *Blond. de Ep. p. 419.* (e) *l. 8. de Concord. Sac. & Imp. c. 3 §. 6.* (f) *p. 66.*

Digitized by Google

An.224. *& in Hiſpaniis, & in Africa, & ferè per provincias univerſas, morem iſtum Cypriani ævo obtinuiſſe, ut plebe præſente ordinatio Miniſtrorum ageretur, & cuique liberum eſſet objicere ordinando, ſi quod patrâſſent aliquando crimen. Quam conſuetudinem ad Greg. I. usque, imò ad tempora Caroli & Lud. Impp. duraſſe, oſtendit Pamelius in ſuis ad Cypr. annotationibus.*

§. 3.) Quod verò ab imaginibus, quas Alexander collocavit & honoravit, uſum imaginum apud Chriſtianos obtinuiſſe iconolatræ volunt, gratis id faciunt, quia non ad Chriſtianorum, ſed ad gentilium imitationem iſthoc fecit. Unde bene Dallæus (*g*) *Chriſti imagines tribus* (primis) *ſeculis apud ejusdem memoriæ ſcriptores reperio quidem fateor, aliquas, ſed vel in Alexandri Severi pagani principis larario, vel in hæreticorum lupanaribus ſacratas, vel in curioſis privatorum ſi fortè, bibliothecis ad memoriam repoſitas* (Euſ. hiſt. l. 7. c. 18.) *nullas in publicis Chriſtianorum Eccleſiis ad cultum proſtantes.* Imò nullas imagines olim Chriſtianorum illatas templis, clarè Lampridius innuit dicens: *Chriſto* (Alexander) *templum facere voluit, eúmque inter Deos* (adhuc ergo idololatra) *recipere. Quod & Adrianus cogitâſſe fertur, qui templa in omnibus civitatibus ſine ſimulachris juſſerat fieri &c.* (*h*) Ita non minus Alexander hicce aurum Templis inferri vetuit, recitans Perſii verſiculos:

Dicite Pontifices, in ſacris quid facit aurum?
Quin ſuperis juſtos mores caſtóſque probamus.

Tu verò ſodes confer hæc cum modernorum Pontificiorum Templis atque monaſteriis.

Herodianus. §. 4.) Circa hæc tempora Herodianus floruit, qui Græcè ſcripſit octo libros Romanorum Principum.

Quiriacus. Apud Oſtia Tiberina Quiriacum Epiſcopum, Maximum Presbyterum, Archelaum Diaconum & ſocios paſſos Martyrol. R. ad 23. Aug. dicit. Secundus Oſtienſis Epiſcopus Maximus, qui anno 261. Dionyſium Papam conſecravit, ut habet Ughellus in Italiæ S. T. 1. p. 64.

g) De ador. l. 3 c. 3. (h) Dalla. de imag. l. 1. pag. 54. Novit. Mol. l. 7. c. 2, Lipſt. pag. 23. Korth. 270.

An. 225.

JESU CHRISTI *Annus* 225.

ALEXANDRI *Imp. Annus* 2.

Calliſti P. an. 5. Coſſ. Maximus & Ælianus. Imperator mutatis Magiſtratibus optimos ſubſtituit, ſibique conſiliarios adhibuit, de quibus Lampridius: hos inter facilè principatum obtinuit Domitius Ulpianus, proximum locum Julius Paulus. Eadem tempeſtate Jus Civile ab Alexandro Severo

Digitized by Google

vero reſtitutum à Papiniani diſcipulis Ulpiano, Pomponio & Hermogene. An.216.
Ulpianus præcipuè Chriſtianis infenſiſſimus, cùm de officio Proconſulis ſcriberet, veterum tyrannorum edicta adverſus eos collegit, & Cæſari commendavit, qui ejus conſiliis parens, movit perſecutionem, licet ab omnium Chriſtianarum rerum antiquis ſcriptoribus conſtanter aſſeratur, eum nullam perſecutionem moviſſe, tamen ſub ejus prætextu & auctoritate Ulpianus atque alii, procul dubio ſub magnorum criminum nomine, plures paſſi. (*a*) Ulpianus tandem, & quidem haud ſerò, Deo ulciſcente, à prætoriano milite confoditur. (*b*) *Ulpianus.*

a) Conſ. Lact. l. 5. c. 11. 12. (b) vid. Dionem in Alex.

JESU CHRISTI *Annus* 226. An.226.

ALEXANDRI *Imp. Annus* 3.

§. 1.) Calliſti P. an. 6. Coſſ. Julianus & Criſpinus. Calliſtus P. juſſu Alexandri Severi Imp. captus, diuturno carcere detentus, poſt longam famem, & quotidiana verbera, è feneſtra domus, in qua cuſtodiebatur, in puteum præcipitatus & ſubmerſus eſt: vid. Hoſpin. & Martyrol. ad 24. Oct. ſepultus in cœmiterio Calepodii (à Calepodio Presbytero Rom. & martyre ejuſdem temp. vid. Martyrol. ad 10. Maji,) viâ Aureliâ. Sedit, ut vult Bar. annos 5. m. 1. d. 12 Damaſ. an. 5. m. 2. d. 10. Starav. an. 6. Coſt. an. 6. m. 1. d. 13. Carr. an. 5. m. 2. Pariſinis an. 5. m. 1. d. 12. Quinque ordinationibus fecit Presb. 16. Diac. 4. Epiſcopos 8. Templum Mariæ trans Tyberim, cœmiterium item in via Appia extruxiſſe dicunt: Polyd. inv. lib. 8. c. 1. hunc Caliſtum primum templum in honorem B. Mariæ ædificaſſe ait. Alii ipſi Alexandro Severo Imp. tribuunt, moris Ethnici adhuc nimium obſervanti. De hoc Templo vid. quæ ad an. 224. diximus. At nos jure optimo reprehendimus, quando Latini templa conſtruunt in gloriam Dei, ac ſi tale opus eſſet pars divini cultus; etiam dum ædificant in honorem Sanctorum Angelorum & hominum, ceu partem religioſæ venerationis: vid. Bellar. l. 3. de cultu Sanct. c. 4 §. quarta prop. c. 6. §. ſit igitur. Durand. l. 1. de rit. Eccl. c. 12. §. 1. Alii initio imperii, alii poſtea demum ferociorem & iniquiorem fuiſſe Alexandrum in Chriſtianos volunt: vid. Bar. in Martyrol. R. ad 1. Jan. à lit. f. Quicquid ſit ita de his & præcedd. tempp. Platina: *Ea tempeſtate ob crebras perſecutiones occulta erant omnia, & ſacella potiùs atque eadem abdita, & plerunque ſubterranea, quàm apertis in locis ac publicis fiebant.* Unde talem templi ſtructuram celebrem & amplam, quæ hodie cernitur, planè tum non fuiſſe ſtatuit. Confer Hoſpin. de Templ. pag. 31. & 52. In ſylvis *Calliſti P. obitus.*

Digitized by Google

An.226. ergo potius, Gaii more, vel cryptis, extráque Romam vitam miſerè tranſegit Calliſtus. Adde quòd duriter ab Imp. tractatus & diu in carcere detentus dicitur, & tamen nonniſi ſexennium ſedit. Sic plures ſub eodem Imp. martyrio deleti. Ex uſu igitur Templa dicuntur ea conventicula, ubi convolabant olim Chriſtiani. Eodem modo Calliſto Templi extructio adſcribitur in loco, ubi poſtea demum ædificium factum. (*a*)

§.2.) Rectè hîc Blondellus: (*b*) *Antiochiæ fortè, Corinthi, in aliiſque celebrioribus urbibus, brevi mirum in modum aucto fidelium locupletiorum numero, quam primum vel tantillam à ſeculi turbis interquieſcendi ſpem ſancta plebs nacta eſt, ſibi, quò commodiùs in unum conveniret, excitatis vel privato, vel collatitio totius fraternitatis ære capacioribus fabricis, providere non neglexit: factum tamen ante annum 220. nequaquam apparet, imò quotquot veterum expreſſiora loca occurrunt, de privatorum domiciliis agunt, quæ quia* τ̃ κοινῦ τῆς ἐκκλησίας *uſibus inſerviebant, deſlexo nonnihil à propria ſignificatione vocabulo, Eccleſias nuncupare placuerat: eóque trahit Act.* 11. 26. 1. Cor. 14. 23. Fabricam autem vel cœnaculum nonniſi hoc Calliſti ædificium fuiſſe idem (*c*) ſtatuit: *Audiunt*, inquit ex Martyrol. ad 14. Febr. *Maris & Martha noctu, in quodam loco trans Tiberim in cœnaculo multitudinem Chriſtianorum pſallentium, multúmque lætati pulſant januam cœnaculi &c. Eodem loco erat Epiſcopus nomine Calliſtus.* Quòd ſi ipſe Imperator impeditus à Senatu, quò minus Chriſtianis Eccleſiam ædificaret, quantò magis Calliſtum impeditum & prohibitum credas. Abſit ergo ut illum in honorem Mariæ templum ſeu Baſilicam extruxiſſe ſtatuamus. Ad rem ergo facit Polydorus (*d*) dum ita loquitur: *Viſuntur hodie iis in locis & ſacella quædam, quibus occultò rem divinam priſci illi pietatis cultores feciſſe dicuntur, quòd publicè non liceret.* Ob duriſſimas perſecutiones usque ad Conſtantinum M. nulla templa erecta Bullingerus orig. err. c. 2. cum Vadiano oſtendit. Igitur multò minus in honorem Sanctorum extrui, aut conſpurcari imaginibus potuerunt.

Calliſti Decretales. §.3.) Duas Decretales ſcripſiſſe prætendunt, quæ ut & ſucceſſoris Urbani item & Fabiani ſecunda, infamiæ notam, curiæ traditionem ac ſervitutem minantur contra ſua decreta delinquentibus. Priorem Calliſtus ad Benedictum Epiſcopum ſcripſit (a) de temporibus jejuniorum (b) de criminationibus doctorum. Eam vid. T. 1. Conc. p. 343. ed. Ven. & p. 275. ed. Pariſ. Merito illam proſcribunt Blond. in Pſeud. præf. p. 66. & in tract. 252. Cocus p. 65. De jejuniis Bar. (*e*) *hæc liber de Romanis Pont. tradit: Hic conſtituit ter in anno jejunium fieri, frumenti, vini, & olei gratiâ:* ad quæ Annaliſta: *puto legendum quater in anno, juxta Zach.* 8. Verùm Tomi Conc. edit. Crabbi, item Carranza, alii, pro liberalitate & dictatoria cenſura ſua in ipſo contextu Pontificalis, ſine ullis marginalibus reſtituunt jejunium 4. temporum. Hos ſequitur Bellarminus l. 2. de bon. op. in Part. c. 19. Cautius agunt

a) vid. Adon. ad 10. Maji: & ex eo Blondell. de Ep p. 239. (b) l. c. p. 218. (c) p. 239. (d) l. 5. c. 6 (e) §. 6. Spond. § 1.

agunt & callidius Pariſini (*f*) quando trium temporum jejunia ab Apoſtolis fuiſſe præſcripta, & hactenus ab Eccleſia ſervata, quartum autem additum à Calliſto contendunt. At ita etiam ſomnia nonniſi ſua recitant. Idem habet Gratianus diſt. 76. c. 1. Mittamus autem ſphalmata & correctiones ejusmodi: tamen quod per quatuor temporum jejunia fideles Romanos ad Judaiſmum revocaverit, commentum eſt. Et etiamſi ordinâſſet, diſciplinæ cujusdam gratiâ, aliis Eccleſiis jugum nullum impoſuiſſet. De his Polydorus (*g*) *Calixtus primus omnium inſtituit, ut ter in anno jejunium ageretur, die præſertim ſabbathi, i. e. quarto menſe, ſeptimo & decimo, ſi inchoemus annum à Martio, Hebræorum more. Inde mutato conſilio, in quatuor partibus eſt anni tempora id jejunium &c. Quibus deinceps ratio ſacrorum ordinum habita eſt, cùm id antea tantummodo Decembri menſe fieri conſueviſſet. Sunt tamen, qui Urbano attribuant hujusmodi quatuor temporum ac jejunii diſtinctionem, quæ antea hominum imperitiâ confundebantur. Sic utrunque fieri potuit, ut Calixtus primùm inſtituerit, dein Urbanus jejunium in quatuor tempora digeſſerit. At iſta ego à Romanis accepta eſſe dixerim, quos Ovidius in Faſtis tribus anni temporibus fructuum gratiâ, totidem ſacrificia dicit feciſſe Vinalia, Robigalia, Floralia &c.* An verò ex Calixti inſtitutione jejunium 4 temporum defendere poſſint adverſarii, & an eundem in finem, eodémque modo jejunent ipſi viderint. Interim nova erat hæc Calixti conſtitutio, cùm à præcedentis ſeculi ſcriptoribus crimen nefarium ſtatuatur jejunare ſabbatho vel Dominico. Iſtæ certè leges naſcebantur in Eccleſia Romana ex diſciplina Montani & Cataphrygum, ſub auſteritatis & præciſitatis prætextu paulatim ſeſe inſinuantium. Jejunium quod L. Quatember, Ger. Fronfaſten i. e. groſſe Faſten. Quantam mutationem hoc jejunium paſſum vid. diſt. 76. c. 2. & 3. An. 226.

§. 4.) In eadem Calliſti epiſtola: *Non decet à capite membra diſſidere, ſed juxta S. Scripturam omnia membra caput ſequantur.* At quis Papam Chriſti loco Caput conſtituit? Et hoc quidem aureolum Tomo I. Concil. ed. Venetæ pag. 9. ad aſſerendæ Papæ Monarchiam & dictaturam præmitti Conciliis ſolet. Scilicet quia talibus fulcris opus habet Papatus.

Ib. *Nulli dubium eſt, quòd Apoſtolica Eccleſia mater ſit omnium Eccleſiarum, à cujus vos regulis nullatenus convenit deviare.* At tu rectiùs tantam impoſturam támque falſam hypotheſin Calliſto martyri non tribues. Ergone filia erit Romanæ Eccleſiæ Hieroſolymitana atque aliæ Apoſtolicæ, Patriarchales & metropoliticæ?

Ib. *Sicut Dei Filius venit facere voluntatem Patris, ſic & vos voluntatem veſtra impleatis matris, quæ eſt in Eccleſia, cujus Caput Romana exiſtit Eccleſia.* Tu dic Romanus Papa. At impia hæc omnia.

Ib. *Doctorem Catholicum, & præcipuè Domini ſacerdotem, ſicut nullo*

i 3 errore

f) pag. 277. (*g*) 16. c. 4.

Digitized by Google

An. 226. *errore implicari, ita nulla oportet machinatione, aut cupiditate violari.* At certè & in vita, & in fide peccare, & graviter quidem poſſunt: ſine violatione ergo ab iis corriguntur ac puniuntur, quorum intereſt. Credibile autem nonniſi Papam hoc loco ſubinnui, quem tamen peccati filium Sanctus nobis depingit Codex.

Ecquî verò adeò nihil hîc nobis Calliſtus de ſui temporis fluctibus & tempeſtatibus, de ærumnis fidelium, de vinculis & tormentis, item de inſtructione & officio afflictorum & variè preſſorum?

Altera Calliſti Epiſt.

§. 5.) Altera decretalis ad Galliarum Epiſcopos, ea occaſione, quòd plebs Gallicana contra Epiſcopos conſpirârit. Verùm quid miſeri Chriſtiani in ſua viſcera, in Patres, ductores ac doctores ſuos inſurgerent, cùm nec ipſi uſpiam à perſecutionibus tuti eſſent? Vel deſignent tandem & nominent nobis hos Epiſcopos atque plebes. Contra hanc epiſtolam inſurgit Blond. l. c. præf. pag. 66. & in tract. 256. Cocus item pag. 65. Illyr. in Catal. 125. Tractat autem 1. De iis, qui Epiſcopis non obediunt. 2. Qui excommunicatis, vel infidelibus communicant. 3. Ut nullus prælatus alterius terminos uſurpet, & de mutationibus Epiſcoporum. 4. De matrimonio conſanguineorum: & de accuſationibus quas leges rejiciunt. 5. Qui non debeant admitti ad accuſationem vel teſtimonium: & an poſſit ſacerdos poſt lapſum miniſtrare. His ſubjungit Staravolſcius: Carere ſententiam excommunicationis injuſtè prolatam. I nunc, & amplius dic, Papam R. præſcribere, forenſia tractare, regere cœteras Eccleſias non poſſe. Ita verò omnia hujus epiſtolæ ſeſe habent, ut ſponte fucum atque impoſturam prodant.

Hujus criminis (conſpirationis) *reos, non ſolùm Eccleſiaſtica, ſed etiam ſeculi damnant leges &c.* aſt quis ſomniet, Gentiles perſecutores leges deferendis Epiſcopis ſeu paſtoribus tuliſſe.

Ib. *Excommunicatus nullum nocere poteſt.* bellè. ſic paſſivè, *ſi perſecutus fuerit Epiſcopus.*

Ib. *Excommunicatos à ſacerdotibus nullus recipiat ante utriusque partis juſtam examinationem, nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut oſculo communicet, nec ave eis dicat &c.* q. 3. excomm. quoque. Ita ergo omnis Romanæ Sedi inimicus devotus eſt.

§. 6.) Ib. Præcipit *ne ullus primas, vel metropolitanus &c. extra diæceſin cenſuram exercere proprio motu præſumat, niſi gradûs ſui periculo ſubjacere velit.* 9. q. 3. nullus primas. & 9. q. 2. nullus alterius. At tum nulli primates vel metropolitani. Et tamen hanc præſcriptionem ſibi quoque capiat Romanus.

Ib. De Epiſcoporum mutationibus agens dicit: *Nec uxor Epiſcopi* (h. e. ejus Eccleſia vel parochia) *eo vivente, abſque ejus judicio & voluntate, alteri judicari vel diſponi, aut ejus concubitu frui i. e. ordinatione, ullatenus conceditur.* Inverecunde ordinationem Epiſcopi vocat concubitum.

Ib.

Ib. *Si utilitatis gratiâ fuerit mutandus* (Epiſcopus) *non per ſe hoc agat, ſed fratribus invitantibus, & authoritate hujus S. Sedis faciat, non ambitûs cauſâ, ſed utilitatis.* Malè hanc legem pro Pontificis jure allegat Canoniſta Rouſſelius: (*h*) Quid enim hoc loco propria Paparum teſtimonia & decreta? Ipſe Rouſſelius apud Nicephorum plures referri translationes concedit, in quibus nulla Rom. Epiſcopi cognitio vel auctoritas intervenerit &c. iterum ſubjungit: *Tandem Pontifex Rom. efficit, ut à ſe translationum licentia pendeat, ideoque transferendus ab illo poſtuletur* &c. Quid hîc niſi in vaſto & venale Papæ forum, ac transeundi licentia? Cum primatûm permiſſione fieri hoc debebat olim: at nec ſolus erat Papa R. nec vagari extra limites ſuos poterat: de quibus ipſe Rouſſelius. (*i*) An. 226.

Ib. *Conjunctiones conſanguineorum fieri prohibentur, quando has & divina, & ſeculi prohibent leges &c. Eos autem conſanguineos dicimus, quos divina & Imperatorum Romanorum atque Græcorum leges conſanguineos appellant* &c. allegatur c.35.q.2.3.conjunctiones.item à Caſalio c.31.de impedimentis matrimonii. In Tomis Conciliorum edit. Venetæ, contra omnem ſenſum: *Et Imperatorum, ac Romanorum atque Græcorum leges* &c. Quid enim? Annon Imperatores tum Romani erant: itaque non diſtinguendi? Annon verò apertam fraudem prodit, dum Imperatorum Græcorum mentionem facit, ſerius ſcil. efficţas eſſe has epiſtolas? Talia verò de illegitimis conjugiis ibi proponit, quæ difficilibus illis temporibus minimè conveniebant: ut nec illa, quæ habet de iis, qui admitti non debeant ad accuſationem vel teſtimonium.

§. 7.) Porrò de Sacerdotum conjugio ita Polydorus (*k*) *Non tenuit quempiam tum primum iſta lex Gregoriana, ſicut antea Calixti decretum non eſt ſervatum, quem idem Gratianus auctor eſt primum Sacerdotibus univerſis indixiſſe cœlibatum.* d. 27. c. ult. Presbyteris. & Naucler. generat. 8. Verùm de hac Calixti lege nihil extra Gratianum reperio: neque affingere aliena inuſitatum conſarcinatori illi. Et ſanè nec ordines iſti, quos recenſet Gratianus, nec ejuſmodi canones tum extabant, unde in Niceno & aliis Conciliis pro matrimonio Clericorum fuit concluſum. Memoratu perquam dignum heîc occurrit argumentum Imp. Maximiliani II. quod inter alia Pio IV. Pontifici anno 1564. objecit (*l*) pro conjugio Sacerdotum, *Liquere in prima Orientali & Occidentali Eccleſia uſque ad tempus prohibitionis à Calixto facta Sacerdotum conjugia libera ac licita fuiſſe:* vid. 1. Tim. 3. 2. c. 4. 3. Dan. 1. 37. *Cœlibatus.*

Calixtum præbendas inſtituiſſe dicit Rouſſelius (*m*) ex c. 16. q. 7. c. nullus omnino. Tribuitur & Innoc. II. at juris divini eſt, quòd honeſtè Miniſter ſuſtentetur. Neque Calixti tempora novi quid decerni patiebantur. vid. Hoſpin. de Templ. p. 476. *Præbenda.*

§. 8.)

h) *l.* 1. *c.* 4 §. 8. (*i*) §. 9. (*k*) *l.* 5. *c.* 4. (*l*) *apud Thuan. hiſt. l.* 35. (*m*) *l.* 5. *c.* 1.

An. 226. §. 8.) Baronius (n) de Cœmeteriis agens illud nolens volens fatetur in urbe neque martyres, neque alios ſepelire licuiſſe: ſequiori verò tempore eò demum translata Sanctorum oſſa: unde facilè ſuperſtitionis hujus incunabula diſcas. Ita Caſal. (o) *Fuere plurima extra Rom. urbem cæmiteria, quoniam intra mœnia prohibitum erat Romanis legibus XII. tabularum defunctos ſepelire. Hæc loca modò areæ, interdum tumbæ, catatumbæ, cryptæ arenariæ, frequenter cœmiteria. Ejuſmodi cryptarum in agro Rom. recenſentur nomina XLIII. in libro de Romanis Pontiff. & apud Bar. ad Martyrol. R. d. 3. Jan. Erant autem ſpecus ſubterraneæ, cùm ad ſepeliendos fideles, tum ad conventus & ſynaxes peragendas tempore perſequutionis: inde prohibitæ ab Impp. gentilibus.* Sepulturæ igitur Chriſtianorum templis contiguæ non erant, ſed extra urbes & opida: atque huc Zepperus (p) refert exempla Gen. 25. 9. Marci 5. 2. 14. Luc. 7. 12. Joh. 11. 30. 31. c. 19. 41. item. Chryſoſt. teſtim. ex ſerm. de fide & lege naturæ: Concilii Bracar. I. can. 36. Tribur. c. 17. edictum inſuper Hadriani Imp. tandémque ſubjungit. *Poſtquam verò creſcente ſuperſtitione ſacra pro defunctis ſub Gregorio M. fieri cœperunt, tunc etiam cœmiteria templis vicina fecerunt Monachi & ſacrificuli, ut ſacra illa faciliùs obire, & quæſtum majorem facere poſſent.* Ita Tertull. in Apol. Romæ in eodem cœmiterio, in via ſcil. Oſtienſi, ſuo tempore extitiſſe monumentum Petri & Pauli dicit. De hoc Alex. ab Alex. (q) *Condebant*, inquit, *corpora vel arcis lapideis, vel fictilibus cum funebri tunica: quia nudum jacere cadaver pro flagitio erat: & Romani in domibus, quas ſinguli incolebant, doliis, aut vaſculis: quâ ex cauſa lares, quos domeſticos vocant Deos, colere cœperunt. Poſtea lege XII. tabularum, ne in urbe ſepelirentur, neve urerentur, gravi fuit documento ſancitum &c. Cineres tamen ejus, qui triumphâſſet, aut Imperatoris, qui hoſtes bello domuiſſet, armisve Remp. auxiſſet, in urbem ferre licebat* &c. Confer eundem l. 4. c. 18. Olim itaque ipſi etiam Martyres ſepeliebantur, & quidem extra urbem, ſinebantúrque in cubiculis ſuis dormire, poſtea Sanctorum corpora monumentis eruta translatis intra civitates illorum reliquiis in Eccleſias, quam conſuetudinem Annaliſta §. 12. ad ea tempora refert, quibus Chriſtiani pacem aliquatenus adepti, ſeculo nim. 4. aut 5. quod inde factum, quia ſuperſtitio crevit, Chriſtianíque ſe Sanctorum meritis, aut interceſſione eorundem juvari putaverunt. Vel etiam quia felices ſe duxerunt, ſi apud martyres ſepeliri poterant, uti Baronius l. c. & ex eo Caſalius p. 268. ex Maximi ſerm. 77. docent, id quod tamen extra communes hominum habitationes æquè fieri potuiſſet. Convenerunt primi Chriſtiani in areis vel cœmiteriis, mox aëris injuriæ depellendæ exigua ædificia in cœmiteriis ſtruxere, dicta *Fabrica*, quas Damaſus Fabiano tribuit. Poſt an. 205.

Sepultura veterum.

templa Chriſt.

n) inde à §. 7. Spond. à §. 3. (o) c. 66. p. 268. (p) de polit. Eccl. l. 1. c. 15. (q) genial. dier. l. 3. c. 2.

Digitized by Google

205. halcyonia quædam nacti *oratoria* ſolidiuſcula extruxere ſub Alexandro Severo, Gordiano &c. quæ Euſ. l. 8. c. 8. προσευκτήρια dicuntur. Igitur poſtquam pace data oratoria ſua intra urbes commoditatis gratiâ extruxere, eodem quoque Martyrum reliquias transferendas putavere. vide Hoſpin. de Templ. à p. 405. & 472. ubi de cœmiteriorum conſecratione. Sic apud hod. Indos Pagoden, monumenta, ſepulchra mortuorum, Todtengreber/ Grabſtette: unde tandem fiebant templa. (r) Quod inde ſanè, quia coluerunt mortuos ſuos iisque Templa erexere. An. 226.

§. 9.) Dum verò Baronius Cryptas definit *ſpecus ſubterraneas cùm ad ſepeliendos fideles, tum ad conventus, & ſynaxes peragendas tempore perſecutionum*, nemo unum eundémque locum utrique rei inſerviiſſe credat, utpote à quo ipſa natura abhorret: neq; poſtea etiam in templis ſepelire licuit, unde c. 13. q. 2. præcipiendum eſt: prohibendū etiam ſecundùm majorum inſtituta, ut in Eccleſia nullatenus ſepeliatur, ſed in atrio, aut in porticu, aut in Exedris Eccleſiæ. Infra Eccleſias verò, aut prope altare, ubi corpus & ſanguis Domini conficitur nullatenus ſepeliantur. Quin areas ſeu agros fuiſſe adhibitos ad ſepulturas, effoſſiones cadaverum, de quibus gloriantur Pontificii, teſtantur. Neque verò negaverim cryptas etiam fuiſſe in uſu, ut jam ſuprà diximus, diſtinctas tamen à conventuum locis. Quòd ſi verò fideles tempore perſequutionum edictis Impp. à ſpecubus ſubterraneis, ſeu clanculariis conventibus arcebantur, multò minus extrui templa permittebantur. Quare autem Pontificale dicit: *Fecit* (Calliſtus) *aliud cœmeterium viâ Appiâ* &c. niſi quod prior ille locus, qui Eccleſia vocatur, non tam Eccleſia, templum, ſeu publicum ædificium, quàm cœmeterium ſeu crypta fuit. Et tamen de cruce in cœmeterio hocce poſita nihil penitus legitur, imò ne in unico ex XLIII. ſuburbanorum: de quibus Hieron. in Ezech. c. 40. ubi exponit, qualis eſſet horum cœmiteriorum forma: item Prudent. hymn. 11. (r) Sepulta fuiſſe honorificè corpora mortuorum epiſtola martyrum Galliæ apud Euſ. l. 5. c. 1. item Eccleſiæ Smyrn. apud eund. l. 4. c. 15. docent: unde martyria i. e. loca, ubi paſſi vel ſepulti martyres dicta. Ita ib. l. 7. c. κβ. ex Dionyſii Epiſtola: *Cùm ab omnibus perſecutione agitati eſſemus, & multati morte, feſtum lætis animis celebravimus, & quilibet ſingularum afflictionum locus panegyricus nobis fuit*, (πανηγυρικὸν ἡμῖν γέγονε χωρίον) *ager, ſolitudo, navigium, diverſorium, carcer* &c. Pulchrè hoc loco Bullingerus (s) *Poſt multos demum annos à ſeculo Conſtantini cœperunt & Martyria i. e. Sacella, in honorem martyrum extrui: alioqui agnoſcimus Martyriorum paulò antiquiorem eſſe originem, quatenus per Martyria intelliguntur non Sacella, vel Templa quidem, ſed monumenta Martyrum tantùm.* Neque verò Maximi hoc loco teſtimonium admittimus, quia

r) *Roger in Aſiat. idol. à p. 215.* (r) *Dalla. de ador. l. 5. c. 9. p. 776.* (s) *de orig. cultûs Divor. c. 21.*

An.226. nimius Sanctorum cultor fuit, ac ſeriùs, videl. circa an. 420. adeoque ætate jam corruptiori; eadem ratio cum Ambroſio eſt, & ſi qui alii, de quibus ſuis locis.

Vrban. I. ſit P. §. 10.) Calliſto ſucceſſit Urbanus I. Romanus, anno 226. Platinæ an. 224. Damaſo, Coſtero 227. Euſebio 222.

An.227.

JESU CHRISTI *Annus* 227.
ALEXANDRI *Imp.* *Annus* 4.

Urbani P. an. 1. Coſſ. Dexter & Ruffus. Memorabile refert Annaliſta ex Lampridio, quòd Imperator optimis latis legibus vetuerit lenonum vectigal & meretricum, & exoletorum in ſacrum ærarium inferri. Atqui Catholicæ Capiti Eccleſiæ, Chriſtíque Vicario lupanaria hodie vectigal perſolvunt.

An.228.

JESU CHRISTI *Annus* 228.
ALEXANDRI *Imp.* *Annus* 5.

S. Martina. Urbani P. an. 2. Coſſ. Alexander II. & Marcellus. Martina Romæ paſſa fertur in Martyrol. R. ad 1. Jan. Miſſos ab Imp. eam hilari vultu in Eccleſia Deo preces offerentem offendiſſe acta ejus narrant. Ubi notabis 1. ad Deum unum preces direxiſſe. 2. Eccleſiam hoc loco nonniſi abditum aliquem locum, quò convenire Chriſtiani ſolebant, vel domum etiam privatam denotari. *(a)*

a) Blondel. de Epiſc 246.

An.229.

JESU CHRISTI *Annus* 229.
ALEXANDRI *Imp.* *Annus* 6.

Geminus. Beryllus. §. 1.) Urbani P. an. 3. Coſſ. Balbinus & Maximus. Scriptores Eccleſiaſtici fuere *Geminus* Presbyter Antiochenus, qui teſte Hier. ingenii ſui monumenta quædam reliquit. *Beryllus* Boſtrenſis in Arabia Epiſcopus præter varia opuſcula Epiſtolas ſcripſit, in quibus Origeni gratias agit: viciſſim Origenis etiam ad eum literæ extant, item Dialogus Origenis & Berylli, in quo hæreſeos arguitur: quidpe poſtquam hic religiosè & piè rexiſſet Eccleſiam, in hæreſin ad extremum lapſus, cum Samoſato docebat,

Digitized by Google

cebat, Chriſtum merum eſſe hominem, qui non extiterit antequam ex Maria An.229.
naſceretur, nec perſonam fuiſſe, ſeu non propriam divinitatem habuiſſe, ſed eam, quæ Patris eſt, deitatem in eo tantùm habitâſſe: vid. Euſ. l. 6. c. 21. & 33. Hier. in Catal. Huet. in Orig. l. 1. c. 3. §. 8. Ejus hæreſeos causâ convenerunt in Arabia Epiſcopi, cujus conventûs acta Synodica ad ſua uſque tempora extitiſſe Euſebius teſtatur. Philadelphiæ habitum ſub Gordiano Imp. Euſebius, Romanenſes ſub Fabiano dicunt, unde *Arabica Synodus* I. vocatur: vid. Socr. l. 6. c. 20. Inprimis Origenes vanitatem & impietatem hanc è Verbo Dei confutavit, eóque Beryllum adegit, ut abjecta perverſa ſententia ad Orthodoxam Eccleſiæ doctrinam rediret. Libellus *Synodicus in Boſtra*, quæ Eſajæ Botron, ab Origine collectam ait anno 229. cui mox ad an. 249. Arabicam aliam ſubjungit ab eodem Origine congregatam & 14. aliis Epiſcopis contra eos, qui affirmabant, unà cum ipſis corporibus animas interire eaſdémque rurſus cum corporibus reſurgere unde *Arabici* illi hæretici dicti. (*a*) Alii prius Concilium ad an. 244. referunt. Emergentes ergo Eccleſiæ contentiones de fide hoc Concilum cognovit, ſine permiſſione aut cognitione Epiſcopi Rom.

§. 2.) *Hippolytus* Martyr: hunc Gelaſius libris de duabus Chriſti naturis Metropolitanum Arabiæ facit, cùm tamen ſedes Metropolitica illo tempore nondum cognita fuerit. Eum Damianus Monnum i. e. Monachum vocat, aliis Nonnus dicitur: Plus quàm 30000. Ethnicorum in Arabia convertiſſe ſcribit. Eundem diſcipulum Clementis Alex. fuiſſe, Ejúsque perſuaſione in Italiam ad limina Apoſtolorum abiviſſe, à Cœleſtino P. Portuenſem creatum Epiſcopum Baronius ex Nicephoro ait, quem ſequitur Ughellus in Italiæ S. T. 1. p. 130. Non ſub Claudio, ſed ſub Alexandro hoc anno paſſum iiſdem placet. At hæc fidem apud nos minimè merentur, quâ fide enim ſtationem & gregem in Arabia deſeruiſſet? Lambec. B. T. 3. p. 45. Nicephorus Calliſtus perperam confundit S. Hippolytum martyrem & Epiſcopum Portuenſem cum longè recentiori Hippolyto Thebano. Adde quòd Græcè ſcripſit. Dicit Hieronymus neſcire ſe cujus urbis Epiſcopus fuerit. Ipſe Baronius ad 29. Jan. diverſos Hippolytos nobis promit: confer Hoſpin. ad 13. Aug. Hujus memoria extat d. 22. Aug. Hippolytus fertur præfectus urbis ſub Decio, cujus juſſu S. Laurentium in vincula conjiciens ad fidem Chriſti ab eo converſus ſit, & poſtea Decii mandato ab equis, quorum collo pedes Hippolyti alligati diſcerptus. Ita ludunt legendæ ad nomen. Hic verò noſter manibus pedibúsque ligatus in altam foveam aquis plenam præcipitatus creditur: cujus tamen acta haut concordare nec ipſe inficiatur Annaliſta. Ejus martyrium Romæ in ædis parietibus coloribus expreſſum fuiſſe Prudentius hymno 10. memorat. Unde conſtare poteſt, ſatis maturè

a) *vid. Huet. l. all.* §. 14. *col. cum c.* 4. §. 1.

Hippolytus.

An.229. Romæ imagines in Eccleſias invectas. (b) Alius reſtat ſcrupulus, quod ab Ughello ſucceſſor Hippolyto demum ad an. 370. detur: tertium autem ad an. 465.

§. 3.) Multa Hippolyto ſcripta ab Euſ. Theod. Hier. Phôtio & à recentioribus utpote Bell. Gerh. Arndio (c) aſſignantur, quorum pleraque interierunt. (d) Ea verò, quæ ſupereſſe ſtatuuntur, ſubleſtæ fidei à ſanioribus Criticis judicantur. Commentarios ad V. & N. T. confeciſſe perhibetur, quorum fragmenta extent. De eo Biblioth. Patr. ed. Pariſ. ind. p. 59. ita habet: *Nunc extat Oratio, ſive de conſummatione mundi & Antichriſto, & ſecundo adventu D. N. J. Chriſti homilia Gr. & Lat. T. XII. f. 586. Excerpta quædam ex libris ejus de Theologia & incarnatione, & liber contra Beronem & Hericem hæreticos: T. IV. part. 2. p. 951. Homilia de Deo Trino & uno, & de myſterio incarnationis contra hæreſin Noeti. T. XV. p. 620. Demonſtratio contra Judæos apud Poſſev. in verbo Hippolytus* &c. Ita de eodem Mareſius: *Quæ circumfertur oratio Hippolyti de Antichriſto, ultimo Chriſti adventu, & conſummatione ſeculi, nullius eſt pretii, imò in eo valde abſurda, dum ſtatuit, Antichriſtum non fore hominem, ſed dæmonem, ſub hominis ſpecie generi humano illudentem.* Adiſis Cocum in cenſura à p. 127. & Rivet. Crit. S. l. 2. c. 11. Larroq. de Euch. Part. 3. c. 1. p. 797. Lambec. Bibl. Vindib. T. 3. p. 45. ſ. & 244. & T. 4. p. 236.

b) *Dallæ. de imagg. l. 3. c. 4.* (c) *p. 889.* (d) *vid. Tirin.*

An.230.

JESU CHRISTI *Annus* 230.

ALEXANDRI *Imp. Annus* 7.

De itin. Orig.

§. 1.) Urbani P. an. 4. Coſſ. Modeſtus & Probus. *Phileto* Epiſcopo Antiocheno anno ſedis 12. vita functo ſuccedit *Zebennus* ſeu *Zebinus*. Origenes à Demetrio Alexandrino, petente Regulo (Arabiæ præſidem vocat Huetus l. 1. c. 2. §. 5) in Arabiam mittitur, ut ab eo Chriſtianam Religionem addiſceret. (a) Eodem tempore iſdem Origenes neceſſitate cujuſdam negocii Eccleſiaſtici, fortè propter Sextam editionem V. T. ut cenſet Annaliſta, Nicopoli apud Actium repertam, in Græciam per Palæſtinam iter faciens, Cæſareæ à Theoctiſto ibi Epiſcopo, & Alexandro Hieroſ. ordinatus Presbyter. (b) Ob hoc Demetrius Alex. non ſolùm ipſos Origenis ordinatores per literas arguit, quòd caſtratum, & fortè etiam, quia alius Eccleſię hominem ordinâſſent, ſed in ipſum etiam Origenem, invectus fuit: Huetus in Orig. l. 1. c. 2. §. 10. ſugillat conjecturam Baronii, quaſi Origenes Nicopolitanæ

a) *Euſ. l. 6. c. 20. Bar.* §. 3 (b) *vid. T. 1. Biblior. Reg. Angl. præf. p. 72. ad Baronii an. 231. § 47.*

tanæ editionis gratiâ in Achajam profectus ſit, cùm veritas ipſa palàm extet, An. 230.
ſcribántque Hieronymus & Ruffinus Achajæ Eccleſias plurimis tum hæreſibus fuiſſe vexatas, quibus expugnandis idoneum præ cœteris viſum Origenem *Athenis moram feciſſe Origenem certum, moræ tempus incertum. Equidem non multò minus*, ita ille pergit, *biennio itineris Achaici tempus fuiſſe exiſtimo: rediiſſe tamen ſequenti anno, vel biennio póſt, inter Chronologos conſtare video &c. nec cauſa eſt, cur ex ſcholarum frequentatione aliud Athenienſe iter ab Origene olim adoleſcente inſtitutum confingant Baronius & Petavius &c. In hac Achaica remanſione Nicopolitanam editionem nactum fuiſſe Origenem credibile eſt; cauſam hanc itineris habuiſſe, non item.* Idem doctiſſ. Huetus *§.6.* Halloxii atque aliorum caſtigat indiligentiam, qui prius Origenis in Palæſtinam iter confuderunt cum altero hoc. *Utranque profectionem*, ait, *cautè diſtinxit Euſebius, de priore agit l.6.c.19. de poſteriore c.23. Ita autem* vid. an.
priorem illam deſcribit vir ille celebris: Origenes Alexandria clam exiit, ar- 215.§1.
ma impia Caracallæ fugiens, quibus funeſtiſſimam Alexandrinis cladem intulit. Annus trahebatur Chriſti 215. Caracallæ quintus; ætatis circiter trigeſimum agente Origene. Seceſſit ille in Palæſtinam, & Cæſareæ ſedem poſuit: ubi tantus ei ab Epiſcopis honos habitus eſt, ut nondum licet Presbytero, ſed laico etiamtum deferretur negotium Scripturæ publicè in Eccleſia explananda, præſentibus Epiſcopis. Factum rationibus, aliorúmque Epiſcoporum auctoritate & exemplo excusârunt Theoctiſtus (Theotechnum Photius appellat) Cæſareæ Eſcopus, Hieroſolymæ Alexander. Nec ita tamen placârunt Demetrium Alexandrinum, epiſtolis id damnantem, ut Origenem non revocaret. Paruit ille mandatis & reverſus in patriam conſueto ſeſe muneri reſtituit.

§.2.) Originem Nicopoli digreſſum Epheſum etiam inviſiſſe conjicit laudatus Huetus *§. 11. Prius autem quàm Athenas veniret, arripuerat iter per Palæſtinam, & Cæſareæ ab Epiſcopis Theoctiſto & Alexandro, ad S. Presbyterii ordinem fuerat provectus.* Id tum contigit cùm Antiochenæ Eccleſiæ regimen capeſſivit *Zebinus, Chriſti 228. anno, Alexandri Severi 7. Origenis 43. Factum hoc à S. Epiſcopis in homine ditionis non ſuæ, ſub teſtimonio epiſtolæ Eccleſiaſticæ, quâ diſcedentem Demetrius fuerat proſecutus.* De hoc Euſ. l. 6. c. 23. τὴν διὰ παλαιςίνης πρεσβυτερίυ χειροθεσίαν ἀναλαμβάνει: à Palæſtinæ Presbyterio manuum impoſitionem accepit. (*c*) Ecquî verò in hoc & ſimilibus caſibus Epiſcopus R. non fuit interpellatus, vel ſe non interpoſuit? De aliis Origenis peregrinationibus Huet. l.1.c.3.§.2.

Tryphon Origenis diſcipulus fuit, ad quem nonnullæ ejus extant epi- *Tryphon.*
ſtolæ; ſcripſit librum de vacca rufa in Deuteronomio, & de dichotomimatibus, quæ cum columba & turture ponuntur in Geneſi, aliaque teſte Hier. Omnia autem periere.

k 3 *§.3.) Am-*

c) Blondell. de Epiſc. p. 90.

Digitized by Google

An.217. §.3.) *Ambroſius Mediol.* per Origenem à Marcionitis converſus, ſcripſit de ſui converſione, gratias agens, ad Orig. Epiſt. lib. 1. & quædam alia. (*d*)

Dion Caſſius. *Dion Caſſius* Nicæus hoc anno ſuam hiſtoriam finit, quo, ipſo teſte, ſecundum cum Alexandro Severo conſulatum geſſit. Ipſius autem Imperatoris juſſu contexuit hiſtoriam 981. annorum, ſeu res ab urbe condita à populo Rom. geſtas: hodie verò nonniſi 300. minus duorum annorum hiſtoria ſupereſt. Harum bonam partem in ſua epitome aſſervavit Joh. Xiphilinus: qui vixit circa annum 1080.

Talmud Hieroſ. vid. an. 153. *R. Jochanan* ex tribu Joſeph, caput Synagogæ in terra Iſraëlis per 80. annos, hoc tempore abſolvit *Talmud Hieroſ.* pro Judæis in terra Iſraëlis habitantibus. Ita verò dictum, non quòd in urbe illa eſſet elaboratum, ſed in terra Iſraëlis, cujus caput fuerat Hieroſolyma. Quia verò pauciores Judæi in terra Iſraëlis habitabant, neque etiam perfectè omnes Conſtitutiones & deciſiones in illo Talmude continebantur, ideo minor ſemper ejus fuit uſus ad hæc uſque tempora. (*e*)

d) Friſ. (e) vid. Tzemah David p. 111. & 113.

An.231.

JESU CHRISTI *Annus* 231.

ALEX. *Imp. Annus* 8.

Urbani P. an. 5. Coſſ. Alexander Imp. III. & Dio hiſtoricus. Origenes ob errores à Demetrio excommunicatur, quam ſententiam cœteræ quoque Eccleſiæ ratam habent. (*a*) De his ita Huetius (*b*): *à Demetrio Synodis collectis Alexandriâ pulſus & ſacerdotio exauctoratus, conſentiente in ejus exitium orbe penè univerſo.* Igitur Cæſaream ſe recepit Origenes, ubi ſubmiſſas Demetrii literas refutavit, ac pro ſui defenſione Circulares ſcripſit, quibus & Demetrium & totius orbis Epiſcopos ac Clericos Demetrio conſentientes lacerat, prætendens, quòd ſua ſcripta ab hæreticis partim corrupta, partim ſuppoſita ſint. Nec minus Cæſareenſis Epiſcopi, ut & Hieroſ. permiſſu, imò etiam juſſu, docebat publicè. Hieroſolymam quoque iiſdem circiter temporibus adiit, ubi vehementer ab eo petiit ſacerdotum collegium, ut in Eccleſia verba faceret. Poſtea Tyrum conceſſit, ubi teſte Epiphanio (*c*) multos annos in interpretandis Scripturis conſumpſit, (*d*) *utut verò hoc modo*, ut diximus, *ejectus Origenes Alexandriâ, non antè tamen hæretici nota iterum ipſi inuri cœpta eſt*, inquit. Huet. l. 2. c. 3. §. 19. *quàm Epiphanius cum*

a) vid. Blondel. de prim. 525. (b) in præf. (c) hær. 64. c. 3. & de pond. & menſ. c. 18. (d) Huet. l. 1. c. 2. §. 16. 17. 18.

cum Joh. Hieroſolymitano, Theophilus cum Nitrienſibus Monachis, Hieronymus cum Rufino altercatus eſt. Omnium turbarum incentorem fuiſſe Demetrium idem cap.4.§.1. oſtendit, cauſaſque horum malorum promit. Ubi ergo hoc loco ſolius Papæ auctoritas? Quare Romam non provocavit Origenes? ſcil. quia alia adpellatio à Primate, ejúſque diœceſi ſeu Concilio non dabatur. Abivit quidem Romam ſub Fabiano in eadem lite, at non ad eum ſolum, nec ut ad ſummum judicem. Refert etiam Hier lib.2. Apol. adv. Rufin. cap.6. & in Epiſt. ad Pammach. & Marcell. Anaſtaſium Rom. Epiſc. hæreticum illum denunciâſſe, at non ſolum Anaſtaſium, ſed Theophilum etiam Alex. Venerium Mediol. Chromatium Aquil. & omnem tam Orientis, quàm Occid. Catholicorum Synodum pari ſententia & pari ſpiritu hæreticum illum declarâſſe. Origeni Bellarminus *(e)* hæreſin tribuit, eúmque in Catalogo hæreticorum recenſet: at Bar. *(f)* negat eum hæreticum dici potuiſſe. Rectè meo judicio, Huetius de illo ſentit, dum medius incedit, ipſúmque partim accuſat, partim excuſat, ubi res poſtulat.

An. 232. — *vid. an. 248. §. 2.*

(e) T.1. contr. 4 gen. de Conc. & Eccl. milit. l.4.c.9.§ 21. (f) an.232.§.10.

JESU CHRISTI *Annus* 232.
ALEXANDRI *Imp. Annus* 9.

An. 232.

Urbani P. an. 6. Coſſ. Agricola & Clementinus. Novæ in Chriſtianos hoc tempore ortæ ſunt turbæ, quibus inter alios *Cæcilia* Virgo cum Valeriano ſponſo tollitur: de quibus Hoſpin. & Martyrol. ad 22. Nov. & 14. Apr. Hanc Cæciliam in Papatu ſucceſſiſſe Deæ Gentilium Harmoniæ putant, unde illam Muſici ſuam patronam agnoſcunt, quorum collegia dicuntur *Collegia Cæciliæ.* De hac Legendæ, quòd cùm prima nocte nuptiæ eſſent conſummandæ cum ſuo Valeriano ſponſo, ſimulârit apud eum, ſe habere procum Angelum, à quo Valerianus malè multaretur. Hac ratione deterritum Valerianum illibatam ei reliquiſſe virginitatem, & obtinuiſſe precibus Urbani ὅραμα Angeli, poſtquam in religionem Chriſtianam conſenſerat. Sed quamvis tum per Montaniſtas potiſſimùm ferveret ſtudium cœlibatûs, non eſt tamen credibile, virginem Chriſtianam, cui fixum eſſet hoc vitæ genus ſectari, conſenſuram fuiſſe juveni Ethnico, cum animo tamen eas non conſummandi. Neque Legendarii ullo idoneo antiquitatis teſtimonio in hac fabula utuntur. Quòd inſuper Baronius (§.13.) de Cæcilia ex Surio refert, eam conſueviſſe Evangelium Chriſti geſtare in pectore, atque ab aliis quoque factitatum, id fidem non meretur, partim ob corruptiſſimas B. Martyrum Legendas, partim quia ipſe Annaliſta multoties Sanctorum acta haud

Cæcilia virgo.

in

Digitized by Google

An. 232. in omnibus ſincera eſſe agnoſcit, quæ tamen Legendarius Surius pro veris & ſinceris venditat. Fac verò ita eſſe, nihil tamen præſcribere poteſt ſuperſtitio. Verùm quid aliud Evangelium Chriſti in pectore geſtare, quàm illud probè diſcere & imbibere, indeſinenter illud volvere atque revolvere. Neque enim credibile artibus ſuperſtitioſis & magicis ejusmodi homines gentili & ethnico more addictos fuiſſe. Alia longè φυλακτήρια habuerunt & amuleta, fidem, charitatem, ac indeſinens pietatis exercitium. Quòd ſi verò apud Chryſoſtomum, vel alium, de talibus περιάμμασι occurrat, id præter primorum Chriſtianorum uſum, ex errore non levi, fortè infidelium exemplo, ut noſtri hodie Pontificiorum, permoti fecerunt, quemadmodum Judæi hodiéque Pſalmorum librum in incantationes convertunt, eique titulum שמות תהלים faciunt. Turcæ in bellum ituri, tam pro ſe, quàm pro ſuis equis, ſchedas per Hozzas & Taliſmanos ſeu ſacerdotes, equorum collo appendere, vel alias ejusmodi preces & ſigna varia ſecum ferre ſolent, id quod libellus in pugna apud Dardanellos militi Turcico Veneto ereptus, ac Bibliothecæ Tigurinorum Civicæ oblatus teſtatur. Vel integrum fuerit aliquod Evangelium, quod Cæcilia geſtâſſe fertur in pectore, vel nonniſi ſententiæ certæ, perinde planè, niſi eum in finem fecerit, ut lectitare illa perpetuò poſſet, ſéque in illis exercere.

R. Hakkadoſch præſes Synedrii Tiberiade obiit.

An. 233.

JESU CHRISTI *Annus* 233.

ALEXANDRI *Imp. Annus* 10.

Urbanus P. deletus. §. 1.) Pontiani P. an. 1. Coſſ. Pompejanus & Felicianus. Urbanus P. capite ob fidem truncatur. Incertum ſub quo Cæſare vixerit, & quamdiu ſederit, graviterque aberrâſſe Euſebium ſcribit Binius (*a*) quòd 9. illi annos tribuerit. Aſt unde ille certus de 7. annis: ſic idem mendacii Martyrol. R. ad 25. Maji, Carranzam atque alios convincit, qui ſub hoc Imp. Alexandro paſſum dicunt. Ego verò apud Euſ. (*b*) nonniſi IIX. annos adminiſtrâſſe ſacerdotium reperio: novem autem in ejusdem Chronologia, ubi Urbano anno Chriſti 236. Imperatoris Alexandri 12. Pontianum ſucceſſorem dat. Quatuor adſcribit Carranza. annos 4. m. 10. d. 12. Damaſus. Annos 6. Staravolſcius, in indice verò an. 6. m. 10. annos 6. m. 7. d. 4. Baronius & Pariſini an. 7. m. 7. d. 5. Coſterus. annos 8. Herm. Contractus. Quinque ordinationibus fecit Presbyteros 9. Diaconos 5. Epiſcopos per diverſa loca 5. Sepultus in cœmiterio prætextati, viâ Appiâ. Sæpenumero pro fide Chriſtiana proſcriptus, ſed à piis clàm revocatus. Ejus memoria d. 25. Maji extat, de qua Hoſpin.

§. 2.) Ur-

(a) T. 1. Conc p. 87. (b) l. 6. c. 22.

Digitized by Google

§. 2.) Urbano nonniſi una Decretalis aſſignatur eáque elegantiſſima, ut Starav. cum ſuis putat, ſpiritu Paulino digna, ut habet Carranza, ad omnes Chriſtianos, præter morem: nimirum quia Univerſalis fuerat! Ejus partes VII. conſtituuntur. 1. De vita communi, & quam ob cauſam Eccleſia poſſeſſiones habere cœperit. Extat T. 1. Conc. p. 347. ed. Ven. & p. 289. ed. Pariſ. Illam jure deponte dejiciunt. Blond. in Pſeudiſ. præf. p. 66. & in tract. à p. 265. Cocus p. 65. Profectò ut cœteræ, ſic & hæc nonniſi dignitatem & eminentiam Romanam, divitias & claves Petrinas crepat atque ingeminat, ſucceſſoribúsque applicat. Fundos jam habet & agros Eccleſia, ex quorum reditibus Clerici & pauperes vivunt, imò & ipſi Epiſcopi. (c) Et omnia jam ſplendida, in ſummis etiam anguſtiis & perſequutionibus. Sed bene eſt profectò, quòd nec ipſe Epiſcopus privatas opes augere, nec ſuis nepotibus atque parentibus relinquere, quæ Dei ſunt, potuerit, verùm partim in Clericorum, partim in pauperum ſuſtentationem convertere debuerit: longè ſeciùs, quàm ipſi Pontifices hodierni factitant, unde chariſſimorum nepotum ſuorum curam diligentem habent. (d) An. 233.

§. 3.) Somniat dum ait: *Hactenus vita communis inter bonos Chriſtianos viget, & maximè inter eos, qui in ſortem Domini ſunt electi* Eoſdem floſculos Gratianus excerpit 11. q. 1. Scimus vos. Singulare exemplum communionis bonorum in Apoſtolica Eccleſia, non modò inter Eccleſiaſticos, ſed inter laicos etiam, de quo Act. 2. 43. ſeq. c. 4. 32. quod neque hodie Romanenſes ſequuntur, neque omnes vendebant bona ſua, neque omnia ſi volebant: *vid. an.*
neque Apoſtoli, quorum ſucceſſores Pontificii faciunt Epiſcopos, Diaconi 34 §1.
erant: Act. 6. 2. Neque tunc ſolus Petrus ſupremam illorum bonorum curam geſſit, ſeu inſpectionem habuit, neque Diaconos ſolus conſtituit. Simpliciſſima erat primitivæ Eccleſiæ vita in *Communi*, cujus exiguæ adhuc ſtricturæ radiant in communitatibus, ſeu *communibus menſis* Academiarum. Sic vixit Dominus Joh. 12. 6. c. 13. 29. at non quaſi proprii aliquid poſſederit, ſed ex collatitia ſtipe, ſicuti poſtea Eccleſiaſtici Miniſtri ex oblationibus vivebant. Ita teſtatur noſter Pſeud-Urbanus de ſuis tempp. Et Aug. ſer. 52. de hæred. ad Fratres, Statuebat aliquando clericatum auferre iis, qui nollent in communi vitam ſuſcipere. Tandem verò beneficia Eccleſiaſtica exorta ſunt, quando non modò prædia & certa vectigalia in Eccleſia fuerunt retenta, ſed etiam ea diviſa ſunt, & peculiaribus Miniſtris ſingulariter applicata. (e) Vitam & victum communem Monachi adhuc retinent, unde paupertatis votum ab Urbano introductum aliqui volunt: Alii à Baſilo. (f) At quæ iſthæc in maximis poſſeſſionibus & proprietatibus paupertas? quæ continentia? Cùm ergo, quærit Rouſſelius (g) in poteſtate Epiſcopi eſſent res Eccleſiæ ſuæ diœceſis, quæ partes in illas Romani Pontificis fuerunt?

l *Legem*

c) *vid. Zepperi polit. Eccl. p. 252.* (d) *Rouſſel. l. 5. c. 1. §. 12. confer. Myrral. hiſt. Eccl. l. 2. §. 2. n. 23.* (e) *vid. Ant. de Dom. l. 9. c. 3. § 11. ſeqq.* (f) *Polyd. l. 7. c. 2.* (g) *l. 5. c. 1. §. 24.*

Digitized by Google

An.233. *Legem de illis dividendis à Romana Sede proceſſiſſe oſtendit, atque ab eadem cohibitos aliquos, qui huic diviſioni fraudem facerent*: (ſed ſi alius hodie præter officium ſuum & jus legem præſcriberet?) *At in occidente tantùm* (belle! verè!) *ſed non quòd in oriente non eſſet ejus poteſtas* (ita loqui amat) *ſed in Primatum iſtarum Regionum arbitrio relinquebat* &c. (nolens volens.) Pergit canoniſta: *Quid vero, ſi neceſſaria fuit alienatio, an facienda non fuit, niſi cum venia ejuſdem Pontificis?* Et quidem Euſebius Hieroſ. Epiſcopus, & Acacius Amydæ civitatis res ſacras nullo authore diſtraxerunt, alter tempore famis, alter pro redemptione perſarum, etiam infidelium: ſed hæc alienatio maximè laudanda. Atque utinam Romanenſes Prælati hos imitarentur! Sanè ipſa Concilia de his bonis conſtituiſſe ac decreviſſe, loco allegato teſtatur, reſque eſt manifeſtiſſima. Habebant Epiſcopi in bona Eccleſiaſtica inſpectionem, ita tamen ut abſque reliqui Cleri conſcientia talia pertractare & decernere de iiſdem non poſſent: Hoſpin. de Templ. p. 477. item can. Apoſt. 41.

§. 4.) Ib. *Videntes ergo Sacerdotes ſummi* (ergo non eſt Papæ Rom. nomen proprium) *& alii, atque Levitæ, & reliqui fideles plus utilitatis poſſe afferre, ſi hæreditates & agros, quos vendebant, Eccleſiis, quibus præſidebant Epiſcopi, traderent* &c. *Eò quòd elegantiora* (inde) *poſſent miniſtrare fidelibus communem fidem ducentibus* &c. vid. 12. q. 1. videntes autem. & collect. Pariſ. T. 1. p. 293. ut Pii I. ſic & Urbani hæc Epiſtola de Prædiis Eccleſiæ h. e. Epiſcoporum loquitur, de territoriis, proventibus, atque reditibus: quæ tamen ob graves oppreſſiones & exilia locum habere minimè poterant: unde Laurentius Rom Eccleſiæ Diaconus, non theſauros, ſed multos claudos, atque alios miſeros apud Prudentium oſtendit. Prodit ergo impoſturam, quando parte Decretalis III. dicit: *Memoratis ergo augmentationibus ac cultibus, in tantum Eccleſiæ, quibus Epiſcopi præſident, creverunt, & tantis, maxima pars earum, abundant rebus, ut nullus ſit in eis, communem eligens vitam, indigens: ſed omnia neceſſaria ab Epiſcopo ſuiſque Miniſtris percipit.* En mera halcyonia & aurea tempora! Nimirum ingentia habuerunt granaria & annonæ magnam copiam. Hinc Polydorus (h) *Urbanus I. decrevit primus ut Sacerdotibus liceret prædia ac fundos, à cultoribus religionis oblatos, recipere, nihilque cuipiam privatum eſſet, ſed ad commune bonum &c. etſi paulatim hominum rapacitas & libido fecit, ut majore ex parte obliterata fuerint extrema decreti verba i. e. ad commune bonum &c. ut ſacerdotium nihil aliud quàm quaſtum, niſi hæreditatem ac dominium eſſe putent &c. cœpit deinde Romanus Pont. dives fieri* &c. (i) Atqui Apoſtoli menſis miniſtrare noluerunt. Ergo inſtitutum iſthoc Apoſtolicum non eſt, neque divinum.

§. 5.) Secunda Decretalis Pars: à quibus & in quos uſus res Eccl. diſpenſentur, & de invaſoribus earum: vid. c. 12. q. 1. c. Scimus vos. Et diſt. 69. c. quorum vices. Ita nimirùm derelicto ſermone Dei menſis nonniſi, Apoſto-

h) 16. c. 14. (*i*) *confer Novit. Mol. l. 3. c. 7. p. 311.*

Apoſtolorum ſucceſſores, Epiſcopi, miniſtrant. Atque utinam vel hoc ſaltem fideliter & bona fide agerent! Quid ferè aliud etiam primorum Pontificum decretales, quàm nugas ejuſmodi tractant. Nonne ergo ſacrilegii reatum incurrunt Epiſcopi, quando proventus Eccleſiarum ſuarum in egenos non diſpenſant: 12. q. 1. Res Eccleſiæ. Quòd ſi etiam ſucceſſores ſint Apoſtolorum Epiſcopi, certò omnes pares erunt, quoniam nullus inter Apoſtolos datur Monarcha. Adi omnino Hoſpin de Templ. p. 476. & 277. An. 233.

Ib. *Quòd ſi quis fecerit, poſt debita ultionis acrimoniam, quæ erga ſacrilegos jure promenda eſt, perpetua damnetur infamia, & carceri tradatur, aut exilio perpetuæ deportationis utatur.* Quis ſanæ mentis vel micam habet, qui ejuſmodi pœnas illis temporibus minimè conveniſſe non videat? Æquè bella his ſubjungitur ratio: *quoniam juxta Apoſtolum, tradere oportet hujuſmodi hominem Satanæ, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini.* En pœnarum & utriuſque gladii confuſionem! An ergo temporalis & contentioſa, ut vocant, poteſtas, vel Epiſcopis, vel Papæ à Chriſto conceſſa? Putant ſanè adverſarii, idque Ananiæ exemplo probare ſatagunt, ſed fruſtrà, ut vidimus ſuo loco. Quum bona Eccleſiæ fraudantur, non fides Eccleſiæ invaditur, ſed ſola externa, quorum cuſtos & vindex Magiſtratus fidelis eſſe debet. Sive venitne Chriſtus, ut ignem cœlitus mitteret, ſeu ut animas perderet?

§. 6.) Excutiendus hoc loco aliquantum Rouſſelius, is ergo l. 6. c. 1. §. 3. ita habet: *In primorum Pontificum Rom. epiſtolis nihil habetur de civilibus controverſiis apud Epiſcopos tractandis* (quare verò multa apud poſteriores habentur?) *ſed duntaxat de iis, quæ inter Sacerdotes & Clericos pro gradu ſuo, aut ex delictis illorum naſcebantur, neque etiam de rebus temporalibus quicquam ipſi conſtituerunt, niſi quatenus eſſent Deo ſacrata. Atque idem de omnibus ferè Conciliis veterum ſeculorum obſervare licet: imò tantopere abhorruerunt controverſias ſeculares antiqui Patres, ut vetuerint Clericos de rebus ſecularibus litigare.* At hic confundit Papas cum aliis diœceſibus, inſuper ea quoque ſpiritualibus annumerat, quæ verè temporalia. Verùm ex ejuſdem confeſſione adparet, poſteriora tempora fuiſſe corruptiora, & ferè noniſi ex Paparum nutu adminiſtrata. Mirum profectò quantopere fimbriam ſuam cum Maximo ſuo Sacerdote & Dictatore dilatârint Sacrifici ita ut nihil non ſub hoc prætextu attentârint, atque de facto tractârint. Hoc loco ſub communis & felicioris vitæ larva omnia bona ad ſe pertraxerunt, quæ deinceps ſolis ſibi reſervârunt, veris poſſeſſoribus ac pauperibus præteritis & derelictis. Sic altaris oblationes, quæ pauperum uſibus cedebant, in ſuos uſus contulerunt. (k)

§. 7.) Iterum Rouſſelius: (l) fatetur: *in priorum Pontificum Epiſtolis nihil reperiri, quibus in Laicos pronunciatum ſpecialiter.* At mox quod dedit aufert, dum inter Epiſcoporum accuſationes, & majora Eccleſiæ negotia,

l 2 quæ

k) *de Dom. l. 9. c. 1. §. 4.* (l) *l. 6. c. 7. §. 2.*

Digitized by Google

An. 233. quæ Romana Sedes ſibi reſervârit, *etiam prophana & in laicos ſtatuenda* comprehendit: addit: *quoniam ſalus omnium* (Epiſcopis Rom.) *cura fuit, omnis fidelium controverſias, quibus periclitarentur, quæque non facilè poſſent ab aliis diffiniri, non ſubterfugiſſe illos, dici poteſt: & quandoquidem potuerunt non ſolùm Laici, ſed etiam Epiſcopi ſedere in omnibus cauſis, ſic fieri potuit, ut Romani Epiſcopi promiſcuam juriſdictionem exercuerint, ſed arbitrariam ac voluntariam, uti alii Epiſcopi, quia executionem non habebant: nec ſub infidelibus, nec ſub Chriſtianis impp. quippe quorum legibus obnoxii erant.* Sub quibus ergo tandem? Quòd ſi verò arbitrariam juriſdictionem habuit, ergo tergiverſantes punire nequivit, & aliis Epiſcopis fuit, quia eandem quoque habuerunt. Convictus quaſi de ſuppoſitione, idem Rouſſelius (*m*) quærit de hoc Urbani decreto: *Quis* inquit, *hujus ſanctionis effectus eſſe poterat à Judice ſecreto fidelium?* Proinde rectè Molinæus (*n*) tales pœnas nulla ratione minari, vel infligere potuiſſe Epiſcopum Rom. probat, imò ne pacis quidem tempore, & nec ſub ipſis Impp. Chriſtianis, uſque quò Pipini & Caroli M. tempore temporalis Princeps factus. Aſt quid cum tali amphibio Eccleſia?

§. 8.) Tertia Decretalis pars: *Si quis ab Eccleſia jus poſſidendi avellere tentaverit.* Rectiùs verò patronus, tutor & defenſor Magiſtratus cenſetur. Nec injuriâ ad Venetorum exemplum, & improbant & vetant prudentes Magiſtratus immobilia Eccleſiaſticis legari, aut ab iiſdem emi.

Quarta pars de Cathedris Epiſcopalibus ſublimioribus in ipſorum Eccleſiis. Nimirum omnia jam ſplendida erant. Tu viciſſim confer quæ Blondellus de Epiſc. p. 239. ex Cæciliæ actis ad 22. Nov. nobis promit: *Latebat occultus in S. Martyrum monumentis Urbanus* &c. *vade* (inquit Cæcilia Valeriano, de Calliſti cœmiterio loquens) *ad tertium lapidem à civitate, via quæ dicitur Appia, ubi invenies pauperes &c. eis dices, Cæcilia miſit me ad vos, ut oſtendatis mihi S. ſenem Urbanum* &c. Gordianus cum Papæ precibus domum S. Cæciliæ vocavit ex ſuo nomine, ut in occulto ex illo tempore, ex quo illic peractum eſt baptiſma, fieret Eccleſia Dominica &c.

Pars V. *ut nullus communicet iis, quibus Epiſcopus non communicat. Valde tremenda eſt ſententia Epiſcopi, licet injuſtè liget aliquem, quod tamen ſummopere prævidere debet.* At brutum eſſe & inane fulmen injuſtam ſententiam, ipſius etiam Papæ, Veneti, Galli, Angli, Germani, Orientales quinetiam, rectè jam definierunt.

Pars VI. de iis, qui communem vitam ſuſceperunt. Libera itaq; res fuit neque ſolos Clericos, ſed & Laicos hoc loco intelligit. Communitatem itaque habemus Anabaptiſticam.

Ib. *Gravius puniuntur, qui votum fecerunt, aut fidem perceperunt, & votum non perfecerunt, aut in malis vitam finierunt, quam illi, qui vitam ſine voto finie-*

m) l. 6. c. 1. §. 12. (n) Novit. l. 3. c. 7.

Digitized by Google

finierunt, aut ſine fide mortui ſunt, & bona egerunt opera: Ἀθεολόγως! Quicquid abſque fide fit, peccatum eſt: Rom. 14. 23. An. 233.

Pars VII. de impoſitione manûs Epiſcopalis, ſeu de Confirmationis Sacramento. Id omnibus commendat, ut pleni efficiantur Chriſtiani, unde regenerationis vim illi tribuit. de conſecr. d. 5. c. omnes fideles.

§. 9.) Idem Papa loco ligneorum & vitreorum *vaſorum aurea & argentea* ordinavit: à quo tempore contrà Sacerdotes lignei facti ſunt. Ergo jam aureum fuerat ſeculum. *calix aureus.* Ita ſanè Cardinalis (*o*) Regnum Chriſti mundanum facit, auro & argento gliſcens atque abundans: cui inpr. tamen illa tempora reclamant. Ita Starav. *Eccleſia vaſa aurea & argentea* (cùm priùs lignea, aut vitrea fuiſſent) *eſſe voluit.* Sic Damaſus: *Fecit miniſteria ſacrata omnia argentea, & patenas argenteas 25. appoſuit.* vid. de conſecr. d. 1. vaſa. adde Polyd. l. 6. c. 12. Caſalium c. 34. Bonam liturg. l. 1. c. 25. §. 2. & 3. Dallæum de cultu Lat. l. 3. c. 8. Ita per opes Eccleſiæ Rom. luxus vires acquiſivit eundo. Zephyrinus proceſſerat à ligneis ad vitrea. hîc verò à vitreis ad argentea & aurea tranſiit, cùm tamen Petrus olim profiteretur, nec aurum ſe, nec argentum habere. *vid. an. 221. §. 4. & 102. §. 60. ad can Apoſt. 73.* (*p*) Sub calicis autem nomine etiam patena intelligi debet, qui tamen terminus diverſimodè accipitur, (*q*) eſt enim operculum calicis, item diſcus pro pane excipiendo, eſt etiam chriſmalis ad uſum baptiſmatis & confirmationis. Patenas magni ponderis, gemmiſque ornatas ſæpe memorat Anaſtaſius inter donaria Pontificum penſantes XXV. vel XXX. libras. Huc varia acceſſit ſuperſtitio, utpote calicis conſecratio, contrectatio, ablutio &c. vid. Hoſpin. de Templ. 465. luminaria &c. (*r*) At longè diutiùs vitrei calices durârunt: unde Caſalius c. 11. i. *Durârunt* (calices) *ex vitro ad Greg. Turonenſis ætatem.* Sic Hier. ad Ruſticum: *Nihil Exuperio ditius, qui corpus Domini vimineo caniſtro & ſanguinem portat in vitro.* Ita multa alia exempla apud allegatos auctores reperias, inpr. in ipſa Eccleſiaſtica hiſtoria; unde diſcas, alias Eccleſias Romanorum uſum non magnoperè obſervâſſe. Quæ ex V. T. de tabernaculo, ejus vaſis, ornamentis, donariis adducunt, hoc ipſo ſe Moſaicos eſſe produnt.

Idem c. 25. q. 1. Sunt quidam. *Sunt quidam dicentes Romano Pontifici ſemper licuiſſe novas condere leges, quod & nos non ſolùm negamus, ſed etiam valde affirmamus. Sciendum verò ſummopere eſt, quòd inde novas leges condere poteſt, unde Evangeliſta aliquid & Propheta nequaquam dixerunt. Ubi verò apertè Dominus, vel ejus Apoſtoli, & eos ſequentes S. Patres ſententialiter aliquid diffinierunt, ibi non novam legem Rom. Pontifex dare, ſed potiùs quod prædicatum eſt, uſque ad animam & ſanguinem confirmare debet. Si enim, quod docuerunt Apoſtoli & Prophetæ deſtruere* (quod abſit) *niteretur: non ſententiam dare, ſed magis errare convinceretur* &c. *Papa quas leges condere poſſit.* Ad hæc impuriſſimè ſcholia: *Videtur quòd Papa non poſſit diſpenſare contra Apoſtolum, vel Dominum,*

o) §. 2. *Spond.* §. 2. (*p*) *vide Rolevinc. fol.* 44. (*q*) *Bona. l. all.* (*r*) *Dalla. l. c. l.* 8 *c.* 32.

An. 233. *qualiter igitur Martinus diſpenſavit cum bigamo contra Apoſtolum &c. item contra Dominum diſpenſavit, qui dixit, Vovete & reddite: & tamen abſolvit à juramento & voto* &c. Reſpondet ſibi: *Satis poteſt ſuſtineri, quòd Papa Apoſtolum diſpenſat, non tamen in his, quæ pertinent ad articulos fidei: eodem modò diſpenſat in Evangelio, interpretando ipſum* (ſcil. pro lubidine, aliàs diſpenſatio dici non poſſet) &c. Ita Stephanus V. cum cœteris Conſtitutiones Pontificum omnibus neceſſariò obſervandas abſolutè decrevit. At Apoſtolus: *Si vel nos, vel Angelus è cœlo &c.* Apoſtoli itaque ſequendi ſunt, & taliter errans Papa deponendus & puniendus. Soli Apoſtoli fundamentum dicti, non item illorum ſucceſſores. (*s*)

Tributum ſolvere Eccleſiam idem Urbanus apud Grat. c. 23. q. 8. c. tributum. docet.

Idem d. 60. c. nullus in Epiſcopum. *Nullus in Epiſcopum eligatur, niſi in S. Ordinibus religiosè vivens. Sacros autem Ordines dicimus diaconatum & presbyteratum. Hos ſiquidem ſolos* (*N.B.*) *primitiva legitur habuiſſe Eccleſia.* Quid igitur ſentiendum de Cardinalibus, Monachis, Canonicis, & Minoribus Ordd.

Pontianus fit P.: §. 10.) Urbano ſucceſſit Pontianus, Romanus. Anno 232. Damaſo & Coſtero. Anno 236. Euſebio. Anno 245. Platinæ. ordine 17. al. 19. aliis 20.

Origenis verſiones. De Origenis Tetraplis, Hexaplis, Octaplis, de LXX. ut & Vulgata Verſione copiosè Baronius ad an. 231. à §. 1. Spond. ad hunc an. à §. 3. de N. T. editione Latina Spond. §. 5. Bar. ad an. 231. §. 51. Huetium in Orig. l. 1. c. 3. §. 3.-7. inpr. l. 3. p. 255. Alting. in Theol. hiſtorica, alii ſexcenti. Quando ſcripta laudatus Huet. l. 3. c. 4. §. 2. Tetrapla autem primùm, poſt Hexapla, & tandem Octapla concinnavit. (*t*) Tetrapla Aquilæ, Symmachi, LXX. & Theodotionis verſiones, per quatuor diſtributas columnas uno volumine edidit. (*u*) In Hexaplis quatuor enumeratis proximè adjungunt alii Textum Hebræum, hebraicis literis, & Textum Hebræum Græcis literis. Alii verò immediatè Tetraplis adjunctas fuiſſe duas editiones Græcas Hierichuntis & Nicopoli inventas: adeóque tertio loco Octapla compoſitas. Ex his ſola LXX. nobis ſupereſt, & fortaſſis neque hæc, ut docti nonnulli volunt. Laudantur & Heſychii, Luciani Martyris, & Origenis, quas tamen emendationes ſolùm fuiſſe, Hier. præf. ad Paralip. non obſcurè docet. Latinæ editiones initio plurimæ, imò innumeræ fuere, teſte Aug. l. 2. doctr. Chriſt. c. 11. unoquoque pro libitu interpretandi partes ex Græco ſibi ſumente, quas inter una communior, Vetus & Itala dicta, quam Auguſtinus reliquis omnibus antepoſuit, utpote verbis aſtrictiorem, ſententiis magis perſpi-

s) *Libert. Gall. T. 1. p. 553. inpr. T. 2. 260.* (*t*) *vid. Bellar. l. 2. de Verbo D. c. 5.* (*u*) *vid. Euſ. l. l. 6. c. 12.*

perſpicuam. Secunda fuit Communis & Vulgata, quòd ex plurimis eſſet receptior. Tertia fuit duplex Hieronymi, quidpe V. T. vertit primò ex Hebræo, deinde ex Græca editione τ̃ LXX. Novum autem Teſt. non vertit, ſed verſionem veterem Latinam emendavit: vid. Hier. l. 2. cont. Ruf. & præf. ejuſdem in Evang. De Vulgata L. liberè Sixt. Sen. Bibliothecarius Pii V. *Vulgata*, inquit, *noſtra editio, quæ Hieronymi eſſe dicitur, in multis à Græca veritate diſtat.* Jam ante ſuam ætatem S. Scripturam in variarum gentium linguas converſam fuiſſe teſtatur Hier in Eccleſ. Auguſt. l. 15. C. D. c. 13. inpr. Theodor. ſer. 50. contra Græcos, ubi dicit, nullam tum gentem fuiſſe, quæ non Scripturam in ſua lingua lectitârit. Siniſtrè ergo judicat Bellarminus, qui vult primis ſeculis Verbum Dei tribus tantùm linguis, Hebr. Gr. Latina lectum fuiſſe.

An. 233.

§. 11.) Poſtquam igitur Origenes Alexandriâ Cæſaream Palæſtinæ profugit, ac in Tyri ſeceſſu has verſiones ſuas adornavit, penè infinitos undique adventantes diſcipulos habuit & inſtituit, duos inpr. inſignes fratres, gentilibus parentibus genitos, *Theodorum*, qui poſtea *Gregorius*, & ob facinora præclara *Magnus*, ob miracula *Thaumaturgus* dictus, in patria Neo-Cæſareæ Epiſcopus factus (x) & *Athenodorum* (y) qui poſtea martyrio ſublatus: alium inſuper ſcil. *Firmilianum*, ſimiliter poſtea in patria Cæſareæ Capadociæ Epiſcopum. Porrò verò adparitionem Johannis Apoſtoli, ac B. Virginis Mariæ Gregorio Neocæſ. factam Sculretus in Medulla Patrùm, & Riverus in Crit. S. l. 3. c. 23. meritò ſomnium ſomniorum vocant, adeoque Gregorii Nyſſeni orationem (z) de vita Gregorii, miraculorum opificis, ſuppoſitam probant. Illius Suidas non meminit: Bellarminus ſuſpicatur non eſſe Cæſareenſis, & aliam ab eo, cujus meminit Baſilius Ep 64. Neque juvat Baronium (a) SS. Trinitatis ſymbolum ſeu confeſſionem, à Johanne, Gregorio Neocæſ. revelatam, ab aliis quoque allegatam & receptam, quandoquidem S. Scripturæ ſive veritati de S. Trinitate contraria non eſt. Neque opus habet ſpeciali revelatione, cùm planiſſimè de his pleniſſiméque S. Scriptura agat, nihílque aliud unquam orthodoxi crediderint. Ecquidni Evangelium Johañis intelligas hoc loco, non verò ſingularem ejus apparitionem? Gregorium Neocæſ. utpote ex gentili Chriſtianum factum, nimium Sanctorum cultorem fuiſſe vide apud River. oper. T. 3. de Virgine Maria l. 2. c. 12. Nyſſenum autem invocationem eorundum in Eccleſiam publicè invexiſſe vide apud Chemnit. Concil. Trid. p. 632. b. & 634. a. Cham. T. 2. l. 8. c. 7. §. 21-26. & l. 19. c. 5. §. 10. Ipſe Bar. ad an. 266 §. 21. dubitatum eſſe à Patrib. an Expoſitio fidei Gregorii ſit, ex Leontio Scholaſtico docet, neque obeſt, quòd

Greg. Neocaſ. ſeu Thaumat.

x) *Socr. l. 4. c. 22.* (y) *Euſ. l. 6. c. 30. & l. 7. c. 28.* (z) *extat in oper. Nyſſ. p. 386. ed. Baſ.* (a) *à §. 17. Spond. §. 8.*

An.233. quòd affirmat Baſilius M. quandoquidem imponi illi facilè potuit, vel unum loco alterius intellexit. Plura Rivet. Crit. S. l. 2. c. 16.

§. 12.) Vocatum Greg. *Neocæſ.* à vicina Sedis ſuæ civitate Pontica Comana, ut Epiſcopum ei præficeret, & cùm inter cives non conveniret, qui ordinandus eſſet, Alexandrum quendam Carbonarium, quem cives deriſui haberent, à quodam per jocum propoſitum, à Gregorio eruditiſſimum eſſe delectum, eidem Comanæ civitati, communi omnium, poſt rem cognitam, accedente ſuffragio, Epiſcopum præfeciſſe atque ordinâſſe, fatetur Cardinalis. (*b*) Unde ſanè antiquam eligendi & ordinandi conſuetudinem ac libertatem perſpicias. Sic ipſe Greg. Thaumat. à Phœdino Amaſeno Epiſcopo vocatus & ordinatus: uti de utroque Nyſſenus in vita Gregorii teſtatur. Ubi verò hîc requiſitus Papa R.? Hujus Alexandri memoria extat de 11. Aug.

b) à §. 23. Spond. §. 9.

An.234.

JESU CHRISTI *Annus* 234.
ALEXANDRI *Imp. Annus* II.

Demetrius Alex. moritur.

§. 1.) Pontiani P. an. 2. Coſſ. Lupus & Maximus. *Demetrius* Epiſc. Alex. 4 annis, moritur; ſumma is fide & zelo Evangelium docuit & propagavit, celebrémque Academiam Alexandrinam aut Chriſto aperuit, aut rectiùs conſtituit. (*a*) Idem, ut ſuprà vidimus, primùm Origenem ſcholæ Eccleſiaſticæ ſeu Catecheſi præfecit, poſtea ejus gloriæ invidit. De hoc Eutychius: (*b*) *Demetrius primus Patriarcharum Epiſcopos in Ægypti ditione ordinavit. Scripſit hic Demetrius ad Gabium Epiſcopum Hieroſ. ad Maximum Antioch. & Victorem Rom.* (en ultimo loco) *de ratione computi Paſchalis, & jejunii Chriſtianorum, & quomodo à Paſchate Judæorum deducatur; de qua re multos exarârunt libros & epiſtolas, donec eo, qui jam obſervatur, modo Paſcha conſtituerent* &c. Nimirum controverſiam inter Eccleſiam Rom. & Aſianam, vel Occid. & Orient. inpr. tempore Victoris intelligit. De Epiſcoporum Ægypti Origine ita Regenvolſc. (*c*) ex Hier. Epiſt. ad Evagr. (*d*) *Hactenus Alexandria à Marco uſque ad Heraclam & Dionyſium* (Demetrii ſucceſſores) *Epiſcopos Presbyteri, ſemper unum ex ſe electum Epiſcopum nominabant.* De eodem Blondellus: (*e*) *Ab Aniano* (Marci ſucceſſore) *uſque in Demetrii tempora nullum in Ægypti provinciis Epiſcopum fuiſſe, à Demetrio tres diœceſi tota conſtitutas, quorum poſtea ab Heracla ad XX. numerus auctus;* *poſt*

vid. an. 248. §. 1.

a) Euſ. l. 5. c. 21. Gr. κβ. & l. 6. c. 20. Gr. κς. (b) p. 363. (c) p. 274 (d) & Polyd. inv. l. 4. c. 6. (e) de Epiſc. præf. p. 20.

Digitized by Google

poſt annum denique 314. primum de presbyteris inſtitutum, ut ſcil. Patriarchas ex Presbyteris duodecem crearent, ſub Alexandro deſiiſſe auctor Eutychius, ex quo item habemus, Alexandrum, ne deinceps Patriarcham Presbyteri crearent, vetuiſſe, imò ut mortuo Patriarchâ convenirent Epiſcopi, qui Patriarcham ordinarent, eúmque vacante Patriarchatu, ſive ex quacunque regione, ſive ex 12. illis Presbyteris, ſive aliis eligerent, decreviſſe. Ergo ſanè ibi Presbyteri elegerunt & ordinârunt: vid. Hier. Ep. 85. An. 234

§. 2.) Demetrio ſuccedit *Heraclas*, Origenis primùm diſcipulus, & ejusdem poſtea in eadem ſchola ſocius, qui demum Origene in palæſtinam fugiente, integrum docendi munus ſuſcepit: ibidem tandem Epiſcopus factus, quem mortuum alius Origenis diſcipulus *Dionyſius* excepit. Euſ. l. 6. c. x. de Heracla jam Presbytero teſtatur, eum ad tempus in vulgari & communi veſte perduràſſe, poſtea philoſophicum apparatum ſibi aſſumpſiſſe, libros etiam gentilium ſtudiosè evolviſſe. Itaque non fuit regula, ſeu neceſſitas quòd veſtem mutavit. *Succedit Heraclas.* *vid. an. 216. §. 3.*

Ammonios duos faciunt Philoſphum Chriſtianum Alexandriæ, Origenis præceptorem: alium Origenis diſcipulum, qui cùm ad Epiſcopatum Eccleſiæ Alexandrinæ vocaretur, aurem ſibi abſcidit: de quo in Tripart. ut & in vitis Patrum. His alium addunt Alexandrinum Martyrem ſub Diocletiano. Annon fortè confunduntur horum ſcripta apud Friſium, Tirin. alios. Confer Hieron. Vir valde fuit eruditus Ammonius Philoſophus & apprimè in Philoſophia verſatus, de quo conſulatur Euſ. l. 3. c. 13. De hoc mentitum putant aliqui Porphyrium in vita Plotini, quòd eum à fide Chriſtiana defeciſſe dicit: at hoc non quidem de Philoſopho, ſed de Epiſcopo Eutychius (f) ita habet: *Heraclas ob Ammonium Epiſcopum, religioniſque deſertorem, Epiſcoporum ſynodum congregâſſe fertur, quâ eum ad veritatem reduxerit.* Philoſophi auditor per XI. annos fuit Plotinus Gentilis. Celebratur hicce Ammonius commentorio de Moſis & Jeſu conſonantia: ſeu Harmonia Evangelica, quæ non confundenda cum Diateſſaro Tatiani: de qua ad an. 174. §. 1. De eodem Ammonio Bellar. p. 57. & exinde Gerh. 256. Miratur Baronius quî audire Ammonium Origenes potuerit, Ammonio ferè ætate ſuppar, & aliorum ipſe inſtitutioni ante annum æt. 30. præfectus. Ad quæ doctè Huet. in Orig. l. 1. c. 1. §. 6. *Quaſi non his ſæpe temporibus jam [illegible] viri ſcholas frequentârint, & hujus ipſius Ammonii diſcipulus [illegible] eum audiendum annos 28: natus non acceſſerit, [illegible] catechumenis fidei Chriſtianæ rudimenta [illegible] profiteri non potuerit [illegible] ipſe ſucc[illegible] Ammonium temp[illegible] ſtimonium poteſt d[illegible]* *Ammonius.*

f) p. 332.

An.234. De Antichriſto. §. 3.) Meminit Hieronymus in Catal. Judæi cujuſpiam, qui de LXX. hebdomadibus Danielis plenè diſputavit hoc ſeculo, & chronologiam conſcripſit uſque ad an. 10. Severi, in quad id eum erraſſe notat Hieronymus, quòd adventum Antichriſti circa ſua tempora futurum dixerit, quanquam in eo non omnino fuerit hallucinatus, cùm jam myſterium iniquitatis orſum tempore Pauli: 2. Theſſ. 2.

An.235.

JESU CHRISTI *Annus* 235.
ALEXANDRI *Imp. Annus* 12.

Pontiani P. an. 3. Coſſ. Maximus & Paternus.

An.236.

JESU CHRISTI *Annus* 236.
ALEXANDRI *Imp. Annus* 13.

Pontiani P. an. 4. Coſſ. Maximus & Urbanus.

An.237.

JESU CHRISTI *Annus* 237.
MAXIMINI *Imp. Annus* 1.

Pontianus perit. §. 1.) Pontiani P. an. 5. Coſſ. Severus & Quinctianus. Sicut Urbanus & cœteri anteceſſores ejus non modò vexati, indeſinenter ſed & violenter tandem ſublati fuerunt, ita & *Pontianus* mandato Imperatoris in inſulam Sardiniam deportatus, cum Philippo, al. Hippolyto Presbytero, ac fuſtibus verberatus martyrium conſummavit: vid. Martyrol. R. d. 19. Nov. Balæo ſedit an. 4. Euſebio in chron. an. 5. Coſtero an. 5. m. 5. d. 2. Hermanno an. 6. Carranzæ & Starav. an. 9. m. 5. Platinæ & Damaſo an. 9. m. 5. d. 2. Pariſinis an. 4. m. 4. d. 25. Electus juxta Catalogum Ant. Auguſtini, qui corpori Juris Canonici recentiori præfigi ſolet, anno 231. cui Anterus anno 236. ſuffectus. A Maximino Imp. deportatum Pontianum Baronio, Spond. Starav. placet, at ab Alexandro factum vult Martyrologium cum Damaſo. Fecit ordinationes duas per menſem Dec. Presbyteros 6. Diaconos 5. Epiſcopos 6. Ejus corpus Romam cum magna veneratione, ac totius Cleri ſupplicationibus relatum à Fabiano P. & in cœmiterio Calliſti collocatum ajunt. Unde nulla fideles Rom. habuiſſe halcyonia, adeoque mendacem Urbani I. Decreta-

lem

Digitized by Google

lem eſſe facilè adparet: quare etiam Mammea mater Imperatoris, deſciviſſe à priſtina illa optima morum inſtitutione Annaliſtæ videtur. An. 237.

§. 2.) Duæ Decretales Pontiano affinguntur, quas T. 1. Conc. p. 349. ed. Ven. & 297. ed. Pariſ. habes. Has rationibus apertis & firmis rejiciunt Blond. in Pſeudiſ. præf. p. 66. & in tr. à p. 271. Cocus p. 66. Prior ad Felicem Succribonum data, de honore, quo Sacerdotes proſequendi: adeoque eaſdem cum præcedd. nugas agit, eodem charactere, & locis malè applicatis: nulla ratione habita perſequutionum, calamitatum, afflictionum, in fide & vita periclitantium, ſeductorum, convertendorum & ſimilium. Inter alia: *Si peccaverint in* (Sacerdotes) *à reliquis arguantur Sacerdotibus: ſed à Summis Pontificibus conſtringantur, & non à ſecularibus, aut malæ vitæ hominibus arguantur vel arceantur.* Quaſi verò tunc à ſeculari poteſtate eximere ſe potuerint? Si & alii Summi Pontifices, quî ergo ſolum Papam ita hodie dicunt? Rectè nonniſi Epiſcopum in ſubſcriptione ſe nominat. Hic Pont. ſtatuit, ait Starav. *ut Sacerdos ante celebrationem Miſſæ præmitteret Confiteor, propterque eminentiam dignitatis ſuæ non poſſet accuſari à ſceleratis, infamibus, inimicis, aut alterius religionis hominibus, ſed à ſolis Sacerdotibus & Epiſcopis.* En immunitatem, à qua tamen nec ipſe Pontianus liber fuit! *prior ejus decretalis.*

Altera epiſtola ad omnes in genere, de fraterna dilectione & vitandis malis. In ea multa dicta ἀδιακρίτως coacervat, ac ferè nudus textus eſt malè contextus. Inter cœtera: Non exiet impunitus. Ne libenter labi poſſint, pro facilè. *Altera.*

Sub hoc Cardinales cœpiſſe volunt aliqui, imò CCXXXVI. Sacerdotes Cardinales fuiſſe. nugæ! φλυαρίαι! *Cardinales.*

Poſt Pontianum aliqui Papam *Cyriacum*, natione Britannum ponunt, cui aſſignant annos 2. m. 3. d. 13. hos inter Nauclerus, Bergomenſis: Henricus de Erfordia: Martinus Polonus ad an. 238. ubi ait: Creditum fuiſſe à Cardinalibus, quòd non propter devotionem, ſed propter oblectamenta Virginum Papatum dimiſerit. Seu quòd invito Clero epiſcopatum reliquerit, & cum exercitu virginum, ad martyrium coloniam profectus: vid. cent. Magdeb. 3. c. 10. Oſiander epit. hiſt. Eccl. c. 3. l. 2. c. 8. Hunc tamen Euſebius, Platina, Baronius &c. non attingunt. In medio igitur relinquamus & dicamus cum illis, quòd *Cyriacus P.*

Pontiano *Anterus* ſucceſſerit Græcus, patre Romulo. Anno 236. Onuphrio 237. Bar. 238. Star. 239. Carranzæ, aliis eſt num 18. al. 20. al. 21. *Anterus P.*

§. 3.) Milites laxiori diſciplina in Gallia corrupti, rebúsque ab Alexandro in Germania non adeò feliciter geſtis, *Maximinum Thracem* ſibi ducem eligunt, qui ipſum cum matre Mammea, & familiaribus omnibus ad 4000. in vico Sicklingen/ prope Moguntiam, interficit. Calviſius ad an. 235. ponit. De hoc Chytræus (a) ita refert: Plurimis inſignibus & utiliſſimis virtutum exem- *Alexandro Imp. ſuccedit Maximinus.*

m 2

a) *in Chronol.*

Digitized by Google

An. 237. exemplis conferta & lectu digniſſima eſt Alexandri Severi Imp. vita, quam à Dione vix incoatam, Ælius Lampridius (qui Conſtantini Imp. tempore vixit) luculentiſſimè explicavit. Inter plur. alia de eo Lampridius: *In Templis nunquam præter 4. aut 5. argenti libras, auri ne guttulam quidem, aut bracteolam poſuit, ſuſurrans verſum Perſii: In Sanctis quid facit aurum?* At quid hodie apud Latinos?

Idem docet, quomodo tunc temporis Chriſtiani Miniſtros ſuos & Epiſcopos elegerint: ubi aliquos, inquit, voluiſſet vel rectores Provinciis dare, vel Præpoſitos facere, vel Procuratores, nomina eorum proponebat, hortans populum, ut ſi quis quid haberet criminis, probaret manifeſtis rebus, ſi non probâſſet, ſubiret pœnam capitis. Dicebâtque grave eſſe, cùm id Chriſtiani & Judæi facerent in prædicandis Sacerdotibus, qui ordinandi ſunt &c. (*b*) Bubulcus fuit Maximinus in juventute, pôſt eques, homo ingentis ſtaturæ, crudelis & cædis avidiſſimus, omnes conſcios ſuæ ignobilitatis primo ſtatim anno interfecit. Inter cœteros autem quos ferino ritu vexare aggreſſus eſt, Chriſtiani potiſſimi fuere, quos cùm eſſe fuiſſet paſſus Alexander, funditus delere Maximus optavit. Bellum atrox itaque Eccleſiæ infertur, neglectóque Chriſtianorum vulgo, Sacerdotes morti ac ſupplicio deſtinantur: inpr. verò Origenis cauſâ fuiſſe ſuſceptum Huet. in Orig. l. 1. c. 3. §. 1. ex Oroſio, Beda, Freculpho & Mariano Scoto docet. *Vexationem* ſeu *perſecutionem*, in ipſo etiam Oriente motam, Oroſius & Auguſt. *ſextam* vocant. Publico edicto tempore Pontiani à Maximino publicatum Staravolſcius ait. Aliis VII. dicitur. (*c*) Eam tamen alii omittunt, quòd Imperator paſtores tantùm Eccleſiarum fuerit inſectatus. (*d*) Maximo autem crudelius in terris animal nullum fuiſſe Capitolinus teſtatur, unde cycoples; Buſiris, Sciron, Phalaris, Typhon, & Gyges vocatus. De eodem Eutychius (*e*) *Maximus magnarum Chriſtianis calamitatum & triſtitiæ diuturnæ author fuit.* Chriſtianorum ſtrage edita, hominibúsque ad idolorum cultum prolapſis, & Epiſcopis non paucis è medio ſublatis, quos inter Babyla Patriarcha Antiochenus, Narciſſus Hieroſ. fugâ prolapſus *Dium* ſucceſſorem habuit: vid. Hoſpin. ad 29. Oct. Euſebius l. 6. c. 28. ait Maximinum τὺς ἐκκλησιῶν ἄρχοντας μόνυς, ſolos Eccleſiarum præſides perſecutum, ubi præcipuè Presbyteros intelligi oportet. Unde Ambroſio & Protectro Cæſareenſis Parœciæ Presbytero, de Martyrio tractatum inſcripſit Origenes, ὅτι ἄμφω περίστασις ὐχ ἡ τυχῦσα ἐν τῷ διωγμῷ κατειλήφει, quia utrunque non levis in perſecutione neceſſitas contigerat. Argumento manifeſto Presbyteros inter præcipuos Eccleſiarum ἄρχοντας habitos. (*f*)

9. *Urſula & 11000. Virgg.* §. 4.) *Non audiendi*, inquit Bar. (*g*) *penitus quidam recentiores, qui ut puto,*

b) *Bulling. de Epiſc. p. 99.* (*c*) *Alſt. chron. c. 37.* (*d*) *vid. Bar. ad Martyrol. R. 3. Ian. Kortholt. 257. 261, 271. ſeq.* (*e*) *385.* (*f*) *Blondel. de Ep. 201.* (*g*) *§. 11. Spond. §. 6.*

Digitized by Google

puto, ex commentitiis actis SS. Urſulæ & ſociarum, poſt Pontianum introducunt Cyriacum quendam, cujus nulla prorſus extat mentio in ſerie Rom. Pontificum &c. Eam gratiam Legendis Sanctorum debemus, in quibus fabula iſthæc copioſiſſimè deſcripta: vid. Martyrol. Rom. ad 21. Oct. & Bar. ad illud: præcipue Jac. de Vorag. cap. 153. Urſula autem filia Regis Britanniæ fingitur, cum 11000. virginibus ex inſulis borealibus, & vicino littore Germanico collectis, & à ſe ad fidem Chriſti converſis, navigâſſe in Galliam, & per Rhenum Baſileam uſque. Deinde Romam profectam, Baſileam rediiſſe, & inde per Rhenum deſcendentem Coloniam perveniſſe, ubi ab Hunnis crudeliter, unà cum 11000. Virg. trucidata ſit. De tempore ſcriptores variant, inde ad aliam quàm Maximini ætatem referunt, quia ſub ſæviſſimis illis perſecutionum procellis fieri non potuerit, ut religionis causâ illæ Romam tenderent, ſalvæq; dimitterentur, quando potiùs in cryptis & abditis latitandum fuit. (BaſileaS. p. 21.) quidam hunc, alii 300. alii 450. annum ponunt. Sanè nulli tum reges erant in Anglia, ſi borealis fortè inſulæ Regulos exceperis, qui Gentiles fuere. Novit. Mol. l. 7. c. 5. Prolixè verò Hoſpin. ad 21. Oct. An. 237.

§. 5.) Pergit Annaliſta: (*h*) *Quod ad reliquos ſub Maximino martyres, confuſos eſſe plerosque, nec ſatis diſtinctos invenimus* &c. Rectiſſimè, atque utinam eodem candore in cunctis! Hinc *Catharina* primo loco occurrit, Virgo Alexandrina, artibus Philoſophicis à teneris exculta, & deinde ſtudio doctrinæ cœleſtis dedita, cum Maximinum, cogentem Ægyptios ad Ethnica ſacra palàm arguiſſet, primùm carceri incluſa fertur, deinde ad diſputationem cum 50. Grammaticis & Rhetoribus educta omnes vicit, & ad fidem Chriſti convertit, quos omnes tyrannus ſtatim trucidavit: rotam, cui Catharina imponenda erat, fulmen disjecit, quare gladio decollata. Ferreus & plus quàm plumbeus Longob. hiſtoriæ compilator cap. 167. ad Maxenti tempora eandem refert. Corpus dicitur, ab Angelis in montem Sina delatum eſſe. At hæc narratio apud veteres nuſpiam extat. Et hîc aliam iterum fingit Lombardus c. 209. Catharinam. Quâ devotione ergo & fiducia preces ad illam fundi, ejus feſtum celebrari, atque Divæ & Mediatricis vice haberi putabis. (*i*) Non minori errore alia numina ficta colere ſolent. (*k*) *Catharina.*

h) §. 14. (*i*) *vid. Chemnit. Conc. Trid. p.* 588. *a.* 589. *b.* 591. *a.* 593. *b.* (*k*) *idem* 575. *a.*

 JESU

An.238.

JESU CHRISTI *Annus* 238.
MAXIMINI *Imp. Annus* 2.

Anterus. P. tollitur. §. 1.) Coſſ. Maximinus Aug. & Julius Africanus. Capite mutilatus Anterus P. cùm vix menſem in Pontificatu egiſſet, ut Euſebius tum in chron. tum in hiſt. Eccl. docet: cui concordat liber de Rom. Pontiff. ait Bar. in eo quòd eoſdem Coſſ. habet. Aliàs apertè Antero Damaſus annos 12. m. 1. d. 12. tribuit. Annos 11. m. 1. d. 12. Platina. Annos 3. Naucl. & Carranza, qui addit, *hujus Papæ inexplicabilem ferè eſſe annorum differentiam.* Staravolſcio in indice ſedit an. 1. addit: Alii dicunt, quòd ſedit an. 11. Coſtero m. 1. d. 14. Collectoribus Pariſ. vix menſem unum ſedit. Mortuus anno 237. juxta Damaſum, juxta Carranzam 242. &c. Sepultus in cœmiterio Calixti, viâ Appiâ. Unum nonniſi Epiſcopum ordinâſſe, in Civitate Fundis Campaniæ, ajunt Damaſus & Platina. Ejus memoria ad 3. Jan. celebratur. Cauſam martyrii afferunt, quia ut Clemens VII. Notarios conſtituit, qui geſta martyrum ſcriberent, ita hic VII. addiderit Subdiaconos, ut idem facerent, adeoque accuratiùs omnia perficerentur; & quia Notariorum notas, quibus acta conſignârunt, non quivis legere poterat, ideo hi Subdiaconi verbotim omnia exprimerent. Pecunia autem à Gentilibus Excerptoribus redemta ea martyrum acta, quæ intra cancellos, obducto velo, à judicibus martyres interrogati, unde capitis diminutionem ſibi accerſiverit Anterus. At ſimpliciter de hoc Damaſus: *Hic geſta martyrum diligenter à Notariis exquiſivit & in Eccleſia recondidit.* Et Platina: *PRIMUS ſtatuit, ut res geſtæ martyrum diligenter exquiſitæ à Notariis ſcriberentur; conſcriptas recondi in ærario Eccleſiæ mandavit, propter Maximum quendam, qui martyrio coronatus eſt, ne unà cum vita bene agentium memoria aboleretur.* At verò Damaſus Maximum non martyrem facit, ſed præfectum urbis, à quo Anterus martyr fuerit effectus. Confer Proem. Bar. in Martyrol. c. 1. p. 7. Ita omnia in Legendis dubia. Atque ſic etiam notæ cadunt, quæ apud Spond. ad hunc an. §. 2. in editione poſtrema habentur de Notariis hiſce. Quâ itaque fide pleraque martyrum acta ſint conſignata, doctiſſimorum voces & querelæ teſtantur, ita quidem ut conſultiùs longè fuiſſet, ſi æterno ſilentio pleraque ſuppreſſa & obliterata fuiſſent. Hinc Cranzius etiam: *utinam res geſtæ martyrum diligentiùs conſcriptæ legerentur!* Rectiùs autem, meo judicio, non ad Clementem, ſed ad Anterum ea conſcribendi initium ſeu inſtitutum alii referunt, quid enim in Clemente, ejúſque temporibus non incertum? Imò quid certi in Antero?

§. 2.)

Digitized by Google

§. 2.) Anterum rogatum ab Epiſcopis Beticæ & Toletanæ provinciæ, An. 238.
Decretalem ad eoſdem reſcripſiſſe ajunt de mutatione ſeu translatione Epiſcoporum ex una civitate in aliam. At tu cogita, ſi non unum ſedit menſem, quomodo fieri iſthoc potuerit? Quòd ſi XII. annos imperavit, ecquî nonniſi unum ordinavit Epiſcopum, & quidem Fundis in Campania? Illam vid. T. 1. Conc. p. 351. ed. Crabbi, & 306. ed Par. Eandem coloribus ſuis exprimunt Blondel. in Pſeudiſ. præf. p. 66. & in tract. à p. 278. Cocus à p. 66. Nihil ferè aliud, quàm nudum Scripturæ textum, eúmque infeliciter & ſine judicio adhibitum continet. *Euſebii* meminit Alexandrini Epiſcopi, & *Felicis* Epheſini, qui ne nati tum fuerunt, ſiquidem poſtea demum ſeculo altero vixerunt. Anteri tempore Alexandriæ fuiſſe Epiſcopum, ex Euſ. l. 6. c. 28. & 29. apparet. Idem l. 7. c. 32. narrat quidem Euſebium ex Alexandria Laodiceam veniſſe: ſed nec iſte Euſebius Alexandriæ Epiſcopus fuit, nec id factum eſt Anteri, ſed Gaii tempore, aut paulò ante. (a)

Ejus decretalis.

§. 3.) Cœpiſſe Epiſcopos ad alios Epiſcopatus transferri Staravolſcius ad Anterum notat, at Calliſtus I. jam ſcripſerat ejuſmodi mutationes fieri poſſe. Si Ughelli Italiam percurras Sacram, ipſi etiam Sedium fundatores variis ſæpe Eccleſiis adſcribuntur, id quod tamen Romanenſes nonniſi translationibus tribuunt. At aliter nos. Inde factum aimus, non quòd variis in locis ſederint ſeu Epiſcopi fuerint, quales illi nobis obtrudunt, ſed quòd fortè ibi ad tempus docuerint, Eccleſiam Chriſto plantârint, & doctores ordinarint. Fucum facit Rouſſelius, quando (b) de Epiſcoporum translatione agens, hanc atque alias ejuſdem farinæ Decretales adducit; rectè tamen libertatem Eccleſiarum in eo agnoſcit, quòd antiquitus plures (imò quæ non?) factas translationes abſque Romani Epiſcopi auctoritate affirmat, tandem verò Pontificem Rom. effeciſſe, ut à ſe translationum licentia penderet. At quid Romanos hos bombos curârunt Græci? Unde in Niceno Concilio can. 15. tranſiens non ad Papam dirigitur, nec ſua privabatur Eccleſia, ſed ad eam redire cogebatur, quod & in Chalced. Concilio confirmatum can. 5. & 10. Tandem latiùs ſerpente malo Græci utriuſque loci privationem obſervârunt, unde Doſitheus, quod Procurante quidem Imperatore, ſed abſque ſacerdotum conſilio è Sede Hieroſ. ad Conſtantinop. tranſiiſſet, utroque decidit, ut habet Nicetas l. 2. in Iſaacio Angelo, qui circa finem XII. ſeculi regnavit. Ecquid hîc Papa? Ita neque quicquam de eodem apud Anterum, cùm ait: *Felix de civitate, qua ordinatus erat, electione civium, propter doctrinam & bonam vitam, quam habebat, communi Epiſcoporum, & reliquorum ſacerdotum ac populorum conſilio, translatus eſt Epheſum.* En antiquam libertatem! Neque verò Romani Pontificis, ſed Epiſcoporum ipſorum, poſtea etiam Metropolitarum fuerat regulare electiones tales, diſcutere, & aut

a). *vid. Cham. T. 2. l. 13. c. 21. §. 4. Wit. de P. p. 402. Illyr. Cat. T. 1. 125.* (*b*) *l. 1. c. 4. § 8.*

An. 238. aut confirmare, aut reprobare, ut fuſè M. Ant. de Dom. l. 3. c. 3. comprobat. At Monarchæ ne erant totius Eccleſiæ, qui hoc faciebant? Nihil ergo concluſeris, ſi hac in parte Romani quoque Epiſcopi ratio interdum obſervata fuit, maximè quantum ad ejus diœceſin; imò ſi fortè peregrina aliqua occurrant exempla, id præter morem, communicativè, nec ipſi ſoli, ſed & aliis factum deprehendas.

§. 4.) De non arguendis, accuſandis, judicandis & damnandis Epiſcopis & Sacerdotibus hæc Anteri Epiſtola agit, uti ſuprà Zepherini I. & aliorum, quæ ſanè inſulſis ratiunculis corroborantur. Nimirum non ovium, ſed paſtorum curam habet Papa. Quò verò tendant, videre eſt.

Ex eodem Antero c. 9. q. 3. & c. 11. q. 3. c. 14. abſit. *Facta ſubditorum judicantur à nobis: noſtra verò à Domino judicantur. Deteriores ſunt, qui vitam moréſque bonorum corrumpunt, his, qui ſubſtantias aliorum prædiáque diripiunt.* Scil. primam h. e. Romanam Sedem, nullius judicio ſubjacere, ſed omnes ſibi ſubeſſe vult. Quid ſublimius? ad Majeſtatem quid magis pertinens? (c)

Ib. *State, fratres, & tenete traditiones Apoſtolorum, & Apoſtolicæ Sedis.* bellè & piè!

Idem Papa ſtatuit, nullum poſſe fieri Rom. Pontificem, nî priùs Epiſcopus fuerit. Obſervatúmne verò perpetuo? At Conſtantinus II. & Benedictus IIX. conditione laici fuere.

Fabianus 19. P. §. 5.) Antero *Fabianus* ſuccedit Romanus, qui cùm ex agris, Euſebio atteſtante, reverteretur, & unà cum aliis Chriſtianis fratribus ad novi Epiſcopi electionem accederet, extraordinaria quadam vocatione creatus eſt Eccleſiæ Miniſter, nimirum per columbam cœlitus delapſam, & ſuper caput ejus manentem: quod tamen, ut refert Friſingenſis (d) alii in Zepherino geſtum ſcribunt. Candidam illam columbam dixiſſe ajunt: *Roma Epiſcopus ordinabere.* (e) Eodem miraculo Ravennates Severum ex textore Epiſcopum creaſſe circa annum 340. Martyrol. Rom. ad 1. Febr. ait. Ab univerſis fratribus, ſeu ab omni populo in Eccleſia χειροτονίας ἕνεκα congregato, correptum ſine mora in Epiſcopatûs throno collocatum fuiſſe ibidem narrat Euſebius confer Niceph. l. 8. c. 14. Electus Fabianus anno 236. juxta Blondell. anno 237. Coſtero. 241. Euſebio. 242. Carranzæ. Numero fuit 19. Euſebio: numero 21. Platinæ. at 22. Staravolſcio. Ante epiſcopatum uxorem habuit Fabianus Carranza fatente, quæ pôſt martyrio coronata. At ubi illam à Fabiano relictam oſtendent?

(c) *vid. Selden. de Syned. l. 3. c. 2. p. 19. ad locum Deut. 17. 6. ſeq. confer. collat. Harti & Rainoldi. Arnd. antq. l. de Epiſc. §. 178. Sixtin. Amama. in antibarb. Bibl. l. p. 588.* (d) *l. 3. c. 33.* (e) *Euſ. l. 6. c. 26. Rolev. in faſcic. de de Dom. l. 3. c. 3. §. 6. Starav.*

JESU

An.239.

JESU CHRISTI *Annus* 239.
MAXIMINI *Imp. Annus* 3.

Fabiani P. an. 1. Coſſ. Perpetuus & Cornelianus ſ. Cornelius.

JESU CHRISTI *Annus* 240. An.240.
MAXIMINI *Imp. Annus* 4.

Fabiani P. an. 2. Coſſ. Ulpius & Proculus Pontianus. Maximinus jam antè à Senatu hoſtis declaratus, ex Germania in Italiam feſtinans, & Aquilejam obſidens, unà cum filio à militibus, ejus ſævitiam pertæſis, obtruncatur: iidémque milites parere recuſantes Clodio Maximo Pupieno, & Cælio Balbino, Auguſtis à Senatu declaratis, ambos occiderunt; ac Gordianum juniorem, jam à Pupieno & Balbino in Cæſarem cooptatum, Auguſtum acclamârunt anno æt. 16. vel ut alii 13.

JESU CHRISTI *Annus* 241. An.241.
GORDIANI *Imp. Annus* 1.

Fabiani an. 3. Coſſ. Gordianus Aug. & Ariola. Zebino Antiocheno Epiſcopo ſucceſſit Babylas, orientis ſidus eximium: Euſ. l. 6. c. 29. Lat. 23. Chryſoſtomo magnus & admirabilis dictus. Catechiſta priùs fuit, ut alibi jam diximus.

JESU CHRISTI *Annus* 242. An.242.
GORDIANI *Imp. Annus* 2.

§. 1.) Fabiani P. an. 4. Coſſ. Sabinus & Venuſtus. Ex Baronii ſententia Summum fuit in Rom. Imperio otium, & in Eccleſia pax tranquilliſſima. Unde Spondanus (a) ex Damaſo aſſuit, Fabianum Papam multa ædificia in cœmiteriis Romæ fieri juſſiſſe: *quippe quæ in cryptis arenariis ſubtus terram* *cœmiteria Rom.*

n

a) §. 2.

An. 242. *terram latebant, ſepulchra SS. martyrum in quibus Synaxes à fidelibus haberi conſueverant, erectis deſuper ædificiis reddita ſunt clara atque conſpicua.* R. 1. commenta ergo ſunt, quæ hactenus de ædificiis, templis atque ſtructuris publicis & conſpicuis attulerunt. 2. Nonniſi cryptas & loca ſecreta intelligit Damaſus, unde nonniſi ait: multas fabricas per cœmiteria fieri præcepit. Nimirum olim fideles ad tumulos & ſepulchra martyrum convenire, abſque ulla tamen ſuperſtitione, vel Sanctorum adoratione ſolebant: licet non diffiteamur tandem tamen in magnum abuſum hæc abiiſſe. (*b*) 3. De cryptis etiam in ſequentibus temporibus ſermo, utpote apud Adonem ad d. 2. Auguſti, in Stephani P. hiſtoria, & frequenter alibi. (*c*) 4. Putáſne Gentiles tum paſſuros fuiſſe iis publicis in locis templa extrui, quæ hodie prætenduntur? 5. Neque verò ſuppoſitum ſcriptum, quale Pontificale eſt, pro teſtimonio legitimo admittimus.

Lambeſit. Concilium. §. 2.) Eodem pacis beneficio congregatum concilium ab Epiſcopis Africanis apud *Lambeſitanam* ſe *Labeſitanam* coloniam XC. Epiſcoporum adverſus Privatum hæreticum, quem communi ſententâ condemnârunt. Quænam autem eſſent hujus Privati hæreſes, dicit Annaliſta ſe non poſſe reperire. Conflâſſe varias hæreſes in unam dicunt. De hoc Cyprianus ad Cornelium l. 1. Epiſt. 3. aliis 55. Vide T. 1. Conc. ed. Pariſ. p. 337. Juſtell. T. 1. p. 312. Confer. de Dom. l. 7. c. 7. §. 6. Geſn. T. 1. Conc. p. 52. & 63. Hæreſes ergo & hæreticos cognoſcere ac damnare, vel Concilia contra tales convocare, non ſolius Papæ fuit. De hoc Cypr. l. all. *Anteceſſorum etiam noſtrorum Fabiani & Donati literis ſeveriſſimè notatus* (Privatus) &c. Anteceſſorem nonniſi Fabianum vocat, nec ſingulare quid illi, ſed idem quoque Donato &c. tribuit. Licet verò factum adprobârit Fabianus, ſalva tamen manet reliquarum Eccleſiarum libertas, nec ſolus ille hoc judicium approbavit, nec immeritò, ſi omnino cum fidelibus & ipſe Fabianus communione frui voluit. (*d*) Et hinc notabis, opidatim extitiſſe Epiſcopos, nec majori intervallo inter ſe diſtinctos: eoſdémque cum Presbyteris fuiſſe Clericos, niſi fortè ordinis, promotionis, ætatis ratione diſtinctos. Adeóque Epiſcoporum nomine, utpote præcipuo, alios etiam intelligi. (*e*)

b) vid. Hoſpin de Templ. c. 8. p. 112. (c) Blend. de Epiſc. p. 244. (d) Confer de Dom. l. 7. c. 7. §. 6. (e) Reggius p. 53.

JESU

An. 243.

JESU CHRISTI *Annus* 243.
GORDIANI *Imp. Annus* 3.

Fabiani P. an. 5. Coſſ. Gordianus & Pompejanus II. Hoc tempore bellum Perſicum fuit, quo Sapores R. multas Provincias Romanis ademerat, & in Syriam uſque progreſſus Antiochiam ſubegerat. Fuitque terræmotus eo anno adeò gravis, ut civitates etiam terræ hiatu cum populis deperirent. Hinc omnium malorum cauſam gentiles in multitudinem fidelium, inquit, Origenes, conferre cœperunt, quòd non pro more priſtino punirentur: unde contra Euſebium (*a*) putat Baronius (*b*) Origenem libros contra Celſum ſcripſiſſe De hoc Huetius in Orig. l. 1. c. 3. §. 11. *Sexagenario jam major Origenes haud ſegnius rerum divinarum ſatagebat, neq; ullum ferè intermittebat diem, quin vel verba ad populũ faceret, vel ſcriberet, vel legeret, vel colloqueretur. Teſtes ſunt omni ſacræ eruditionis fruge referti libri contra Celſum &c. quos Gordiano imperante ſcriptos falsò Marianus Scotus exiſtimavit, & quorum lucubrationem ad an. 237. perperam retulit Dav. Blondellus &c. atq; ita toto aberravit decennio* &c. Adverſum hoc opus indigna quædam ſpargit Perronius, (*c*) ne vel ſcriptoris, vel operis ulla ſit ad teſtandum de Ecclesiæ dogmatis authoritas, ob pauca de Filio non ſatis cautè dicta; cui meritò doctiſſ. Dallæus (*d*) Baronium opponit §. 3. affirmantem, celeberrimum eſſe commentarium, quo cùm Celſi, tum etiam Gentilium omnium ac Judæorum disjecit in Chriſtianam pietatem molitiones & arietes. De eodem ſcripto Kottholt. à p. 281.

Exprobrat Celſus apud Orig. l. 7. & 8. Chriſtianis, quòd *non ferant templa, aras & ſtatuas inſpicere:* Item *ararum, ſtatuarum & templorum dedicationes fugere, ut hac veluti teſſerâ occulti fœderis fidem ſanciant.* Non negat Origenes aras ſe nullas habere, dicit autem (*e*) quemque illorum vice altaris habere animam ſuam &c. (*f*)

a) *l. 6. c. 29.* (*b*) §. 3. (*c*) *repl. l. 3. c. 13. p. 848.* (*d*) *l. 3. de ador. c. 37. p. 563.* (*e*) *l. 8. p. 389. ed. ult:* (*f*) *Dallæ. de cultu Lat. l. 8. c. 17. & Larroq. de Euch. part. 1. c. 5 p. 97.*

JESU CHRISTI *Annus* 244. An. 244.
GORDIANI *Imp. Annus* 4.

Fabiani P. an. 6. Coſſ. Atticus & Prætextatus. Gordiani expeditio in Perſas, & de hoſtibus victoria huc refertur.

Digitized by Google

An.245.

JESU CHRISTI *Annus* 245.
GORDIANI *Imp. Annus* 5.

Fabiani P. an. 7. Coſſ. Appianus & Pappus. Hoc quietiori tempore tum Fabianum Romæ, tum alibi alios, cumpr. etiam Gregorium Neocæſareæ Templa extruxiſſe Bar. (*a*) inculcat: verùm non Templa, ſed areas, cœmiteria, domos, conventicula fuiſſe, καταχρηστικῶς verò, & ratione ſequentium temporum, alicubi ita dicta talia loca, Blondel. de Epiſc. p. 249-252. te docet.

a) §. 3.

An.246.

JESU CHRISTI *Annus* 246.
PHILIPPI *Imp. Annus* 1.

Philippus Imp. num Chriſtianus.

Fabiani P. an. 8. Coſſ. Peregrinus Æmilianus. Gordianus à Philippo in Perſidis finibus occidi juſſus, à Senatu mœrente inter Deos relatus fuit. Ejus autem imperium Julius Capitolinus deſcripſit. Omnes verò novem, qui gladio eum appetierunt, poſtea interemptis Philippis, ſua manu, ſuíſque gladiis, & iiſdem, quibus illum percuſſerant, interierunt. Digna ſunt, quæ de Philippo Euſebius (*a*) refert: *Fama eſt, iſtum (Chriſtianus nanque erat) cum precationum in die poſtremæ vigiliæ Paſchatis, unà cum multitudine in Eccleſia particeps fieri vellet, non prius ab Epiſcopo, qui tum Eccleſiæ præerat, permiſſum eſſe intrare, quàm ſe confeſſus fuiſſet, & inter eos, qui peccatorum vinculis adhuc tenebantur aſtricti, locúmque pœnitentiam agentibus præſtitutum occupabant, ſe ſua ſponte collocaviſſet: Epiſcopúmque dixiſſe, eum non alia conditione, niſi iſtud faceret propter multa delicta, quæ ab illo ferebantur admiſſa, aliquando ab ipſo in Eccleſiam receptum fore. Imperatorem autem alacri animo & lubenti, Epiſcopo morem geſſiſſe* &c. Atqui hanc hiſtoriam eò torquent Adverſarii. 1. Ut Papæ R. primatum, majeſtatem atque reverentiam, etiam à Summis illi debitam probent: (*b*) deinde ut demonſtrent, quòd Eccleſiaſticum regimen non ſit penes ſeculares Principes: (*c*)

§. 2.) Reſp. 1. Pœnitentiæ publicæ omnes lapſi olim ſubjecti erant, ſine ulla exceptione, neque alius quàm vetuſtus pœnitentiæ modus hîc deſcribitur: confer Tertull. de pœnit. c. 9. & de pudic. c. 13. 2. Non ſoli Rom. Epiſcopo Chriſtiani Imperatores pœnitentes, ſed quibúsve ſeſe ſubjiciebant,

a) *l. 6. c. λδ. Lat. 27.* (*b*) *Caſal. c. 22.* (*c*) *Bellar. de Rom. Pontif. l. 1. c. 7.*

Digitized by Google

jiciebant, uti in Theodoſio Imp. & Ambroſio Mediol. Epiſcopo videre eſt. At hæc ſubjectio non tangebat Majeſtatem, ſeu poteſtatem politicam: unde dignitate ne ad momentum privati erant, ſed pœnitentialis erat excommunicatio ſeu abſtentio. 3. Euſebius apertè non dicit, Romæ factam hanc pœnitentiam & ſubjectionem: unde ipſe Cardinalis Bona: (*d*) *Sive id Romæ contigerit ſub Fabiano: ſive Antiochiæ ſub S. Babyla, ut refert auctor chronici Alexandrini ex narratione Leontii Epiſcopi Antiocheni, & confirmat Chryſoſt. in orat. de eodem S. Babyla contra gentes, tacito tamen nomine Imperatoris* &c. Ergo non ſolus Romanus excommunicare Imperatores poteſt: ita Mediolanenſis Ambroſius Theodoſium excommunicavit. 4. Oſculum pedum Papalium hîc nullum planè recenſetur: ac licet omnino exhibitum fuiſſet, in alios tamen nulla lex tranſiſſet. 5. Pro certo non tradit Euſebius hanc hiſtoriam, ſed dicit κατέχει λόγος, fama eſt. Unde plures licet Chriſtianum fuiſſe agnoſcant ſcriptores, idque ex ſola traditione, non pauciores tamen Conſtantinum M. primum fuiſſe Imperatorem Chriſtianum volunt. Ab Euſebio deceptos Vincentium Lerinenſem, Oroſium, Cedrenum, Nicephorum, Hieron. Zonaram tradit Kipping. Polit. l. 1. c. 16. §. 15. fictas inſuper eſſe Epiſtolas Origenis nomine inſignitas. Eodem tendit illuſtris Huetius in Orig. l. 1. c. 3. §. 12. *Atque utinam*, inquit, *vel duæ illæ ſuper eſſent epiſtolæ, quas ad Philippum Imp. ejusque uxorem Severam Auguſtam ſcripſit. Hinc certò conjici poſſet, verène Chriſto adhæſerint, quemadmodum ab authoribus Chriſtianis proditum eſt: an à Chriſtianis partibus fuerint alieni, quod perſuadet Ethnicorum auctorum de nova ab iis ſuſcepta religione ſilentium: & multorum præterea tum Chriſtianorum, tum Ethnicorum conſenſus, à quibus primus inter Impp. Chriſtum profeſſos Conſtantinus celebratur.* Plures negationis rationes ibidem vide. 6. Ipſe Baronius §. 6. Perquam vehementer dubitat, & ſtatuit loco Philippi Imp. intelligendum eſſe Philippum Auguſtalem, in Ægypto præfectum. Idem ſentit cum Scaligero Rupertus hiſt. Univerſ. p. 356. 7. ludi ſeculares quos Philippus uterque celebravit, quid aliud, quàm gentiliſmum ſapiunt: vid. Blondel. de prim. p. 1128. ubi p. 1130. idem ex Numiſmatum inſcripione contra Bar. 249. §. 4. probat, & ad §. 1. 2. 3. ejuſdem anni alia argumenta diluit: ad objectionem ex Pontii martyris actis de quibus Bar. hoc anno §. 9. & in Martyrol. ad 14. Maii, ibidem Blondellus reſpondet: ut & ad Epiſtolam Origenis ad Imp. & aliam ad Severam Imp. ibidem. De Pontii autem actis Hier. Cat. p. 131. Bellar. p. 64. Gerh. p. 176. Lambec Bibl. T. 2. p. 639. ſeq. ex. M. S Cæſareano dicit, hunc Philippum Archiepiſcopatum Laureacenſem, qui uſque ad ſua tempora pauper fuerat, divitiis & opibus exaltâſſe. At quis illis temporibus talem Archipiſcopum dabit nobis? Quis amplas divitias? Unde pro Philippo Auguſto Philippum An.246.

d) *Litur. l. 1. c. 19. §. 1.*

An.246. Auguſtalem in Ægypto præfectum reponendum, adeoque deceptum Euſebium Baronius agnoſcit.

§.3.) Non quidem initio Imperii Philippum à Pontio converſum, ſed anno demum quarto, qui milleſimus adeóque Urbis natalis fuit, quo ludi ſeculares celebrati, Baronius (e) vult: At quid Pontii acta curemus: cùm non modò in ludis illis, quos celebrârunt Philippi, ſed in moribus univerſis nihil Chriſtianis hominibus dignum obſervent docti. Unde Pomponius Lætus ait Philippum fuiſſe Punica fide deteriorem, eúmque ut ſcelera tegeret, cultum Chriſtiani nominis ſimulâſſe. Utut verò multi ſint, qui eos Chriſtianos faciant, (f) haut tamen aliter hoc invaluiſſe credendum, quàm ex primi ita referentis errore. Rufus Canoniſta: (g) *Non ante admiſſus eſt ad ſacra ab Epiſcopo QUODAM* &c. Longiùs abit Haprechtus (h) quando Fabiano cum Philippo litem fuiſſe dicit, ſed non probat; attamen aliud diſſentire, aliud deponere, ſicut Gregorius VII. Henrico fecit. Imò ne excommunicavit quidem Imperatorem hoc loco, ſed ad exomologeſin tantùm faciendam Eccleſiaſticam, inter pœnitentes fuit ab Epiſcopo perſuaſus. (i) Subſunt quidem etiam Eccleſiaſticæ diſciplinæ Reges & Impp. attamen cautè tractandi, ne majus inde malum erumpat. (k) Fabula itaque, & fraus potiùs, quando dicunt, Imperatorem proſtraviſſe ſe ante pedes Fabiani. Nihil de hoc Nicephorus (l) ſed Philippum converſum ad Chriſti fidem, in ordinem pœnitentium admiſſum fuiſſe. Nec ſi vera eſſet hæc proſtratio, ad rem quidquam faceret, quandoquidem aliud longè ultrò ſe proſternere coram aliquo non poſcente, aliud pedes ejus oſculari, idque ex lege & officio atque cogente neceſſitate. Certè Petrus à Cornelio talem ſibi exhiberi cultum paſſus non eſt: Act. 10.26.

§.4.) De hoc Rouſſelius: (m) *Nihil*, inquit, *de proſternatione* (tu lege proſtratione) *ad pedes, pedúmque oſculo proditum habemus de primis Epiſcopis, ac neque Romanis: niſi quòd Genebrardus Chron. l.3. refert, Philippum I. reverenter ſe provolviſſe Fabiani pedibus: licet quos citat Euſebius & Nicephorus, quòd ſe provolverit non dicant expreſſè, ac ſolummodo, cùm inter pœnitentes à Fabiano ſtatueretur, non recusâſſe: num verò pœnitentes ſacerdotis pedibus ſe abjicere debet veniam accepturus?* Imò provolutos olim ſacerdotibus pœnitentes, Tertullianus, aliique nos docent, ſcil. ut pro illis Dominum deprecarentur. Num hoc ad ſolum Papam R. pertinebit? Aliis tamen non melior Rouſſelius, dum (n) ita ſcribit: *Gladium materialem Principi Eccleſiarum convenire non extra dubium eſt: ſed indubitatum nemini debet eſſe, quin ſpiritualem poſſit ſtringere in omnes fideles cujuscunque conditionis* &c. Reſp. 1. Imò recondendus eſt ipſi Petro gladius materialis, nî perire

(e) §. 9. *Spond.* §. 2. (f) *vid. Korth. p. 278.* (g) *cont. Carol. Molina p. 573.* (h) *p. 11.* (i) *de Dom. l. 6. c. 9. §. 20. & 28.* (k) *Zimmerm. §. 187.* (l) *l. 5. c. 25.* (m) *l. 8. c. 4. §. 15.* (n) *l. 8. c. 1. §. 1.*

tire velit. 2. Principem terrenum univerſalis Eccleſiæ non agnoſcimus. An. 246.
3. Proinde Synedrio legitimo & ordinario omnem poteſtatem ſeu diſciplinam Eccleſiaſticam in omnes accenſemus. Subjacent ergo & ipſi principes cenſuris Eccleſiaſticis, ſi modò Chriſtiani ſint. Nam eo ipſo quòd Chriſtiani, illi ſe huic diſciplinæ ſubmittunt. Quidpe poſtquam principes & magiſtratus Chriſtiani eſſe cœperunt, illa nec abrogata eſt, nec abroganda. Verùm, quia dantur gradus perſonarum delinquentium, & cenſuræ Eccleſiaſticæ; prudentia Chriſtiana exigit, ut illi ritè exerceantur, ne plus deſtruamus, quàm ædificemus. Quare cùm princeps ſit eximia perſona in domo Dei, ſic eſt eadem diſcipula temperanda, ut verè quidem ille ſentiat fulmen, ſed ne convulſio aliqua Eccleſiæ vel politiæ inde exiſtat.

§. 5.) Atque ſi omnino vera eſſet converſio Philippi, tum donationis Conſtantinianæ ratio vera non eſſet, quâ aſſeritur, Conſtantinum, quia primus Chriſti agnitionem inter Cæſares adeptus eſſet, hac largitione Romanam Eccleſiam exornâſſe. Idem Imperator non ſine ratione Antimachiavello (o) vocatur *impiger arabs*, in quo nullus Dei metus, nulla fides, nulla religio, cultûs Chriſtiani ſimulator &c. Si Chriſtianus fuit, quî ludos ſeculares menſibus circiter XIIX. ante mortem (ut aliqui contendunt) celebravit, qui ſacri erant Diti Patri & Proſerpinæ? Quare hi Philippi in divorum numerum relati à Senatu fuiſſent, ſi religionem mutâſſent. (p) cum totus Senatus, Duces & exercitus inimiciſſimi religioni Chriſtianæ fuerint? Extaret quinetiam procul dubio aliquod beneficium erga Eccleſiam. Vana autem eſſe quæ feruntur, Fabianum theſauros à Philippo accepiſſe, & quia illos ſub Decio oſtendere noluerit, martyrio ſublatum eſſe (q) Laurentii Diaconi confeſſio reclamat, dum pauperes Eccleſiæ eſſe theſauros dixit. Quòd ſi tandem Chriſtiani fuerint hi Philippi, ipſi ſuo fato experti, felicitatem notam Eccleſiæ non eſſe. Ecquî verò Nicephorus lib. 5. electionem Fabiani poſteriorem facit morte Philippi, quando cap. 25. agit de converſione Philippi & ejus morte, & de Decio ſucceſſore: capite verò 26. loquatur de electione Fabiani, ſuffragiis totius populi facta?

o) p. 164. (p) Bar. ad an. 253. §. 3. Spond. § 2. ex Eutrop. l. 6. (q) aux Eſtats in Fabio.

JESU CHRISTI *Annus* 247. An. 247.
PHILIPPI *Imp. Annus* 2.

Fabiani P. an. 9. Coſſ. Philippus Aug. & Fabius Titianus. Romam autem ſe contulit Imperator, filio in conſortium aſcito (a) Poſtquam XI. annos *Plotinus* Ammonium Alexandriæ audiit, Romam ad profitendam Philoſo-

a) Euſ. l. 6. c. 28.

loſophiam abiit, de quo diverſa judicia: vid. Bar. alios: inpr. Lambec. B. T. 4. pag. 182.

An. 248.

JESU CHRISTI *Annus* 248.
PHILIPPI *Imp. Annus* 3.

Heraclas Alex. Epiſc. obiit.

§. 1.) Fabiani P. an. 10. Coſſ. Præſens & Albinus. *Heraclas* ſ. *Heraclius* Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus hoc tempore obiiſſe fertur. De hoc Eutychius ſimiliter Alex. Patriarcha: (*a*) *Mortuus poſt* 13. *annorum ſedem: cujus tempore vocatus eſt Patriarcha Alex. Baba* (Papa) *i. e. avus.* Huet. in Orig. l. 1. c. 3. §. 9. initio XVI. Sedis ſuæ anni deceſſiſſe vult. Meritò Blondellus (*b*) Franciſcum à S. Clara flagellat, quando ex Gloſſa ad canonem Legimus. d. 93. *Heraclam & Dionyſium* (Heraclæ ſucceſſorem) *Hieronymo æquales & contemporaneos facit.* In allegato autem canone, malè ex Epiſtola Hieronymi ad Evagrium (inſulsè Gratianus ad Evandrum, vel Eugenium Epiſcopum) Heraclas vocatur Eſdras, quem & Gloſſator non melius ſequitur. Iterum Blondel. (*c*) ex laudata modò Hieronymi epiſtola docet, eam apertè oſtendere. 1. Epiſcopatum, quo tempore primùm à presbyterio diſtingui cœpit, merum πρωτοκαθεδρίας jus fuiſſe. 2. Collatum propriè à Presbyteris, præpoſito ſuo jus illud fuiſſe. 3. Presbyteros de ſe elegiſſe, in excelſiori gradu collocâſſe, Epiſcopum pro arbitrio nominaviſſe, quem jure προεδρίας donaverant, adeoque & electores, & ordinatores fuiſſe. 4. Vera eſſe & manere Hieronymi verba: *Quid facit excepta ordinatione Epiſcopus, quod Presbyter non facit* &c. Ad hæc Urſinus: (*d*) *Idem alibi quoque eveniſſe conſtat, cùm Eccleſiæ creviſſent, ut tolleretur ſchiſmatis occaſio: ſic tamen, ut jus omne regiminis & poteſtas remaneret in presbyterio, nec ſine hujus ſcitu ac conſilio quicquam agere poſſent de jure præſides Epiſcopi. His moribus & inſtitutis imbuti fuerunt, qui ſub Francorum imperio è Britannia in Germaniam advecti fuerunt Monachi Presbyteri: inde in illos Epiſcoporum odia, & horum in Epiſcopos contemptus, mutuáque certamina.*

vid. an. 234. §. 1.

Dionyſius Epiſc. Alex.

§. 2.) Heraclæ *Dionyſius* ſucceſſit, qui ad aliorum differentiam Alexandrinus dictus. Id anno altero Maximini Imp. factum vult Eutychius, eique 17. annos in ſede tribuit. Diſcipulus & ſectator antehac fuerat Origenis, ſic tamen, ut à præceptoris ſui erroribus abſtinuerit. Huetius l. c. §. 10. ex Bar. §. 1. docet Heraclam faviſſe Origeni, unde turbæ conſopitæ: Dionyſium verò Origeni ſe infenſiſſimum præbuiſſe. Vir autem doctiſſimus & cordatus hic habetur Dionyſius, quem haud immerito flagellum hæreticorum

(*a*) p. 383. (*b*) de Epiſc. præſ. p. 54. (*c*) ib. p. 310. (*d*) tr. de Eccl. Ger. p. 58.

ticorum ſui temporis dixeris. Summa illi interceſſit familiaritas cum Dionyſio Romano & cum aliis, quorum etiam conſilia junxit adverſus Sabellium, Samoſatenum, & alios hæreſiarchas. Defuncto Heracla, Origenis fautore & patrono, lis ab hoc Dionyſio contra Origenis errores & libros renovata fuit, quam excitaverat Demetrius præceſſor: (e) quare Origenes compendii gratiâ rectæ fidei profeſſionem tum ad Fabianum Romanum, tum ad alios mittit Epiſcopos. Imò hoc etiam tempore eundem Origenem Romam vel vocatum à Fabiano ad cauſam dicendam, vel ſponte eò abiiſſe ex Porphyrio, ſine ullo teſte Chriſtiano Baronius fingit; adhæc Euſebium ob ſilentium malæ fidei accuſat. Atque hinc magnos Cardinalis & ſequaces triumphos contra nos agunt. *Primò ad Fabianum Rom. Pontificem, tanquam ad totius Catholicæ Eccleſiæ præſulem, mox ad alios miſit Epiſcopos* (fidei profeſſionem.) Verùm quare ad alios quoque miſit, num enim non ſufficiebat una Fabiani vox & deciſio? At tu Euſebium audi: (f) Scribit *Fabiano Romano Epiſcopo, aliisque multis Eccleſiarum præſidibus* (ἀρχόντων ἐκκλησιῶν) *de ſua recta & orthodoxa de fide Chriſtiana ſententia.* Heîc Euſebius Fabianum non Pontificem, ſed Epiſcopum, & quidem Romanum, ceu particularis Eccleſiæ præſidem nuncupat. Neque tempore diſtinguit, quo tum ad Fabianum, tum ad alios ſcripſit. Futilia ergo Baroniana *primò, mox.* Quòd ſi ergo cœterorum præſidum, ad quos ſcripſit Origenes, Monarchia non concluditur, ergo neque Fabiani. Subjecit ſe ergo Fabiano uti & cœteris. Baronium Rouſſelius Canoniſta ſequitur, unde (g) ex Ep. Hier. ad Pammachium & Oceanum de erroribus Origenis, eum ad Fabianum epiſtolam miſiſſe, quâ pœnitentiam egerit, quòd plurimos errores in vulgus edidiſſet: & ex Euſebio hoc ipſum, quod modò tractamus, profert: hinc infert: *Origenem apud ſupremum Epiſcopum pœnitentiam egiſſe, ab eóque veniam conſequutum*; at nihil tale Euſebius. Quin laudatiſſ. Huetium iterum audiamus, qui Orig. l. 1. c. 1. §. 7. malè Baronium excogitâſſe ait, ſecundò Origenem Romam abiviſſe ad Fabianum Papam purgandi ſui causâ, quia non diſtinxit inter duos Origenes: hinc è contrario ex uno Origene Adamantino duos fecere, ab uno Origeniſtas ſimpliciter ita dictos deducentes, ab altero hæreticos, qui *Fœdi* alias cognominati. utinam verò hæc Origenis Fidei profeſſio non interiiſſet?

An. 248.

Origeniſtæ.

§. 3.) Rectè hoc loco Mornæus (h) *quis ambigit, quin Fabiano & pro ſua dignitate, & pro urbis prærogativa, ſuus deferretur honos?* At quis Papalem majeſtatem & primatum inde eliciat, vel adpellationem ad ſolam Sedem Romanam, quandoquidem æqualiter ad omnes ſcripſit? Altera hac vice Romam non profectum Origenem jam percepimus. Fac tamen & finge. Ergóne tantùm Romam, non etiam aliò; prout ad alios ſimiliter ſcripſit? Ergóne ideo, quòd Fabianum Eccleſiæ Monarcham agnoſceret & adoraret.

o

(e) *Huet. §. 13.* (f) *ex l. 6. c. 29.* (g) *l. 1. c. 6. §. 12.* (h) *myſt. iniq. p. 28.*

Digitized by Google

An. 238. raret. Nec enim gratis ad alia loca abivit, quoniam à Dionyſio exagitabatur. Quo loco Origenes Romam ejúſque Epiſcopum habuerit, ex priori
vid. an. 220. ejus profectione liquet, eò enim abiit, quòd ipſi admodum erat in optatis, Eccleſiam Rom. planè antiquiſſimam inviſere (τὴν ἀρχαιοτάτην ἐκκλησίαν ἰδεῖν) ubi non diu commoratus. (i) Cur non dixit, deſideráſſe ipſum Eccleſiam R. omnium Eccleſiarum dominam inviſere; aut tale quid? adeóque videmus cujus rei gratiâ non ſolus ipſe Origenes, ſed & alii eandem inviſere ſoliti Eccleſiam. (k)

i) Euſ. l. 6. c. 18. L. c. 12. (k) de Dom. l. 4 c. 2. §. 31.

An. 249.

JESU CHRISTI *Annus* 249.
PHILIPPI *Imp. Annus* 4.

Fabiani P. an. 11. Coſſ. Philippus uterque pater & filius, ille ſecundùm, hic primùm. De millenario Urbis conditæ anno, ludiſque ſecularibus, (a) ut & Philippi utriuſque converſione, abundè ad an. 246. actum. Igitur
Arabiana Synodus II. *Arabiana Synodus II* occurrit, contra hæreticos affirmantes animas hominum mortales eſſe, eáſque unà cum corporibus extingui, & in noviſſimo die cum iiſdem reſuſcitari. Unde *Arabici* hæretici, cum quibus ita Origenes conflixit, ut hæreſin penitus ſuſtulerit. (b) Alberæ in Arabia habita fertur: qui verò author & dux hæreſis fuerit, non docetur. Similes his hodierni Sociniani negantes animam ſupereſſe poſt animal, ut & Pſychopannychitæ, contra quos Calvinus ſolidè pugnat. Ergo de hæreſibus cognovit Arabiana hæc Synodus, non minus quàm cœteræ in ſuis provinciis emergentes Eccleſiaſticas contentiones, nulla Epiſcopi Rom. interveniente authoritate.

a) vid. Calviſ. ad an. 248. & Dietr. in Philippo (b) Euſ. l. 6. c. 30. Aug. c 83. Libellus Synodicus. T. 1. Conc. ed. Venet p. 361. & Pariſ p. 338.

An. 250.

JESU CHRISTI *Annus* 250.
PHILIPPI *Imp. Annus* 5.

Cyprianus fit Epiſc. §. 1. Fabiani P. an. 12. Coſſ. duo Philippi, ille III. hic II. *Cæcilius Cyprianus* Cleri & populi conſenſu (uno nonniſi adverſante Feliciſſimo Presbytero) Carthaginenſis Epiſcopus eligitur in locum Donati, vel, ut alii, Agrippini. Aliàs genere illuſtris, ante converſionem potentiâ clarus, ſuæque civitatis ſenator primarius, inſigníſque rhetor. Non verò hunc, ſed alium ejus-

ejuſdem nominis, profeſſorem magices fuiſſe nonnulli volunt. Quare futi- An. 250.
lis & plus quàm anilis fabula, Juſtinam à Cypriano artibus magicis fruſtrà tentatam in cauſa fuiſſe, cur is mirabiliter ad Chriſti caſtra acceſſerit. (a) Converſus per Cæcilium presbyterum imperterritum Chriſti aſſertorem ſe præbuit, quòd eruditione & eloquentia polleret, multa paſſus à tyrannis & vicinis infidelibus, quos deſeruerat, à quibus per jocum Caprianus, vel etiam Coprianus vocatus, teſte Lactantio. Capite tandem diminutus ſub Valerio. Ejuſdem vitam Pontius Diaconus Cypriani deſcripſit, malè Trithemio Pontinus: de his in præf. in Cypr. De ſui electione ipſe variis in locis teſtatur. Epiſt. 55. dicit, *ſe in locum defuncti ſubſtitutum, populi univerſi ſuffragio delectum, collegis omnibus fideliter junctum.* Sic Optat. l. 1. *Suffragio to-* vid. an.
tius populi Cyprianus eligitur. Ita Cyprianus Ep. 68. de conſecratione: *Tra-* 261. §. 10.
ditio divina, & Apoſtolica obſervatio, ut ad ordinationes ritè celebrandas, ad eam plebem, cui Præpoſitus ordinatur, Epiſcopi ejusdem provinciæ proximi quique conveniant, & Epiſcopus deligatur plebe præſente, quæ ſingulorum vitam pleniſſimè novit & uniuſcujusque actum de ejus converſatione perſpexit. Ib. *Plebs obſequens præceptis Dominicis, & Deum metuens, à peccatore præpoſito ſeparare ſe debet, nec ſe ad ſacrilegi ſacerdotis ſacrificia miſcere; quando ipſa maximè habet poteſtatem, vel eligendi dignos ſacerdotes, vel indignos recuſandi. Quod & ipſum videmus de divina authoritate deſcendere, ut ſacerdos plebe præſente, ſub omnium oculis eligatur.* Paulò pôſt: *Coram omni ſynagoga jubet Deus conſtitui ſacerdotem i. e. inſtruit & oſtendit, ordinationes ſacerdotales nonniſi ſub populi aſſiſtentis conſcientia fieri oportere; ut plebe præſente vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur, & ſit ordinatio juſta & legitima, quæ omnium ſuffragio & judicio fuerit examinata. Quod poſtea ſecundùm divina magiſteria obſervatum in Actis Apoſtolorum, quando de ordinando in locum Judæ Epiſcopo Petrus ad plebem loquitur.* In ipſorum etiam Diaconorum ordinationibus id obſervaſſe Apoſtolos ex Act. 6. 2. demonſtrat, idq; ideo tam diligenter & cautè convocata plebe totâ geſtum dicit, *ne quis ad altaris miniſterium, vel ſacerdotalem locum indignus obreperet.* Vaniſſimum autem eſſe Bellarmini κρησφύγετον, qui non ſuffragium, ſed ſolùm teſtimonium plebi permitti contendit, ipſa Cypriani verba oſtendunt.

§. 2.) Idem Cyprianus epiſt. 4. ad Felicem Pres. de electione ita habet: *Jus eligendorum Epiſcoporum, Sacerdotum ac Diaconorum, jam inde à principio penes Apoſtolos, & dein apud Sacerdotes civitatum, non ſine tamen ſuffragio plebis, atque judicio vicinorum Epiſcoporum fuit.* (b) Sic B. Hier. in Jonam c. 3. de Cypriano: *Ad probationem bonorum operum, arbitror ſolum hoc ſatis eſſe, quod judicio Dei & plebis favore ad officium Sacerdotii, & Epiſcopatûs gradum, adhuc neophytus, & ut putatur novellus electus eſt.* (c) Unde rectè

O 2 ex

a) *Dallæ de ador. l. 1. c. 8.* (b) *vid. Cham. T. 2. l. 10. c. 10. §. 2. Polyd. inv. l. 4. c. 6. & c. 10.*
(c) *Blondel. de Epiſc. p. 423 & 55. n. 4. & 381. & 478.*

nyſius, quem falsò Areopagitam vocant. Unde nimia indulgentia & cenſura in Gregorium Cardinalis utitur, quando ad an. 109. §. 2. hæc ejus ſimplicitati tam multa facilè admittenti donanda eſſe ſcribit: id verò eum in finem facit, ut ad annum 109. paſſum eſſe Dionyſium præſcribat. Quem verò tu Dionyſium Pariſinum putes, quem Æneas Sylvius in ſua Germania cap. 43. ex Leone P. Pariſiis Ratisbonam furto ſubductum ait? Saturninus quoque Toloſæ præcipitatus fertur. *An. 251. item an. 109. §. 12.*

Horum ergo ſermo quia Latinus fuit, quem populus quoque intellexit & locutus, mirandum non eſt, ſi eodem cultum inſtituerunt ſacrum: non quidem ad modum Romanum, ſed diverſis ceremoniis, pro temporis & locorum neceſſitate: quæ quidem neceſſitas tamdiu duravit, uſque quò Ambroſii officium receptum fuit in Gallia, quod poſtea ad Carolomannum uſque in uſu fuit, qui Romanum introduxit officium. Confer omnino Bonam Liturg. l. 4 c. 4. §. 1. Non dubitat Urſinus (*b*) primis ſtatim Eccleſiæ naſcentis temporibus, in Galliis, & aliis trans alpinis regionibus, prædicatione Evangelii multos ad Chriſti fidem converſos. Quanquam ſerius religionem veram trans alpes ſuſceptam teſtatur Sulpitius l. 2. & Greg. Turon. l 1. non tamen ſimpliciter: Confer c. 28. ib. & Bucherium in Belgio Romano lib. 6. c. 3. adi quoque fratres Sammartanos in Gallia Chriſtiana. Fatetur Bucherius l. all. quòd penè omnes Gallicanorum Epiſcoporum indices, qui ab Apoſtolis deducuntur, cùm primum ſuum, aut ſecundum cenſuere Sacerdotem, ſpatium repente 200. circiter annorum Epiſcopis vacuum exhibeant proximos deinde eorum ſucceſſores in Conſtantini tempora, ſubinde etiam ſeriùs, hiſtoricorum auctoritate revicti, rejiciant. De Saturnino Gallia Chriſtiana T. 1 pag. 672. Eum acta antiqua è Codice Fuxienſi Toloſano deſumta volunt, ex Joh. Baptiſtæ diſcipulis, Romam cum Petro adveniſſe, tum in Gallias ab eo miſſum Toloſam, inſuper poſt fundatam apud Aquitanos Eccleſiam Eloſanam, in Hiſpanias tranſiiſſe fidei prædicandæ gratiâ, tandémque reverſum ex veteri traditione martyrio vitam conſummâſſe &c. At Decii temporibus paſſum plerique exiſtimant (en nihil firmi!) ex Greg. Tur. l. 1. c. 28. nec contradicit, etiamſi l. 1. de mirac. c. 48. dicat, Saturninum ab Apoſtolorum diſcipulis ordinatum Toloſam acceſſiſſe. Conſentiunt Martyrol. Rom. Baronius ſub an. 254. Genebrardus, Boſquetus l. 3. hiſt. Eccl. Gall. c. 29. Catellus in Commentariis, alibi. Secundus Toloſæ Epiſcopus recenſetur S. Honoratus. 3. S. Hilarius. 4 S. Silvius. 5. Rodonius, & quidem ad IV. Seculum, ad an. 356.

b) tr. de Eccl. Germ. c. 2 p. 27.

An.252.

JESU CHRISTI *Annus* 252.
PHILIPPI *Imp. Annus* 7.

Perſecutio Alexandrina

vid an. 255. §.10.

Fabiani P. an.14. Coſſ. Decius & Gratus. Uno anno ante perſecutionem Decianam gravis tumultus Alexandriæ in Ægypto à mago quodam excitatus, in quo plures fidem negare recuſantes martyriis & ſuppliciis affecti, ut habet Euſ. l.6.c.34. & Korth. p.300. Fortè contagio, aliave mala in cauſa fuere, quæ ex ſolemni more, Chriſtianis adſcripſere: unde Funccius in Chron. quia peſtilentia ſub Decio multas provincias occupat, maximè Ægyptum, integro decennio, inde Cyprianus librum de mortalitate ſcripſit. De hac perſecutione Euſeb. lib.6 cap.34. in Gr. c. μα. inter alios martyres Apollonia Alexandrina virgo occurrit, quæ poſt maxillas crudeliter diverberatas, omnéſque excuſſos dentes, ſeipſam in rogum injecit. Unde ſine dubio apud ſuperſtitioſos dentibus medetur, qualium dentium magna copia in Anglia. (a)

a) Chemn. Conc. Tr. p 672. Bar. § 4. Martyrol. 9. Febr.

An.253.

JESU CHRISTI *Annus* 253.
DECII *Imp. Annus* 1.

§.1.) Ad hunc an. necem *Fabiani P.* ſedémque vacantem ponit Spondanus, ea ratione ductus, quòd Decius ſtatim initio imperii perſecutionem moverit. Necem quidem ad hunc, vacationem autem ad an. ſequentem refert Baronius. Coſſ. Decius II. & Etruſcus, qui aliàs Decius Junior. *Philippus* ſenior Veronæ, junior Romæ interempti, illi ex Petavii ſententia, imperare cæperunt an.244. occiſi 249. Onuphrius autem & Calviſius eorum interitum ad an. 250. referunt, (a) ſucceſſorem habuere *Decium*, Budaliâ Pannoniæ inferioris oriundum, qui mox filium Decium Cæſarem dixit, (b) ac in Chriſtianos perſecutionem indixit, quam octavam alii, alii ſeptimam vocant, de qua Cyprianus, Deo chari domo privabantur, patrimonio ſpoliabantur, catenis premebantur, carceribus includebantur, beſtiis objiciebantur, ignibus puniebantur. (c) Totæ multitudines in ſolitudines & montes profugerunt, ibíque fame, ſiti, frigore, morbis & vi latronum ſublati ſunt. Eccleſiam Chriſti per otii intervalla variam labem contraxiſſe, ne Cyprianus quidem in ipſo perſecutionis æſtu negat, cauſámque affert, quòd

Philippi pereunt. ſuccedit Decius.

Deciana perſecutio.

ſuæ

a) Lambec. Bib. T. 2 p 639. (b) vid. Rupert. hiſt. Univ. p. 358. in Bar. (c) vid. Korth. 275.

ſuæ cupiditati quiſque indormiat, unde cenſura cœleſti expergeſieri opus habeat: vid. ſer. de lapſis: (*d*) ubi etiam de paſtoribus Eccleſiæ: Non in ſacerdotibus religio devota, non in miniſtris fides integra, non in operibus miſericordia, non in moribus diſciplina. Quin Epiſcopi plurimi, quos ornamento eſſe oportet cæteris, & exemplo, divina procuratione contemta, procuratores rerum ſecularium fieri derelictâ cathedrâ, plebe deſerta &c. Ita hanc perſecutionem Euſebius l.8. à c.1. iiſdem malis tribuit. Odio quinetiam Decii in Philippum quaſi Chriſtianum: alii ob felix fidelium incrementum accidiſſe ſtatuunt ex eodem Euſebio, Niceph. Oroſio, Hier. Inter innumerabiles martyres ergo Fabianus Romanus ponitur: (*e*) Martyrol. R. ad 20. Jan. Confer epiſtolam Cleri Romani ad Cyprianum, quæ numero 31. inter Ep. Cypr. edit. Pamel. item Epiph. l. de menſ. & pondd. & Hier. in Script. Eccl. in voce Orig. Sedit Fabianus an. 13. m. 11. aux Eſtats an. 14. Carranzæ, Starav. an. 14. d.4. Coſtero an. 14. m. 1. (in marg. m. 11.) d. 11. Damaſo. At Pariſ. & Baron. an. 15. d. 4. ut nimirum Chronologi vacuam ſupplere lacunam poſſint. Et tamen §. 6. & 28. vacaſſe Sedem anno uno & ampliùs agnoſcit: vide eundem ad an. 254. §. 31. & 42. ubi de Cornelii electione. Ita Dietericus in Breviario ex Binio, non minus quàm integro anno, & quidem in magna rerum perturbatione, viduam ſeu ἀκέφαλον fuiſſe Eccleſiam Rom. Damaſus cum Platina fingit ceſſaſſe Epiſcopatum dies VI. at rectè illi Scholiaſtes ſubjicit: Clerus Rom. in Epiſt. ad Cypr. (*f*) multò longiorem fuiſſe ceſſationem, propter rerum & temporum (ut ait) difficultates oſtendit. Scholiaſten Pariſini Collectores ſequuntur (*g*) Onuphrius ponit m. 1. d. 26.

An. 242.

Fabianus P. tollitur.

§. 11. anni ſeq.

§. 2. Fabianus ſepultus fertur in cæmiterio Calliſti, viâ Appiâ, ordinationibus V. fecit Presbyteros 22. Diaconos 7. Epiſcopos 11. Tres ejus Decretales extant, quas vid. T. 1. Conc. p. 354. ed. Ven. & 317. ed. Pariſ. Cujus autem momenti ſint, ex ſeqq. liquebit. Prima directa ad omnes Eccleſias; qui non debeant admitti ad excuſationem, & non eſſe communicandum cum excommunicatis. Illam jure proſcribunt Blondel. in pſeud. Iſ. præf. p. 67. & in tract. à pag. 286. Cocus p. 67. De ead. tu Baronium noſtrum audi, qui ad annum 238. §. 9. ita habet: Tam in titulo, quàm etiam in conſulib. depravata adeò eſt, ut ſpuria penitus cenſeatur, niſi nonnulla in ea poſita corrigantur. Itaque putavit iſtis correctis non amplius ſpuriam. (*h*) Initium epiſtolæ non conſentit cum veritate, quod præcipit aliis Eccleſiis, ut totidem Diaconos & Subdiaconos facerent, quot Romana habet Eccleſia: & certum eſt, alias Eccleſias id non obſervâſſe: inepta etiam eſt ratio, quam ſubjungit: *Omnia quæ ſcripta, &c.* Rom. 15:4. Commendat Romanum in ſacris ritum: at plurimæ Eccleſiæ, ipſa etiam Mediolanenſis, eum non

Prima ejus decretalis.

d) inpr. p. 225. (e) vid. Bar. §. 3. Spond. §. 3. (f) Ep. 31. apud Cypr. ſeu l. 2. ep. 7 (g) T. 1. p. 339. (h) Dalla de Patr. p. 27.

An.253. non obſervârunt. Ib. ſentit, eos, qui in Catholica fide ſuſpecti ſunt, non debere ad accuſationem rectè credentium admitti: quia *ſuſpiciones ſemper amovendæ.* Verùm tunc temporis Chriſtiani ſubjecti erant civilibus legibus, nec curabatur Romani Epiſcopi decretum. Et pauló ſuprà accuſatores, qui rectam non tenent doctrinam, non admittuntur. Idem in Jure can. c.4. q.4. *Nullus unquam præſumat accuſator ſimul eſſe & judex vel teſtis: quoniam in omni judicio quatuor perſonas ſemper neceſſe eſt eſſe: id eſt, judices electos, accuſatores idoneos, defenſores congruos, atque teſtes legitimos, &c.* Ergo juxta hanc regulam, judicium hæreſeos in nos ferre Papa non poteſt. Ib. prohibetur, *ne quis cum excommunicatis ſcienter pſallat in domo, aut colloquatur, aut oret.* c. 11. q. 3. ſicut Apoſtoli. Commonet, *ut caveant à Novato hæretico, & aliis, qui aliam fidem tenent.* Innuit igitur ſuo tempore Novatum ex Africa Romam veniſſe, & in ſententiam ſuam Novatianum cum aliis quibusdam pertraxiſſe. At verò Cornelii demum tempore id accidiſſe ex Cypriano manifeſtum fit, ex Euſebio item, & aliunde. Atque hoc ipſum Baronius ad annum 238. §. 9. Spond. §. 3. Binius in notis, & poſſevinus in apparatu agnoſcunt.

II. Decretalis. §. 3.) Decretalis Fabiani II. ad omnes Orientales Epiſcopos. Hanc idem qui ſuperiorem deplumat, Blondel. præfer. p. 67. intr. à p. 293. Ejus 1. pars, ut per annos ſingulos novum chriſma conficiatur & vetus incendatur 2. de Epiſcopis non accuſandis nec obtrectationibus lacerandis, quæ ita exprimit Starav. Ut ſacerdos in ſacro, non in profano foro accuſetur, neve Clerici in accuſatione Laicorum, aut Laici in clericorum recipiantur, c.2. q.7. Sicut. Hîc fuſè Clericos nonniſi Prælatorum poteſtati ſubjicit, & à ſeculari eximit. vide Carr. p. 61.

Verùm cùm Orientalium Epiſcoporum nomina ſupprimantur, & aliâs conſtet, confectionem chriſmatis Romanorum ſuperſtitionem eſſe, quis credat Fabianum ad eos ejusmodi ſcripſiſſe Epiſtolam, eandem cum ſuperioribus crambem, nec niſi rancidis & inſulſis ratiunculis propoſuiſſe? Sed quidquid ſit, chriſma à Fabiano & Sylveſtro inſtitutum aliqui volunt: ipſe tamen Fabianus refert, *prædeceſſores ſuos à S. Apoſtolis accepiſſe ſibiq; reliquiſſe, D. Jeſum poſtquam cœnavit cum diſcipulis, & lavit eorum pedes, chriſma conficere docuiſſe.* Inde, ait Caſalius c. 23. *fortè manavit conſuetudo conficiendi chriſma illo die ſingulis annis.* Hoc præterquam quòd toti vetuſtati ignotum, ab ipſo Damaſo in vita Sylveſtri refutatur, dum ſcribit: *Conſtituit* (Sylveſter) *& chriſma ab ipſo confici.* Ecquis dictavit tandem ſpiritus pſeudo Fabiano, in Cœna ſua Chriſtum chriſma inſtituiſſe, vel unde id probabit nobis? Urgent adverſarii Conſtit. clem. l.7. c.45. al. 44. ubi de chriſmate quidem agit & de fragrantia, ſed Chriſti, non autem balſami, neque conſecrationem olei balſamo mixti deſcribit, uti prætendit Bellarminus. Ex antiquitate Apoſt.

Apoſt. nihil producunt Pariſini T. 1. Conc. p. 330. Jure verò Clementis An.253. ſcripta in tanto negocio rejiciuntur, uti & Fabiani, atque hoc ipſo ſe produnt, dum furtivis & ſuppoſitis utuntur, idque ea de cauſa, quia, fatente Bellarmino, S. Scripturæ loca nec perſpicua ſunt in hac materia, nec manifeſta (tu dic penitus nulla) unde plus momenti Eccleſiæ auctoritati adſcribit. (i) De hoc Polyd. (l. 5. c. 3.) *Noſtri ex oleo & opobalſamo chriſma faciunt, quod Fabianus Pontifex decrevit, ut quotannis renovaretur in Cœna Domini, vetus combureretur.*

§. 4. Fabiani Epiſt. III. ad Hilarium Epiſcopum, cui Epiſtolæ *III. Decretalis.* magnam ſui partem debet epiſtola Sixti III. plura in apricum producit Blond. l. al. p. 303. ſeq. item Cocus 68. Cham T. 1. l. 9. c. 16. §. 12. Hac Decretali agitur 1. *qui non debeant admitti ad accuſationem.* 2. *peregrina judicia prohibentur, quia non oportet accuſatum alibi, quàm in foro ſuo audiri, excepta appellatione Romana,* ad quam more cœterorum, humaniter omnes inuitat. 3. q. 6. ſi quis jud. & ſi quis put. Ib. pulſatus. Liceat in cauſis criminalibus appellare. *Nec vox appellandi denegatur ei, quem ſupplicio ſententia deſtinavit.* Quaſi verò Eccleſia tunc capitis judicium habuerit, cùm ipſa de ſuo capite ſecura minimè fuerit. Neque à ſe appellari paſſi fuiſſent infideles. Et tamen non pudet Conciliorum Collectorem talia pro appellationibus teſtimonia conquirere. (k) Parte Epiſtolæ IV. *Si quis iratus crimen objecerit, vel objecta non probaverit.* 3. q. 6. qui crimen 5. *Epiſcopus accuſatus ſi Sedem Apoſtolicam appellavit, non eſt conſtringendus.*

§. 5. Plura eidem Fabiano decreta adſcribuntur: (l) 1. *Si quis contriſtatus noluerit reconciliari fratri ſuo, ſatis faciente eo, qui contriſtavit, acerrimis maceretur inediis, uſque dum gratanti animo ſatisfactionem recipiat.* d. 90. ſi quis, ubi ſatisfactio non Papalis, ſed fraterna intelligitur. *Alia ejus decreta.*

2. *Infamis efficiatur, qui ſciens pejerare præſumit.*

3. *Furioſus et furioſa matrimonium contrahere non poſſunt.* 32. q. 7. Ne furioſi.

4. *Affines in quinta generatione copulari poſſunt, in quarta ſi fuerint inventi, non ſeparentur.* 35. q. 2. & 3. de propinquis. Caſalius c. 31. de impedimentis matrimonii. Idem Gratianus eod. c. *Qui propinquam ſanguinis uxorem ducunt, & ſeparantur, non licebit eis, quandiu utrique vivunt, alias uxores ſibi conjugio ſociare, niſi ignorantiâ excuſentur.* Idem c. 35. q. 6. Conſanguineos. *Conſanguinei tantum, vel (ſi progenies defecerit) antiqui & veraces, propinquitatem in ſynodo computent.*

5. Idem de conſecratione d. 2. Et ſi non. *Etſi non frequentius, ſaltem in anno ter, laici homines communicent: niſi forte quis majoribus quibuslibet criminibus impediatur: in Paſcha videl. Pentecoſte, & Natali Domini:* vid. Act. 2. 42.

P

i) *T. 2. de Sacram. Confirm. c. 8.* (k) *Edit. Ven. T. 1. p. 9.* (l) *T. 1. Conc. p. 361. ed. Ven & 335. ed. par.*

Digitized by Google

An.253. 2. 42. alibi. De Miſſis privatis vid. Chamier. T. 4. l. 7. c. 12. ſeqq. Qui ergo ſemel nonniſi in anno Laici communicant? Quàm inconſtantes hac in re Romani fuerint Epiſcopi vid. Polyd. l. 5. c. 10.

6. *Ut in omnibus diebus Dominicis, ab omnibus viris & mulieribus, oblatio tam panis, quàm vini fiat, ut per has immolationes à peccatorum ſuorum faſcibus liberentur.* ἀθεολόγως! vid. Hoſpin. de Templ. 476. m. Arnd. ant. l. cœna D. §. 17. Sic olim nemo citra notam aliquam aſymbolus & ſine oblatione propria communicabat, ſed panem ſuum ac vinum offerebat: vid. Cypr. de eleemoſ. Aug. vel quisquis ſit, ſer. 215. de Temp. Offerebant olim panem & vinum, & aſſervabant etiam, quantum ſatis eſſet ad populi communionem, ſed multò plus, ita ut ad ſuſtentationem etiam ipſorum Miniſtrorum & pauperum abundaret. Hinc ſine dubio orta legata ſingulis annis diſtribuenda, item donationes aliæ. κοινωνεῖν autem ἄνευ προσφορᾶς dicitur de iis, qui in extremo gradu pœnitentium hærentes, orationum cum Eccleſia erant tantùm participes, vid Conc. ancyr. c. 5. & 24.

7. Idem d. 78. c. Si quis. *Si quis triginta ætatis ſuæ annos non impleverit, nullo modo presbyter ordinetur, etiamſi valde ſit dignus: quia & ipſe Dominus 30. annorum baptizatus eſt, & ſic cœpit docere.* Non oportet ergo, qui ordinandus eſt, uſque ad hanc ætatem legitimam ordinari. At hæc ratio à Chriſto deſumpta ſufficiens non eſt, unde nec apud antiquos iſthoc obſervatum, nec Papa quidquam curat.

8. *Ut presbyter illiteratus miſſam celebrare non audeat.* Ergo hoc modo infinitæ Miſſæ inutiles & intermittendæ.

9. Pium ejus decretum c. 11. q. 3. *qui omnipotentem Deum metuit, nec contra Evangelium, nec contra Prophetas, vel S. Patrum inſtituta agere aliquid ullo modo conſentit.* confer. c. ſi Deus non ſemp. Romana ergo Eccleſia, vel Papa principium fidei non eſt; nec ipſe pius eſt, ſi hoc non faciat.

Ordines ſacri. §. 6. Fabianus ordines ſacros auxiſſe fertur, ut autem conſtet, quæ fides his tribuenda, & quomodo paulatim à ſimplicitate Apoſtolica diſceſſum fuerit, ordine nonnulla ex Damaſo colligemus. *Clemens* (obiiſſe credunt an 102.) fecit VII. Regiones dividi *Notariis* fidelibus Eccleſiæ, qui geſta Martyrum ſolicitè, & curioſè unusquisque per regionem ſuam perquirerent, ad quæ Caſalius c. 70. hodie *Protonotarii Apoſtolici* nominantur. *Evariſtus*, (qui ab anno 112. ſedit) titulos diviſit *presbyteris*, & *VII. Diaconos* ordinavit, qui cuſtodirent Epiſcopum prædicantem, propter ſtylum veritatis. *Higynus* (ſedit ab anno 154.) *Clerum compoſuit* & diſtribuit gradus. *Victor* (ſedit ab anno 194) fecit ſequentes Cleros id eſt, *acoluthos & ceroferarios*. *Antherus* (deceſſit circa annum 238.) primus ſtatuit, ut res geſtæ martyrum diligenter exquiſitæ à Notariis ſcriberentur. *Fabianus* (ſedit ab anno 239.) *regiones diviſit* diaconibus, & VII. fecit *Subdiacones*, qui VII. Notariis imminerent, ut geſta martyrum in integrum colligerent. *Cajus* (ſedit anno 284.) conſti-

Digitized by Google

conſtituit, ut omnes ordines in Eccleſia ſic aſcenderent: ſi quis Epiſcopus fieri mereretur, ut eſſet *oſtiarius, lector, exorciſta, acoluthus* (ſequens), *Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, & exinde Epiſcopus* ordinaretur. Ad hæc Rouſſelius. (m) *Titulorum ſeu Baſilicarum diviſio inter Presbyteros Evariſto tribuitur: regionum autem urbis Romanæ inter Diaconos Fabiano: Evariſtum deinde imitati Hyginus & Dionyſius, de illo quidem dicitur, quòd clerum compoſuit & diſtribuit gradus i.e. Titulos: de iſto autem quòd Presbyteris Eccleſias diviſit & cœmiteria: parochiásque & diœceſſes conſtituit.* Verùm & hic Apolline opus. De Fabiano Baronius in Martyrol. R. præf. c. 1. *Quatuordecim olim erant regiones in urbe Rom. tandem conflatæ in VII. ſecundùm numerum VII. Diaconorum, qui regionarii dicebantur. Hæ igitur VII. regiones diviſæ dicuntur à Fabiano. Sicut autem VII. erant Diaconi, ſic & totidem Subdiaconi, & his par numerus Notariorum, qui iisdem Subdiaconis & Diaconis ſubjecti erant.* Ex ejusdem Papæ Decretali I. Carranza & Starav. in Fabiano: *Præcepit univerſis Eccleſiis ut ad officia divina peragenda ordinarent Diaconos VII. cum Subdiaconis & Acolythis, qui diebus Dominicis & feſtivitatibus ſolemnibus divina peragant miniſteria, & omni hora parati ſint ad divinum officium, & quicquid eis injungitur peragendum.* Confer Polyd. l. 4. c. 5. & Durand. Rat. l. 2. ut & Hoſpin. de Templ. p. 55. ſeq. ubi docet, quid Diaconi olim & Diaconiæ. aux Eſtats: *Fabianus ordinavit denuo Martyrologium.* apud Szeged. *Cœmiteria martyribus inſtituta à Fabiano.* Alii ita reddunt: *Fabianus Diaconos Regionarios ponit, ut pauperum curam gererent, qui ſub Sylveſtro Diaconi Cardinales primùm dicti, qui urbis cardines ſeu vicos luſtrarent, pauperúmque nomina ſcirent, & eorum miſerias ſolarentur.* (n) De Titulis ita Mycræl. hiſt. Eccl. l. 2. §. 2. n. 24. Tituli initio IV. deinde VII. mox XV. tandem XXIIX. conſtituti fuerant. An. 253. Regiones & Tituli Romani. Vid. anno 121. §. 2.

§. 7.) Staravolſcius in Fabiano magno errore dicit: *Fabianus primum ſchiſma Eccleſiæ à Novato hæretico ortum Romæ, convocatis 60. Epiſcopis ſuſtulit.* Sine dubio illud intelligit Concilium, quod poſtea ſub Cornelio habitum fertur, quod ipſe Staravolſcius ſub Cornelio numero III. vocat. Hinc idem etiam tertium ſub Fabiano Concilium ſede ejus vacante habitum fatetur. Conſentit Pontificale Damaſi, quando inter alia: *Poſt paſſionem* (Fabiani) *Moſes & Maximus Presbyteri, & Nicoſtratus Diaconus comprehenſi ſunt & in carcerem miſſi. Eodem tempore ſupervenit Novatus ex Aphrica, & ſeparavit Novatianum de Eccleſia, & quoſdam Confeſſores, poſtquam Moſes in carcere* defunctus eſt, qui fuit ibi menſes 11. Docet Cyprianus l. 2. ep. 8. Cornelium Romanum, Novatum eo ipſo tempore quo ſiſtere ſe in Africa & damnari debebat, diffugiſſe, excidiſſéque ſacerdotio. Iſdem poſtea Romæ, ubi Presbyter factus, errorem diſſeminat; unde diverſas Synodos indixere Concilium Rom. contra Novatum.

p 2 Epiſcopi,

m) L. 2. c. 10. §. 2. (n) Vide Canſinum diſſ. 32. de regno D. p. 98. conf. Hoſp. de feſt. chr. p. 11. b.

Digitized by Google

An.253. Epiſcopi, Africanas IV. Romanas II. Antiochenam I. quibus Novatum damnârunt. In his nulla de primatu contentio fuit, mutuo conſenſu elegerunt, quem magis idoneum exiſtimârunt, qui rebus præeſſet, ſuffragia colligeret, epiſtolas nomine Synodi conſcriberet, atque alia exequeretur, quæ ad munus iſtud paucorum dierum pertinent. Itaque altiora quæque ſic in commune tractaverunt, ut liberè concluſerint, neque Romani Epiſcopi confirmationem expectaverint, ſed ſaltem, ſicut à reliquis Eccleſiis, conſenſum petierint, unde neque vocatus fuit, neque agnitus in his Synodis pro capite Eccleſiarum, vel Epiſcopo Oecumenico: adeoque Rom. Epiſcopus Synodos neque congregavit, neque ordinavit, neque etiam vel per ſe, vel per alios iiſdem præſedit: quin Eccleſiæ à paſtoribus ſuis gubernatæ fuerunt, ſchiſmata compoſita, hæreſes profligatæ, unitas conſervata, veritas defenſa. Atque ita ipſum etiam Rom. Epiſcopum in officio continuerunt, ut fratrem, cœpiſcopum & coæqualem, quandiu pacem & veritatem coluit, agnoverunt (o)

Cypriani Epiſtola ad Romanos. §. 8.) Sede vacante ſcripſit B. Cyprianus Epiſtolam ad clerum urbis Romæ de dormitione Fabiani (*p*) in qua nihil minus, quàm Monarchiam Rom. invenias. Epiſtolam Presbyteris & Diaconibus inſcribit, & ſic plures ordines non agnoſcit. Ejus exordium: *Cùm de exceſſu boni viri collegæ mei rumor, &c.* quin alias etiam literas ultrò citróque miſſitârunt. (*q*) Decianam hanc perſecutionem fuiſſe ferventiſſimam atque diriſſimam rectè dicunt. Ex odio contra Philippos inteſtimo concitatam putant (*r*) quos propterea etiam ſuſtulerit Decius, quò Chriſtianos perſequi poſſet: alii propter diverſa mala, quæ orbem afflixerunt, at hæc conveniſſe ſimul potuerunt. Ob diſciplinæ neglectum, & mores fidelium depravatos hæc tam horrenda abs Deo immiſſa fuiſſe Cyprianus l. de Lapſis teſtatur. De hac procella Entychius: (*s*) *Decius innumeros interfecit Chriſtianos. Carthagine Epheſum profectus in ipſius medio templum magnum extruxit, in quo idola ſtatuit, juſſis hominibus illis cultum præſtare, & ſacrificia offerre: unde neci data magna Chriſtianorum multitudo, quos ſuper muro patibulis affixit.* Ob lenta, nova, eáque acerbiſſima tormenta multi lapſi, alii in ipſo perſecutionis exordio, rerum ſuarum amantiores, fidem negârunt, unde diverſa genera lapſorum, *Thurificati* ſeu idololatræ, dici etiam ſolent *Sacrificati*, à quibus gradu diſtinguuntur *Blaſphemi*. Vocati Thurificati, qui ſummis digitis aliquot thuris grana in ignem injeciſſent. Unde ex uſu omnium gentium, etiam barbararum, Bona l. 1. c. 25. §. 9. incenſum Chriſtianis commendare & obtrudere male conatur. Aliud genus lapſorum *Libellaticos* faciunt, quos non propterea ita dictos cenſet Baronius (*t*) quòd certâ ſummâ privilegium libertatis redemerint, ſed quòd Chri-

Libellatici, thurificati, traditores.

o) *Bulling. de Conc. l. 1. c. 21. de Dom. l. 7. c. 7. §. 6.* (*p*) *L. 3. Ep. 21. al. Ep. 4. Bar. § 27. & T. 1. Con. p. 362. ed. Ven. & p. 341. ed. Pariſ.* (*q*) *Vid. Cypr. l. 3. inde ab Ep. 4. & Ep. 22. &c.* (*r*) *Euſ. l. 6. c. 38.* (*s*) 388. (*t*) *à §. 19. Spond. à §. 5.*

Digitized by Google

Chriſtum publicè negare erubeſcentes, privatim id, vel per ſe, vel per alios ſuo nomine facerent, & à Magiſtratibus libellos ſecuritatis impetrarent. Kortholt à p. 343. inter alia inde nominatos cenſet, non quòd reverà abnegâſſent, ſed quòd videri voluerint abnegâſſe. Arnd. ant. l. de Marr. §. 16. ex Lacerdæ adv. Sacr. p. 308. tria Libellaticorum genera facit. 1. Lapſi ſic dicti, quòd vel libellos obtuliſſent, quibus rogârant, ut ne ad immolandum cogerentur, cùm Chriſtiani eſſent. 2. Vel numerata pecuniâ libellum, quo à ſacrificiis ſe exemerant, impetrâſſent. 3. Vel abnegata religione libellum à præſidibus accepiſſent, ne publice cogerentur Diis ſacrificare. (u) *Traditores* illi adpellati, qui tradidiſſent, vel prodidiſſent perſecutoribus codices Sacros, ut exurerentur. Si qui clerici hoc feciſſent, removebantur ab officio. Auguſt. contra Creſcon. l. 3. ait: Martyres, quia non tradiderunt, ideo & coronati ſunt. Uſque ad mortem autem negare ac detrectare ſancti viri hoc ſolebant, tantâ ſcil. erant conſtantiâ in amore ac tuitione Codicis Biblici. Inde magna lis & controverſia in Eccleſia orta, quæ Donatiſmo originem præbuit, an Lapſi pœnitentes ab Eccleſia eſſent recipiendi, de qua in ſeqq. plura cognoſces. His opponuntur *Martyres*, qui ſanguinem & vitam fuderunt pro veritate: item *Confeſſores*, qui ante Magiſtratum conſtituti nomen fidémque Chriſti conſtanter & impavide profeſſi ſunt, carceres fortè etiam & alia perpeſſi. *Extorres*, qui aut ejecti à tyrannis, aut ipſi, ad evitandum malum, in ſpontaneum abivere exilium. (x) An. 253.

§. 9. In his malis Cyprianus ſingulariter quæſitus prudenter ſe ad tempus ſubduxit, omnibus interim bonis ſpoliatur, ex ipſis autem latebris diverſas tum ad captivos, tum ad liberos literas ſcripſit (y) quibus monitis & cohortationibus illis præſtò fuit, Clero etiam Romano, ſicut & aliis malè ſuſpicantibus facti ſui rationem edidit. (z) In his variis Cypriani Epiſtolis hoc cumprimis notandum occurrit, quòd licet nomina Martyrum conſignari, & ad ſe transmitti petierit, *ut commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrari poſſent*, nunquam tamen penitus monuerit, ut reliquias martyrum aſſervarent, vel quidquam ad ſe mitterent. Sic ubi de Fabiani P. morte agit, altum de ejus reliquiis ſilentium. Et tamen Epiſtolâ de Laurentio & Ignatio. *Sacrificia*, inquit *pro eis ſemper offerimus, quoties martyrum paſſiones & dies unniverſaria commemoratione celebramus.* At non alium in finem, quàm ut recordari illorum poſſent. Collegerunt quidem fideles martyrum oſſa & cineres, ſed eum in finem, ut honeſtè illa in cœmiteriis reconderent: & anniverſariam celebritatem inſtituerunt, quò felicem & beatum tranſitum illorum recolerent. Ita verò hoc etiam ritu ab Apoſtolica pietate & ſimplicitate Reliquiæ.

P 3

u) *Vid. Collect. Concil. Pariſ. T. 1. p. 357. Calviſ. ad an. 251. Mycral hiſt. Eccl. l. 2 § 2. q. 31. Horn. hiſt. S. p. 72. alibi* (x) *Vid. Zimmerm. in Tert.* §. 121. (y) *Vid. Cypr. l. 3. inde ab Ep. 4. Kortholt. p. 322.* (z) *Collect. Pariſ. T. 1. p. 344.*

Digitized by Google

An.253. plicitate diſceſſum, quando viſitationes inſtitutæ ad ſepulchra martyrum jam tertio hoc ſeculo. Poſtea quoque ſolebant illis altaria erigere, & ſub iisdem reliquias illorum ponere. (a) Poſtquam igitur Clerus Rom. à Clementio intellexerat ſeceſſiſſe Cyprianum, Clerum Carthag. officii ſui admonet ac inſtruit, quid circa lapſos interea dum abeſt illorum Epiſcopus, fieri oporteat. (b) De quo utut triumphent adverſarii nihil tamen omnino lucrantur, quandoquidem tota Epiſtola nihil Monarchicum ſapit, & hoc ipſum ſæpe aliæ quoque Eccleſiæ, vi Sanctæ communionis, factitârunt.

De lapſis recipiendis. §. 10.) Quia lapſi cœteríque delinquentes, ab Eccleſia nondum recepti, martyres & confeſſores in carceribus adibant, pacem ab illis petentes, & pro receptione in Eccleſia literas ab eis extorquentes; proinde Cyprianus Epiſtolam ad Clerum Carthag. aliam ad martyres & confeſſores in carceribus detentos, tertiam ad plebem fidelem ſcripſit, quibus omnes monuit, ne temerè lapſis ea indulgentia præſtaretur. *Lucianus Confeſſor.* Unus *Lucianus* Confeſſor inverecundiùs agens, primò quorundam Confeſſorum nomine libellos ſparſit paſſim, poſtea etiam univerſorum martyrum & Confeſſorum nomine, univerſis lapſis pacem dedit, unde magnæ turbæ excitatæ. Tantum verò Cyprianum ipſi etiam vacanti ſedi Romanæ hac in parte tribuiſſe contendit Baronius, *ut quid agendum poſthac, ab ea regulam acciperet, quò primariæ ſedis auctoritate ſuffultus, oblatrantium ora compeſceret.* Ergo ad firmiter aliquid decernendum Papa opus non eſt. At non gratis fecit Cyprianus quod fecit, quia & Sedis antiquitatem, & in religione orthodoxiam reſpexit, & ipſi adverſarii etiam Rom. Eccleſiæ moleſtias creârunt. (c) Suo autem jure uſum Cyprianum liquet, dum refractarium ſuum Diaconum abdicavit, & aliàs Epiſcopi munere plenè defunctus eſt. Scilicet motis quæſtionibus gravioribus, alius alium de ſua ſententia faciebat certiorē, ac conferebant interdum inter ſe liberius. Non modò Presbyteria, ſed & Synodos atque Concilia convocârunt, quæſtionésque decidendas & finiendas propoſuerunt. (d) Ac quemadmodum Dionyſius Alex. Cornelii ſententiam de lapſis approbavit contra Novatum (e) ſic hoc loco Clerus Rom. Cypriani; qua de cauſa indicat, ſe in Siciliam literas quoque miſiſſe, quarum exemplum extat apud Cyprianum l. 2. Ep. 7. & Cyprianus ipſe l. 3. Ep. 5. ſignificat, Romanos Presbyteros ad Clerum Carthag. ſcripſiſſe, & ſuaſiſſe, ut iis, qui poſt lapſum infirmarentur, pacem darent.

§. 11.) Ita de rebaptizatione liberè inter ſe Stephanus & Cornelius contulerunt, ut patet ex epiſt. ad Pompejum, quâ Stephanum Cyprianus refutat. unde Bellar. tr. de Summo Pont. l. 4. c. 7. graviter peccaviſſe Cyprianum

a) *Arnd. ant. l. de Mart.* §. 22 & 18. (b) *T.* 1. *Conc. à p.* 362. *ed. Ven.* & 342. *ed. Par. Bar.* §. 30. *in pr.* 33. (c) *Harum Epiſtolar. init. Poſt factas; item Et dilectio. Quas vid. T.* 1. *Conc. Pariſ. p.* 346. (d) *Vid. Zepper. polit. Eccl. l.* 3. *c.* 8 *p.* 715. (e) *Euſ. l.* 6. *c.* 46.

Digitized by Google

prianum dicit. (*f*) Scripſit etiam Dionyſius Alex. ad Stephanum de eadem quæſt. Euſ. l.7. c.2. quòd ſi res difficilior erat, & pertinebat ad Eccleſias plurium provinciarum, tum differebatur ad generalem Synodum, ſicuti in hoc Rom. Concilio præſens negocium tale agnoſcitur. Ea verò, quæ in arduis controverſiis à pluribus communiter ſtatuta erant, ad omnes paſſim Eccleſias & Epiſcopos perſcribebantur, neque aliter ad Romanum, quàm ad alios. Ita diverſæ hinc inde contra Novatianos Synodi habitæ, & inde decreta illarum ad alias Eccleſias perſcripta fuerunt, uti ex Antiochena apud Euſ. l.7. c.30. & Africana ſub Cypriano l.2. ep.1. quando non ſoli Romano, ſed æquè cœteris Eccleſiis id ſignificârunt. (*g*) Fida etiam erat Eccleſiarum & Epiſcoporum conjunctio & operæ mutuæ in excommunicandis hæreticis, iiſque pro excommunicatis habendis, ita ut, quod una Eccleſia, aut Epiſcopus ligaverat, alius ſolvere auſus non ſit, juxta Canones & ſtatuta. Unde ſi qui in alia provincia excommunicati eſſent, perſcribebatur id ad alios quoque, ſicut Cyprianus Novati, ejúſque ſociorum excommunicationem ſcripſit ad Cornelium (*h*) ubi addit: *Se miſiſſe Cornelio nomina Epiſcoporum iſtic conſtitutorum, qui integri & ſani in Eccleſia Catholica fratribus præſint: ut Cornelius & Collegæ ſcirent, quibus ſcribere, & à quibus literas accipere mutuò debeant* &c. vide c.13. q.3. c.17. & Can. Apoſt.12. Viciſſim Cornelius ad Cyprianum ſcripſit de Feliciſſimo à ſe Romæ excommunicato. Ita Epiſcopi in Hiſpania Tarraconenſi apud Cæſaream Auguſtam, Legionem & Aſturciæ ad Cyprianum ejúſque collegas de Baſilide & Martiali, quòd propter abnegationem Chriſti & idololatriæ contaminationem ab Epiſcopatu ſint remoti, & petierunt, ne alii Epiſcopi in Africa cum ipſis temere communicarent. (*i*) Ita eadem fuit ratio cum receptis in gratiam. An.253.

§. 12.) Romanum itaque hoc anno Concilium Sede vacante, habitum circa lapſos, ſi modò Concilium dicendum, quidpe inſcriptio ejus ad Cyprianum (*k*) ita ſe habet: *Cypriano Papæ* (ab ipſo Clero Rom. ita vocatur) *Presbyteri & Diaconi Romæ conſiſtentes, ſalutem.* Tamen in fine epiſtolæ fatentur, *ſe de hoc negotio quæſiſſe cum quibusdam Epiſcopis vicinis & quos ex aliis provinciis longè poſitis, perſecutionis ardor ejecerat* &c. Ergo Presbyterorum & Epiſcoporum nomina pro æqualibus habentur. Mireris autem quantum privilegii & præeminentiæ inde Sedi Romanæ quærant adverſarii, utpote Baronius (*l*) ſtatuiſſe hoc Concilium ait, ut infirmi quidem & de vita periclitantes, prævia confeſſione & pœnitentia, reciperentur; aliorum verò reconciliatio ad electionem novi Pontificis Romani ſuſpenderetur. Non alii Pariſini T.1. p.357. Sic verò habent verba: *Ante conſtitutionem Epiſcopi nihil innovandum putavimus, ſed lapſorum curam mediocri-* Rom. Concilium.

ter

f) *Vid. Claudium de Reformat. p.166.* (*g*) *Vid. T.1. Conc. ed. Ven p.369* (*h*) *L.1. Ep.3.* (*i*) *L.1. Ep 4.* (*k*) *Epiſt. Cypr. l.2. Ep.7. al.64. eadem extat T.1. Conc. Ven.363. & 369.* (*l*) *à §.75. Spond. § 15. ita Starav. p.17.*

Digitized by Google

An.253. *ter temperandam eſſe credidimus, ut interim dum Epiſcopus dari à Deo nobis ſuſtinetur, in ſuſpenſo eorum, qui foris poſſunt dilatione ſuſtineri, cauſa teneatur.* De ſua nim. diœceſi Romana loquuntur: unde non dicunt *Catholica Eccleſia, ſed nobis dari Epiſcopus* &c. Statim initio epiſtolæ laudant Cypriani affectum, quod præter officium de hoc conſulere voluerit: *Quod te, frater Cypriane, facere non mirum eſt, qui pro tua verecundia, & ingenita induſtria, conſiliorum NB. tuorum nos non tam judices NB. voluiſti, quàm participes invenire, ut in tuis rebus geſtis laudem tecum, dum illas probamus, inveniremus, & tuorum conſiliorum bonorum cohæredes, quia & affirmatores & conſenſione ſociati, eſſe poſſimus &c.* Unde apparet, quo animo Cyprianus ſcripſerit Romanis, & quo ſenſu id ipſum Romani acceperint.

Vicarii Papæ qui. §. 13.) In quovis Epiſcopatu vacante nihil innovandum Canoniſtæ cenſent. Cyprianum in unius Epiſcopi Rom. ſententia non omnia collocâſſe inde adparet, quòd Sede vacante Romam ſcripſit: & quòd non ſoli Epiſcopi, ſed Presbyteri etiam, Diaconi, Confeſſores atque Laici convocati conſilia æqualiter contulerunt, adeoque omnium ordinum homines interfuerunt, controverſiam communiter examinaverunt & decreverunt. Unum in hoc Concilio ſententiam non dixiſſe ex hac Epiſtola adparet: *Nondum*, inquiunt, *Epiſcopus conſtitutus* (poſt Fabianum) qui *omnia iſta moderetur, & eorum, qui lapſi ſunt, poſſit cum authoritate & conſilio habere rationem, &c. Collatione conſiliorum cum Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, Confeſſoribus pariter, ac ſtantibus laicis facta, lapſorum tractare rationem. Perquam enim laborioſum & invidioſum videtur, non per multos examinare, quod per multos commiſſum videatur fuiſſe, & unum ſententiam dicere.* (Romani Romæ hæc ſcribunt) *cùm tam grande crimen per multos diffuſum notetur exiiſſe, quoniam nec firmum decretum poteſt eſſe, quod non plurimorum videtur habuiſſe conſenſum.* Optâſſent quidem habere præſidem Epiſcopum aliquem Romanum, at quia caſus ita tulit, ut Sede vacante, hæc quæſtio tractanda fuerit, eam cognoſcere, examinare, & de ea decernere ſibi licere omnino putârunt, & de facto oſtenderunt, ratúmque eſſe voluerunt. Concilium itaque legitimum Capite Viſibili Eccleſiæ opus non habet. Sanderus l.7. poſt Fabiani hujus mortem Presbyteros & Diaconos curam geſſiſſe ad tempus Univerſalis Eccleſiæ ſcribit. Ita Baronius teſtatur, Clerum Rom. omnium Eccleſiarum curam ſuſcepiſſe, proptereáque, abſente Cypriano, ad Carthag. Clerum ſcripſiſſe & monuiſſe, advertant nequis à recta via declinet. Nempe *vice paſtoris,* inquit, *demortui Fabiani munere functus, mittit etiam Eccleſiis, quid in lapſorum negocio decretum.* (m)

§. 14.) Ergo vicarius vicarii eſſe poteſt. *Ergóne*, rogat Mornæus (n) *mutua hæc charitas, hæc conſiliorum communicatio, plenitudinem poteſtatis evincet? præſupponet? Eccleſia verò aliqua, ſi aliam conſuluerit, libertatem ſuam perdi-*

m) *Bar.* §. 26. *ſeq* & 32--34. & 77. 78. 81. (n) *Myſt. iniq. p.* 28.

Digitized by Google

perdiderit? prodiderit? Quæ conſilium alteri dederit, ſuam fecerit, in ſervitutem mancipârit? Conſilium porrò ultrò dediſſe nobis dominationis uſurpandæ prætextus, ſiu: vicinis ſervitutis præjudicium erit? Ita ſanè multa capita habebimus, eáque integras Eccleſias, uti quoque hoc loco, quandoquidem omnibus hoc fuit in uſu. Ergone tot Cypriani epiſtolæ in diverſis cauſis, iiſque magni momenti ad Epiſcopum, ad Clerum Rom. ſcriptæ, quibus eos inſtruit, hortatur, conſulit, interdum & graviter & gnaviter coarguit. Adde quòd illa Cleri Rom. epiſt. ad Clerum Carthag. nec in edit. Manutianâ, nec in pleriſque etiam manuſcr. quod ipſe Pamelius agnoſcit, reperiatur. Inſuper rectè Blondel. (o) quærit, num conſenſus ſeu adſtipulatio, ſuperioritatis & ſupremæ poteſtatis indicium ſit, ut putat cum ſuis Collector Concil. ed. Pariſ. T. 1. p. 340. Atqui probat hîc Rom. Eccleſia ſententiam & diſciplinam Carthaginenſis. Totum ergo Clerum Rom. vices ſublati Fabiani tum egiſſe agnoſcant: id quod ſanè haud gravatim admittimus, non autem in Univerſalem, ſed in ſuam particularem Eccleſiam Rom. nî Univerſali plura Capita Viſibilia tribuere, vel penitus ἀκέφαλον eam reddere malint. Ut igitur presbyterium Carthag. abſente Cypriano, ita hîc Romanum ſubtracto Fabiano, ſuam rexit Eccleſiam. Atqui ſi de Epiſcopis Presbyteriorum præpoſitis loca Act. 20. 17--28. Philip. 1. 1. &c. interpreteris, quas habebimus hîc Eccleſias? Ergo Epiſcopis Eccleſiæ jam conſtitutæ aliquando ſine damno carere poſſunt, imò in caſu debent; Presbyteris nunquam. (p) An. 253.

§. 15.) Ob acerbiſſimam perſecutionem, quæ in Ægypto etiam graviter ſævit (q) *Paulus* ex inferiori Thebaida oriundus, an. æt. 23. ſeceſſum in eremum quæſivit, poſtquam anno æt. 15. parentes amiſit, ac cum ſorore hæreditatem locupletem adiit. Præcipuam ſeceſsûs cauſam adducunt, quòd inſidias affinis totam hæreditatem affectantis animadvertens, ejúſque proditionem metuens, fugâ ſaluti ſuæ conſuluerit. Dum autem perſecutionis finem præſtolatur, neceſſitatem in voluntatem vertit, atque ad vitæ uſque finem Anachoreticam vitam egit. (r) Adeóque hæc perſecutio primam occaſionem vitæ eremiticæ dedit, ex qua poſtea Monaſtica originem ſumpſit. (s) Hic anno æt. 113. viſitatus ab Antonio, tunc nonagenario deceſſit. *Antonius* autem, ſecundus poſt Paulum, anno æt. 105. diem ſuum clauſit. Vitam Pauli præcipuè Hieron. deſcripſit in vitis Patrum. Seriùs autem Anachoretas ideo ponunt alii, quia diu Paulus latuit, & vixit. At aliud longè vitæ ejus inſtitutum, rationem & ſcopum fuiſſe, quàm ſubſequentium, res ipſa docet. Neceſſitate adactus initio hoc aggreſſus, nec ſolus ipſe, ſed infiniti alii, quia imbecillitati carnis parùm fidentes, atque adeò abnegationem divini nominis & pœnas intolerandas metuentes, putaverunt & puritati

Paulus Eremita.

vid. an. 343. & 358.

vid. an. 64. § 5. de Eſſenis. an. 301. de aſcetis. an. 328. de Cœnobitis.

(o) de prim. p 100. (p) Blondel. de Epiſ. 183. (q) Soz. l. 1 c. 13. (r) vid. Hoſpin. de Mon. l. 2. c. 3. & de feſtis Chriſt. ad 9 Jan. Sulpit. Dial. 1. c. 11. Otto Friſing. l. 4 c. 5. (s) Horn. hiſt. Eccl. p. 71. Korth. 320.

An.253. tati fidei, & ſaluti corporis fugâ eſſe conſulendum. (t) Tantum verò abeſt, ut hoc modo laqueum ſibi injecerint, ſeu voto ſe obſtrinxerint, ut ubi remiſiſſet furor perſecutionis, plures redierint ad ſua: alii verò in caſis illis ſuis ſua ſponte ſibi vivendum exiſtimârint, ne immundo mundi conſortio polluerentur. Conf. ex V. T. Hebr. 11.37. De Antonio Lambec. T.3.p.151.

Alii. *§.16.*) Itaque Antonium in hoc vitæ inſtituto multi alii inſequuti ſunt, inter quos præcipui fuerunt *Hilarion*, primus per Palæſtinam & Syriam Eremita, *Paulus* cognomento *Simplex*, *Amon Ægyptius*, *Eutychianus*, *Macarii duo*, *Pambo*, *Paphnutius*, *Apollonius*, *Anub* &c. qui per Palæſtinam, Ægyptum, Lybiam, Syriam, Arabiam, aliáſque regiones Eremiticam & Cœnobiticam vitam degerunt. (*u*) Itaque Deo ita ſervientes toti incumbebant precibus, lectionibus, meditationibúſque ſacris, denique & laboribus, quibus victum ſibi quærebant, adeóque nemini moleſti erant. Hæc ita in Oriente, in Occidente fuit *Benedictus Nurſinus*, cujus ſoror *Scholaſtica*. (*x*) Alii autem Monachi ab Eremitis: ex illis variæ deinde familiæ ortæ, inpr. circa X. ſeculum: ſeculo medio XII. *quatuor Mendicantium Ordines*. (*y*) Confundit omnia, ordinémque intervertit Caſalius c.52.pag.219. cùm ait: *VI. genera Monachorum etiam priſcis temporibus* (ſanè non duobus primis ſeculis) *extiterunt, quorum tria ſanctiſſimè vixere: nempe Cœnobitarum* (at hi primi neutiquam erant) *i. e. in commune viventium. 2. Eremitarum, qui procul ab omnibus deſerta loca, & vaſtas ſolitudines habitâſſe perhibentur: aqua & pane contenti, divino tantùm colloquio perfruebantur. 3. Anachoretarum, qui includentes ſemetipſos in cellis, procul ab hominibus in ſola Dei contemplatione perſeverabant. Alia tria genera planè diſſimilia ſunt, teterrima, & omnibus modis evitanda.* Primùm autem iſthæc vita Eremitica & maximè apud Ægyptios floruit, invento planè humano: nec injuriâ ab Evangelica & Apoſtolica vita diſtinguitur. (*z*) Adde quòd priorum Monachorum i. e. ſolitariorum hominum vita auſtera fuerit omnino, eorúmque digiti callis magis, quàm annulis aureis rigebant: de quibus Palladii Lauſiaca hiſtoria, ut & Theodoreti Θεοφιλής conſulantur. Ex primo hoc & ſimplici vitæ inſtituto monaſteria tandem orta & collegia frequentiſſima, quæ illuſtres ſcholarum & artium liberalium officinæ fuerant & palæſtræ, unde multi viri inſignes, docti, Eccleſiæque perutiles prodierunt. Hodierna itaque ratio à primæva illa δὶς διὰ πασῶν differt: unde Polydorus: (*a*) *Si quispiam ex noſtris Monachis, qui regifico menſarum apparatu vivunt, qui voluptates libare peritè nôrunt, qui honores gnaviter ambiunt, qui pecuniæ ſtudium ſemper immodicum habent* &c. (*b*) Inde quoque infinita penè figmenta religionum orta, innumerabiles Monachorum greges atque genera Auguſtinianorum, Battulorum

(*t*) *Bulling. de Orig. err. p.25. b.* (*u*) *Zepper. Polit. Eccl. l. 1.c.8.p.90.* (*x*) *Burmann. ſyſt. Theol. l.8.c.12. à § 6.* (*y*) *ib. §. 11.12.* (*z*) *Polyd. l.7.c.1.* (*a*) *l. all.* (*b*) *Arnd. in Erem.*

rum, Benedictinorum, Bernardinorum, Carmelitarum, Cappucinorum, Carthuſianorum, Cœleſtinorum, Dominicanorum, Fratrum ignorantium, Franciſcanorum, Hieronymitarum &c. (*c*) Cum ipſis profeſſionibus religio paſſim collocari cœpit in iis, quæ corporis magis exercitationem, quàm animi emendationem in ſe continent. Adeò etiam iſta otioſorum hominum creverunt conventicula, ut Valentinianus & Valens Cæſſ. edictum proponerent, *nequis vegeti corporis animíque donis præditus ad ſolitudines abeundo, Reipublicæ muniis ac ſubſidiis neceſſariis ſe ſuásque opes ſubduceret, ni malit extrahi de latibulis.* (*d*) Imò quod longè peſſimum, Bellar. de Mon. Eremitarum ordinem ſanctum, perfectum & Deo gratum facit ob ſolitudinem & aſperitatem vitæ: Monachorum diſciplinam non ſibi ſoli, ſed & aliis mereri cum ſuis contendit. (*e*) Non itaque vel treſſi valet, cùm vel Eſſenos, vel Johannem Baptiſtam, vel Paulum hunc, aut Antonium pro ſe allegant, quandoquidem penitus degenerârunt in fide & vita, prout copioſè id à noſtris oſtenſum, ita ut moderna Monachorum origo non ſit antiqua: propterea veterum vel exempla, vel teſtimonia hîc planè impertinentia. Rectiùs hos à Phariſæis h. e. ſeparatis tum ob diſciplinam, tum ob religionem deduxeris. Non malè Friſingenſis (*f*) fuerunt his diebus (circa an. 260. & ultrà) clariſſimi regni Chriſti principes Paulus & Antonius, primi Eremitæ. Aſt quid hoc ad modernos? An. 253.

§. 17.) Variat calculus de Monachorum origine, ratione tum ſeceſſionis, tum deceſſionis partim Pauli, partim Antonii (*g*) vel etiam aliorum. Joh. Medus (*h*) ad an. 360. primam inſtitutionem cultûs Sanctorum refert: circa quod tempus etiam Paulo Thebæo & Antonio authoribus, ipſe Monachatus exortus ſit. Ratione inſuper dogmatum & progreſſuum diſſentiunt, unde Hier. in epit. Marcellæ teſtatur, nullam fœminam illuſtrem tum (anno 343. quando Paulus obiit) ſciviſſe Romæ quidquam de profeſſione Monaſtica, neque nomen illud, utpote vile & ignominioſum, accipere auſam fuiſſe, propter novitatem rei &c. Quin ex Gentilibus atque hæreticis originem ducere, manifeſtum faciunt viri docti. Ex ejuſmodi ergo principiis varietas religionum ſive ſectarum vel Ordinum religioſorum, quos vocant, orta inter ſe proh quantopere! differentes diſſidentéſque, de quibus præter Hoſpin. atque alios, vide Cham. T. 5. l. 20. c. 23. In ſpecie de Eremitis cap. 7. Concil. Chalc. c. 4. & ex eo Grat. 16. q. 1. qui verè & 18. q. 2. quidam Monachorum. Plura de ſingulorum privilegiis ſuis locis vide. (*i*) *Monachorum origo.*

§. 18.) De VII. Decii Satellitibus ſeu Aulicis, quos VII. Dormientes vulgò vocant, Baron. ad an. 254. §. 25. Spond. ad hunc an. §. 18. quos modeſtiùs juvenes appellant Chriſtianos qui de fide periclitantes, ac tormen- *VII. Dormientes.*

c) Fulmen br. p. 15. inpr. Hoſpin. de Monach. (d) vid. Kipping. Polit. l 2 c. 15. à § 3 (e) Arnd. à p. 798. (f) l. 4 c. 5. (g) Baron. ad an 328. §. 16. Spond. §. 3. (h) tr. de Apoſtaſia p. 207. (i) Vulſo l. 3. c. 19. à p. 212.

An.253. ta fugientes, alió ſe contulerint, ac propter cœli injuriam in antro quodam montis Celii ſeſe abdiderint, ubi ſomno oppreſſi demum Conſtantini ætate excitati redierint. Alii dicunt intra ſpeluncam conſummâſſe martyrium, ac ſub Theodoſio Juniore reſerato oſtio, inventis eorum corporibus veluti redivivos iterum apparuiſſe. Scilicet mortui obſtructum foramen perrumpere non potuere. De iisdem multa lepidè, ut ſolet Jac. de Voragine cap. 96. Dum huic fabulæ fidem dat Eutychius Patr. Alex. (k) ſuam ἐυπιςίαν prodit: evigilâſſe tandem ſub Theodoſio, (l) dormiviſſe autem in ſpelunca 372. annos (m) dicit, quæ ſupputatio minimè convenit, ideo alii 200. annorum ſomnum faciunt. Vocantur hi in Martyrol. R. ad 27. Julii *Maximianus, Malchus, Martianus, Dionyſius, Joannes, Serapio & Conſtantinus.* Utut verò Annaliſta rhetorum more, καθύπνον ſeu Endymionum exemplis corroborare has nænias ſatagat, tamen mavult tandem allegoricè fabulam interpretari, quòd videl. VII. illi juvenes in antro illo Martyrium conſummaverint, & quòd poſtea temporé Theodoſii ibi reperti, ex improviſo quaſi redivivi viderentur. At Legendarii locum huic Allegoriæ non dant, nec audet Baronius ſenſum literalem ſimpliciter negare, ne ſua evertat principia. Simile omnino commentum Turcæ habent ex Surata 28. ac ipſi etiam Perſæ; vid. Hornbekium in Summa controv. l.3.p.123. & in Saadia Olearii l. 1. c. 6. Adi Chamier. T.2. l.16. c.11. §.17. Hoſpin. ad 27. Julii. Nos iis hæc relinquamus, qui fumis paſcuntur, atque creaturas & inania unius Dei vice colunt.

Vid. an. 446. §.6.

Chære-

De *Chæremone* Nilopolitano refert Euſ. (n) eum ætate penitus exacta, unà cum uxore perſecutores fugientem ad montana Arabiæ, nuſpiam apparuiſſe. Et licet fratres illum & uxorem aliquoties quærerent, neutrum tamen invenire potuiſſe. Unde conjectârunt quidam, illos viros in cœlum ſublatos. At Euſebius multos à barbaris captos fuiſſe teſtatur, quos inter etiam hi eſſe potuerunt.

Alex. Hieroſ.

§. 19.) Alexander Hieroſ. Epiſcopus ſenex & annoſus, poſt egregiam coram præſide confeſſionem apud Cæſaream in carcere inter tormenta expiravit. Bar. §. 125. Spond. §. 20. Huic Eutychius (o) nonniſi VII. annos attribuit. At de Alexandro Hieroſ. jam ad an. 199. actum: ac de eodem Euſ. l.6. cap. ϑ. & ι. inpr. λϐ. Lat. 32. Ei Narciſſus ordine XXXV. in Sede præceſſit, juxta Niceph. & Eut. Secutus Alexandrum Mazabanes, Μαζαβάνης; Eutychio Marzaban. vide Hier. in Catal. ſub voce Alexander. Eximiam hic Bibliothecam collegit, ex qua materiam hiſtoriæ Eccleſ. ſe ſumpſiſſe Euſebius teſtatur. (p) Inter alia ordinavit Originem, uti vidimus ad an. 230.

In

(k) P.391. (l) P.531. (m) p.535. (n) l.6.c.42. (o) p.395. (p) Hoſpin. de Templ. 439.

In hac calamitate Dionyſium quoque Alex. Epiſcopum divino monitu (q) ut & poſtea ſub Valeriano (q) multa perpeſſus, carceres, tormenta, ſed tamen vitæ relictus, & tyrannis cæſis ad ſua reverſus, utilem Eccleſiæ operam navavit. (r) De obitu illius vid. an. 266. *An. 253. Dionyſ. Alex.*

Eodem tempore Babylas Antioch. celebris Epiſcopus in vinculis vitam deſeruit (s) aliis gladio percutitur. Martyrol. ad 24. Jan. Vitæ finem ſortitus eſt in vinculis ferreis, cum quibus & ſuum corpus ſepeliri mandavit. (t) Euſebius ſimpliciter fidei confeſſionem prætendit, alii quod Decium ab ingreſſu templi prohibuerit, quod vix credibile. Numero XIII. dicitur Ant. Epiſcopus Nicephoro, ſucceſſorem habuit Fabium. (u) Extat de Babyla oratio Chryſoſtomi. alii tres fratres, alii tres liberos, alii tres pueros cum eodem paſſos dicunt, hos Martyrologium Urbanum, Prilidianum & Epolonium vocat. Quanta in Legendis ſomnia venditentur Urſinus (x) & copioſe Dallæus (y) demonſtrant, quando Galeſinius & Baron. in prioribus Martyrologii editionibus ſociam huic Babylæ *S. Synoridem* adjungunt, decepti homilia Chryſoſtomi quarta de Lazaro, ubi ita habet: *Non exiſtimavimus eſſe tutum B. Babylæ & ſynoridis (id eſt bigæ) ſanctorum Martyrum, qui Babylam ſequuti ſunt, rectè facta præterire.* Porrò mentio fit ſepulchri Babylæ in Tripart. l. 6. c. 31. Hic animo præſagiens futuram perſecutionem ſub Decio, in tempore ſuos ſedulò ad conſtantiam & perſeverantiam adhortatus. Decium ab eodem excommunicatum contendunt Monarchici, quò faciliùs colla Imperatoribus, Principibus & Magiſtratibus frangere queant. Aſt quî excommunicari potuit Decius, qui in gremio Eccleſiæ nunquam fuit? Quicquid heîc factum id nulla Eccleſiaſtica poteſtate publica, ſed privato Zelo, S. Spiritûs afflatu factum, quia ad Martyrium Babylas properabat, à Sacris adytis repulit gentilem impium, & homicidam ſanguinolentum. (z) *Babylas Ant.*

§. 20.) Inter alia Moſes, Maximus Rom. Eccleſiæ Presbyteri, atque alii, ibi ob veritatem in carcere detenti (a) ſcribunt ad Cyprianum eum rogantes, ut pro ſe apud Deum intercedatur, quò conſtantes ſint in confeſſione: ubi nullius Sancti ulla fit mentio. *Moſes & Maximus.*

Terentius & Africanus Martyres Bar. §. 98. Martyrol. ad 10. Apr. Quorum corpora juſſu Theodoſii M. adeoque demum poſt annum 379. ad 10. Kal. Oct. Conſtantinopolin translata, ut Theodorus Lector in collectaneis l. 2. habet. *Terentius & Africanus.*

Bar. §. 117. Inpr. 120. Origenis lapſum ſeu thurificationem negat: *Orig. lapſus. vid. an. 256. §.*

q) *Bar. §. 100. ſeq. Spond. §. 15.* (q) *Bar. ad. an. 260. à § 20. Spond. § 15. ex Euſebio narrant.* (r) *Euſ. l. 6. c. 23. 24. l. 7. c. 5. 7. 9. Kortholt. à p 314.* (s) *Euſ. l. 6 λϐ Lat 32.* (t) *Bar. §. 127. ſeq Spond. §. 20.* (u) *Huet. in Orig. l. 1. c. 4. §. 1.* (x) *L. de Eccl. Germ. p. 230.* (y) *De Patrib. p. 97--99.* (z) *De Dom. l. 6. c. 9. §. 20. & 28. Conf. Horn hiſt. Eccl. p 71. Korth. 329.* (a) *Inter Cypriani Epiſtolas epiſt. 26.*

An.254. gat: adeoque ab alio ad Epiphanii hæreſ.64. additam illam hiſtoriam dicit. Ab eodem ſtat Huetius l.1.c.4.ſ.6. ubi tamen plures alios adducit qui idem cum Epiphanio teſtantur. Licet autem non Alexandriæ, neque fortè ſub Decio hoc factum, fieri tamen potuit. Conferant illi, quibus plus otii.

JESU CHRISTI *Annus* 254.

GALLI & VOLUSIANI } *An.1. Spond. at Bar. DEC. 2.*

Feliciſſimus & Novatus.

§. 1.) Sedes vacat juxta Bar. at Spondano eſt annus Cornelii I. Coſſ. Meſſius Quintus Trajanus Decius III. & Gratus II. Europæ, Aſiæ atque Africæ Martyres miſſos facientes rectà ad Novatianum ſchiſma tranſeamus, quod in Africa ope Feliciſſimi, Presbyteri Carthag. factioſi & ſcelerati ortum, antequam Cyprianus Eccleſiæ ſuæ reſtitueretur; ut enim hic initio Cypriani electioni adverſatus fuerat, ſic jam captata occaſione ejus ſeceſſûs, cum aliis quinque Presbyteris tum Lapſos, tum Confeſſores, quos ob levitatem Cyprianus redarguerat, in ſuas partes adduxit, eoſdem ſeorſim in monte quodam collegit, & excommunicationem in Cypriani aſſeclas pronunciavit, quam in auctores Cyprianus revibravit, ac per Epiſcopos quoſdam & Presbyteros ubique promulgandam curavit. (*a*) Feliciſſimus ergo auctor *Montenſium*, qui orandi cauſa in montem conveniebant. Alii autem quinque hoc nomine in Martyrol. Rom. veniunt, ex quibus unus Diaconus & Martyr Africanus, laudatus à Cypr. (*b*) alius Martyr Rom. (*c*) Duo ergo ſchiſmata in Africa extiterunt ſibimet contraria, ſicut enim Feliciſſimus erravit in exceſſu, omnes promiſcuè ſine mora pœnitentiæ recipiendo, ſic Novatus in defectu. (*d*) Novatum Epiſcopum fuiſſe in Africa Bar. (*e*) inde concludit, quòd Cyprianus ad Cornelium (*f*) ait, *Eum Feliciſſimum ſatellitem ſuum Diaconum ſua factione & ambitione conſtituiſſe.* Nimirum putat Cardinalis neminem niſi Epiſcopum poſſe Diaconum creare: at verò ceu factionis caput, cujus Epiſcopum & ducem fuiſſe libenter concedimus, Diaconum creâſſe cenſendus, ex Cypriani ſententia. Aliter de eo Spondanus (*g*) quòd in Africa cum Feliciſſimo pro lapſis pugnârit, Romæ adverſus lapſos egerit. Alii contrà exiſtimant, etſi aliud longè Novatus à Feliciſſimi ſententiâ, maximéque diverſum ſentiret, nec palàm ſe proderet, ſchiſma tamen

a) Vid. Inſtr. Forb. l.12. c.11. à §.1. ex Ep. Cypr. 38--40. (b) Bar. ad an. 260. §. 60. vid. Martyrol. ad 26. oct. (c) Ib. ad 6. aug. (d) Bar. §. 61. (e) §. 59. Spond. §. 4. (f) L.2. Ep. 8. (g) §. 10.

An. 254

tamen Feliciſſimi hac ipſa ratione foviſſe & incendiſſe, & hunc ipſum in finem, ut ſchiſma excitaret, Romam abiiſſe. Novatum ſtatuiſſe vulgò credunt, unam ſaltem dari pœnitentiam, ſeu lapſos poſt Baptiſmum in gratiam non recipiendos, itaque ſpem ſalutis lapſis ademit, etiamſi dignè pœnituiſſent, unde ad deſperationem multos adegit. Arndius (*h*) ejus dogma fuiſſe vult, quòd penes Eccleſiam reconciliandi jus non ſit. Quia ipſe ad pœnitentiam admonuerit lapſos: Socr. l. 4. c. 13. Ambr. l. 1. de pœnit. c. 2. Irregularis autem licet initio fuerit, Presbyterii tamen gratia ipſi facta. (*i*)

§. 2.) Novatiani ſeu etiam Novatianenſes, non à Novato, utut auctor dogmatis, ſed à Novatiano Presbytero Romano, à Novato eò facilius ſeducto, quòd hic Novatianus ad Epiſcopatum adſpirans in odium Cornelii novum hoc dogma fovit, unde ab ipſo Novato præceptore & duobus aliis Epiſcopis Romæ Epiſcopus creatus, quemadmodum ab eodem Novato in Africa Nicoſtratus factionis & ſuarum partium Epiſcopus creatus eſt. (Blondel. l. c. præf. p. 54.) Et ſic ſchiſma Romæ primum excitatum. Novatianorum ſurculi Donatiſtæ. Tam altas verò hoc conflatum ſchiſma in Africa egit radices, ut nec multis ſeculis valuerit quavis arte convelli. Novati dogma interpolavit initio IV. ſeculi Meletius, unde Meletiani, ut verò Novati & Novatiani nomina ferè confunduntur ab antiquis ſcriptoribus, ab aliis amborum in unum conflantur, (*k*) ita Catharos aliqui eoſdem cum Novatianis faciunt, alii Novatianorum nonniſi ſurculos & rivulos illos cenſent. (*l*) Adi Steph. Keukelium de hæreſi Novatiana 4. argent. 1651.

1. Rom. ſchiſma.

§. 3.) De Africanis Conciliis rectiſſimè Juſtellus: (*m*) *De ÿs*, inquit, *multa traduntur & falsò, et præpoſterè, & confusè à Conciliorum Collectoribus, qui imperitè & ſine ordine miſcent, quæ diſcernenda ſunt, quâ de re viri docti olim queſti ſunt, &c.* Meritò autem primum Concilium Carthag. de Lapſis hoc loco collocatur, & Romano ſub Cornelio habito præmittitur: (*n*) Malè verò poſtponit auctor libelli Synodici, de quo ita c. 22. *Collecta* (Synodus Carthag.) *à ſacro Martyre Cypriano, qui ejus erat Epiſcopus, aliiſque 84. Epiſcopis: quæ Novatum, utpote pœnitentiam lapſis negantem, abdicavit.* De eodem ipſe Cyprianus (*o*) ad Antonianum: *Secundum quod*, inquit, *antè fuerat deſtinatum, perſecutione ſopita, cùm data eſſet facultas in unum conveniendi, copioſus Epiſcoporum numerus, quos integros & incolumes fides ſua, et Domini tutela protexit, in unum convenimus, et ſcripturis NB. diu ex utraque parte prolatis, temperamentum ſalubri moderatione libravimus, ut nec in totum ſpes communicationis & pacis lapſis negaretur, &c. nec tamen rurſus cenſura Evangelica ſolveretur, ut ad communicationem tamen proſilirent; ſed traheretur diu pœnitentia, & rogaretur dolenter paterna Clementia, et examinarentur cauſæ, & vo-*

Africana Concilia.

h) *Arnd. de diſcipl. Eccl. §. 24.* (*i*) *Euſ. l. 6. c. 43. Blondel. de Ep. 169.* (*k*) *T. 1. Conc. p. 392. ed. Ven. ex Euſ. l. 6. c. 35.* (*l*) *Dana in Aug. c. 38.* (*m*) *Cod. T. 1. p. 316.* (*n*) *Bar. §. 85. coll. cum §. 90. Staræv. p. 18.* (*o*) *Ep. 52. ſeu l. 4. Ep. 2. Bar. §. 88. Juſtel. T. 1. 313.*

Digitized by Google

An. 354 *& voluntates, & neceſſitates ſingulorum. Ac ſi minus ſufficiens Epiſcoporum in Africa numerus videbatur, etiam Romam ſuper hac re ſcripſimus ad Cornelium collegam noſtrum, qui & ipſe cum plurimis coëpiſcopis habito Concilio, in eandem nobiſcum ſententiam, pari gravitate, & ſalubri moderatione conſenſit.* De hoc pulchrè, ut omnia, Dallæus (p) *Duo fuerunt Chriſtianorum ordines Fideles et pœnitentes, illi erant, qui ad S. Euchariſtiam liberum acceſſum habebant; hi qui in aliquod in canonibus notatum crimen lapſi, à ſacra menſa tamdiu excludebantur, donec pœnitentiam publicam ex præpoſitorum judicio inflictam peregiſſent, atque ita ſatisfeciſſent. Sed ea aliquando fuit antiqua Eccleſia in peccantes ſeveritas, ut qui eſſent graviſſimorum delictorum, ut idololatriæ, aut adulterii manifeſti, eos ab Euchariſtia communione & pace Eccleſiaſtica in perpetuum inexorabiliter ſummoverent. Non diu tamen ſtetit hic rigor; ſed paulatim ab Epiſcopis mitigatus eſt, nemini quantumvis criminoſo, præciſa ſpe veniæ et pacis, quod non ſimul ſemélque factum eſt.* Tertium tamen genus Chriſtianotum adhuc fuiſſe dicendum, *Catechumenorum* videlicet, qui fidelibus non adnumerabantur, de quibus alibi habes. Verùm redeamus ad Cyprianum. Itane verò loquendum fuiſſet, ſi reliqua Concilia à Romano unicè dependiſſent. Inde ſimul Carthag. Concilium præceſſiſſe Romanum colligas. In eundem ſenſum idem Cypr. ad Cornelium Rom. Epiſc. (q) *Statueramus quidem jam pridem, frater chariſſime, participato invicem nobiſcum conſilio, ut, qui in perſecutionis infeſtatione ſupplantati ab adverſario, & lapſi fuiſſent, & ſacrificiis ſe illicitis maculâſſent, agerent diu pœnitentiam plenam: & ſi periculum infirmitatis urgeret, pacem ſub ictum mortis acciperent, &c.* Ubi obſerva. 1. Cyprianum convocâſſe & præſediſſe. 2. Synodum plenè cauſam cognoviſſe & definiviſſe. 3. Quare illam Cornelii approbationem ſive cenſuram neutiquam expectâſſe. Vide Bevereg. T. 1. p. 365.

Vid. an. ſeq. §. 8.

§. 4.) Lapſis itaque reditum ad Eccleſiam poſtulantibus, pacem & reconciliationem concedendam eſſe decernunt, ſi impoſitam ſibi pœnitentiam adimpleviſſent: ídque ordinariè obſervari conſtituerunt, niſi vitæ extremum periculum aliud ſuaderet. Nimirum gemina in Africa orta eſt quæſtio, utrum lapſis prorſus deneganda venia, an eis concedenda abſque publica pœnitentià; & paſſim à multis in re utraque peccatum. De hoc T. 1. Conc. ed. Ven. (r) Decretum ut *Libellatici*, tanquam qui minus deliquiſſent, admitterentur, *Sacrificati* verò diu pœnitentiam agerent, nî periculum infirmitatis urgeret. At verò Libellaticis tam facilè pacem datam non perſudeor, nî eos intelligas, qui certâ pecuniâ pacem redemerunt. Confer annum præced. item Cypr. Epiſt. 52. & 54. Cyprianus jam antè, ſuo, aliorúmque Presbyterorum & Diaconorum conſilio literas ad Clerum ſcripſit, eáſque paſſim legi curavit: in quibus judicavit, lapſos pœnitentes & communi-

p) *De cultu Lat. l. 6. c. 2. p. 734.* (q) *Ep. 54.* (r) *P. 369.*

municationem deſiderantes è vita diſceſſuros abſolvendos eſſe: cœteros autem non priùs, quàm communicato cum aliis Epiſcopis conſilio recipiendos: *non enim paucorum, nec unius Eccleſiæ* (en ad unam Sedem Rom. minimè provocat) *aut provinciæ, ſed totius orbis hanc cauſam eſſe*, prout in ſuperioribus jam percepimus. Quare licet aliquoties Romam ſcripſerit, ab illa tamen non dependit, nec illam ſolam conſuluit, quia de eadem re ad multos alios fratres, collegas, confeſſores & Epiſcopos ſcripſit, & viciſſim hi ad ipſum. *(s)* Ita Fortunatus, Haymus, Optatus, Privatianus, Donatus & Felix *(t)* quæſtionem ad Cyprianum deferunt: An Ninus, Clementianus & Florus primùm nomen Domini confeſſi, & poſtea vi tormentorum convicti, cùm per triennium publicam pœnitentiam egiſſent, ſint abſolvendi & ad communionem recipiendi: & rogant, ut congregato Concilio ſacerdotum plurium, ſibi reſcribat ſententiam, quod ſe poſt paſcha facturum pollicetur. Unde vides præſens hoc Africanum Concilium non à præcedentis anni Romana Synodo, à Clero celebrata, dependiſſe, quin illam Cypriani ſententiam, prius editam, obſervâſſe. Neque primatûs R. ullam rationem haberi majorem, quàm cœterarum Eccleſiarum. Solebant olim etiam, ſi qua erant orta ſchiſmata in Eccleſiis ſuæ provinciæ, illuc abire, eaque unà cum vicinioribus coepiſcopis & Presbyteris componere, quantum fieri potuit; cujus rei exemplum in hoc ipſo Concilio, ínque aliis habes, ut in quæſtione de hæreticorum baptiſmo plurimæ Eccleſiæ à Romana diſſentiebant, ita non minus quod ſpectat pœnitentiam idololatrarum, homicidarum & adulterorum. Tertulliano ſuperſtite Romæ ſcortatores & adulteri, pœnitentia quadam, quæ ipſis imponebatur, defuncti ad Eccleſiæ communionem admittebantur: Tertullianus, Montaniſta factus, reclamat vehementiſſimè librúmque pro contraria ſententia edit. Ab hac Romanorum ſententia non modò Africæ nonnulli orthodoxi Epiſcopi erant alieni, ſed & Hiſpanienſis Eccleſiæ Antiſtites, qui Petavii *(u)* ſententiâ, nonniſi tardiùs & longo póſt tempore ad lenitatem illam infracti fuerunt, & priſtinam ſeveritatem ad Paciani Barcin. Epiſcopi tempora retinuerunt. Dallæ de Patr. cap. 10. p. 187.

An. 354. — *Mortuus an. 388.*

§. 5.) In hoc Concilio Legati Novatiani, pontificatum contra Cornelium appetentis, cum literis ad Eccleſiam Africanam ſcriptis rejecti ſunt. (*x*) Feliciſſimus etiam, & V. illi Presbyteri Carthaginenſes fidei deſertores, jam antè bis excommunicati, tertiò excommunicantur. (*y*) Depoſitus itaque & ejectus ex Eccleſia pertinax Feliciſſimus ipſe & Fortunatus Romam abeunt ad Cornelium (*y*) quo quidem miſero argumento Caſalius (*z*) cum ſuis pro adpellationibus Romanis utitur. Reſp. Sæpe eveniebat ut ejusmodi homines, quando pro meritis tractabantur apud ſuos, ſubſidii gratiâ aliò confu-

Conf. an. 255. §. 7. — *Appellationes Rom.*

s) Conf. l. 3. ep. 5. & 14--20. alias inſuper. (t) L. 3. ep. 23. (u) In Epiph. p. 228. & 231. (x) Cypr. Ep. 67. (y) Vid. Pariſ. T. 1. Conc. p. 424. (y) Cypr. Ep. 55. cham. T. 2. l. 13. c. 9. §. 1. 2. & 5. (z) Cap. 83. p. 343.

Digitized by Google

An 354. confugerent, ubi vel fautores aliquos ſperabant, vel ſaltem confiderent, poſſe iis imponere, quibus non eſſent bene cogniti. (*a*) Proinde dum Feliciſſimi & Fortunati factum Cyprianus circumcurſationem appellat, eo ipſo Rom. Sedi poteſtatem judicandi ea, quæ ab Africana Synodo concluſa fuerant, denegat. Quare ex Africani hujus Concilii epiſtola ad Cornelium nullum primatum Rom. elicias, ſed ſaltem ſententiæ ſuæ ſignificationem & inquietam ſchiſmaticorum indolem. Aliis tamen hoc idem inſinuârunt, quin aliò quoque errones iſti abiveruunt, unde Cypr. (*b*) *quia*, inquit, *conſcientiam ſuam nôrunt, nec nos audent adire, aut ad Eccleſiæ limen accedere: ſed foris per provinciam, circumveniendis fratribus & ſpoliandis pererrant: & omnibus jam ſatis noti, atque undique pro ſuis facinoribus excluſi, illuc etiam ad vos navigant.* Itaque quum hi in provincia ſua apud alios nihil obtinere poterant, Romam tandem ſe conferunt. Nuſpiam illos Romam appellâſſe Cyprianus dicit, ſed tantùm eò navigâſſe cum ſua merce. Imò prolixè docet, non poſſe, aut debere cauſam eorum Romæ agitari, niſi contra canones atque ipſam rationem. Cornelius Cypriano ſcribit, à ſe primo rejectum: ſed ſecundis literis ſuam quandam animi mollitiem teſtatur, ob quaſdam Feliciſſimi minas. Ad hæc prolixè Cyprianus, ut ne ita Cornelius commoveri ſe patiatur. Nulla hîc appellationis veſtigia. At nec prima vice rejici debuiſſet, ſi appellâſſet: nec à Cypriano & collegis judicari & pelli. Quicquid ſit, ſicut Novatus cum ſectariis, ita & Feliciſſimus ante omnia in Africa judicatus & depoſitus fuit.

§.6.) Et prolixam, & ſeriam epiſtolam ſcribit Cyprianus ad Cornelium de Fortunato & Feliciſſimo, ſive de eorum tranſitu, quæ l. 1. ep. 3. ſeu Ep. 55. juxta novam edit. Et extat T. 1. Conc. ed. Ven. p. 381. de qua copioſa videbis apud Cham. T. 2. l. 9. c. 16. *§.* 1--12. & l. 14. c. 2. *§.* 5--23. & l. 13. cap. 9 *§.* 2. Wit. de Pont. cont. 4. q. 4. c. 2. Ravv. 112. Mornæ. myſt. p. 23--28. de Dom. l. 4. c. 8. *§.* 4--8. & 65. & l. 5. c. 12. *§.* 62. 63. utut autem variis rationibus & argumentis in Cornelium utatur, quia non rejecit Feliciſſimum, tamen ſunt nonnulla, quæ adverſarii in alienum ſenſum ϛρεβλῶσι (2. Pet. 3. 16.) qualia ſunt: *Neque enim aliunde hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſchiſmata, quàm inde, quòd Sacerdoti Dei non obtemperatur. Nec unus in Eccleſia ad tempus ſacerdos, & ad tempus judex vice Chriſti cogitatur: cui ſi ſecundùm magiſteria divina obtemperaret fraternitas univerſa, nemo adverſum ſacerdotum collegium quicquam moveret, nemo poſt divinum judicium, poſt populi ſuffragium NB. poſt Cœpiſcoporum conſenſum, judicem ſe non jam Epiſcopi, ſed Dei faceret: nemo diſſidio unitatis Chriſti Eccleſiam ſcinderet: nemo ſibi placens ac tumens ſeorſum foris novam hæreſin conderet* &c. Atqui non advertunt adverſarii, non modò contra transfugas Africanos, ſed contra ipſum Cornelium, qui illis, contra latam ab Africanis ſententiam, aures dedit, ita

Vid. an. 261. § 12.

(*a*) *Novit. Mol. l. 2. c. 3.* (*b*) *Ep. 55.*

Digitized by Google

ita dici, adeóque ſchiſmatis ipſum Cornelium argui, quia infringat Africanorum An. 254.
judicium, eámque Sedem quodammodo invadat. Idem Cypr. ibid: *Adhuc inſuper Pſeudoepiſcopo ſibi ab hæreticis conſtituto, navigare audent & ad Petri* vid. an.
Cathedram, atque Eccleſiam principalem, unde unitas ſacerdotalis exorta eſt, 261. §. 15.
à ſchiſmaticis & profanis literas ferre, nec cogitare eos eſſe Romanos, quorum fides, Apoſtolo prædicante, laudata eſt, ad quos perfidia non poſſit habere acceſſum &c. Nam cùm ſtatutum ſit omnibus nobis (nobis inquit) *& æquum ſit pariter ac juſtum, ut uniuscujusque cauſa illic audiatur, ubi eſt crimen admiſſum, & ſingulis paſtoribus portio gregis ſit adſcripta, quam regat unusquisque & gubernet, rationem ſui actûs Domino redditurus, oportet utique eos, quibus præſumus, non circumcurſare, nec Epiſcoporum concordiam cohærentem ſua ſubdola & fallaci temeritate collidere; ſed agere illic cauſam ſuam, ubi & accuſatores habere & teſtes ſui criminis poſſunt, niſi paucis deſperatis & perditis, minor videtur eſſe authoritas Epiſcoporum in Africa conſtitutorum, qui jam de illis judicaverunt, & eorum conſcientiam multis delictorum laqueis vindictam ſui judicii nuper gravitate damnârunt. Jam cauſa eorum cognita eſt: jam de eis dicta ſententia eſt* &c. Ideo prolixiorem ſententiam proponere ob oculos malui, quia truncatam & ea nonniſi, quibus imponere ſtudent lectori, adducere ſolent. At manifeſtum hinc, Cyprianum Romanam adpellationem, nec ad primam, nec ad ſecundam vel tertiam inſtantiam, ut Bellarminus (*c*) fingit, permittere, ſed ſibi æquè judicium finale, atque Romano tribuere. Imò hoc ipſo iterum eundem caſtigat. (*d*)

§. 7.) Huc pertinent, quæ Marca (*e*) affert: *Cyprianus Epiſc. Carthag. & Caput provinciæ Aphricanæ, Numidiam & duas Mauritanias etiam complectentis, iraſcitur adverſus Cornelium Epiſc. R. quòd, cùm* (ſchiſmatici hi) *Romam acceſſiſſent, hæſitâſſet aliquantulum Pontifex, an eos in communionem ſuam reciperet. Hanc ob rem Cyprianus apud Cornelium apertè ediſſerit, jura Epiſcoporum uniuscujusque provinciæ; quæ in eo verſantur, ut ad eos pertineat diſcuſſio judiciúmque cauſarum & regimen gregis, rationem adminiſtrationis ſuæ Deo redditurus; neque licere Romam alióve appellare: neq; enim minorem eſſe auctoritatem Epiſcoporum Africanorum quàm reliquorum. Damnatos porrò ſi ad Cyprianum accedere voluerint, auditurum ſe lubenter* (ergo non de prima inſtantia ſermo) *& pœnitentiam eorum amplexurum, ſi crimine ullo fuerint involuti.* Hinc etiam facilè reſpondetur, cùm quærunt adverſarii, quare plerique hæretici victi Romam fugerint: nim. quia ibi, ceu in ampliſſima urbe, commodè latitare & ſpargere virus ſuum, adeóque præparare viam Antichriſto poterant: quia ibi plures in communionem ſuſcepti, & imponere illi Eccleſiæ ſolebant, uti hic Feliciſſimus: unde Cyprianus (*f*) Cornelio exprobrat: *Si videbas furem ſimul currebas cum eo, & cum adulteris portionem*

(*c*) *de Pont. R. l. 2 c. 33.* (*d*) *conſule Blondel. de prim. à p. 44. Juſtel. Cod. T. 1. p. 443. b. Vulſon. l. 5. c. 5. §. 7.* (*e*) *l. 7. c. 1. §. 3. de Conc. S. & I.* (*f*) *Ep. 68.*

An.254. *tuam ponebas*. Conſortes & participes oſtendit eos alienorum delictorum fieri, qui fuerunt delinquentibus copulati. Ibidem Marca (*g*) agnoſcit, Eccleſiam initio ſe ad Civilem Romani Imperii diſpoſitionem accommodâſſe, Epiſcopóſque propterea conſtituiſſe in principalibus urbibus uniuscujuſque regionis; primum verò locum, & rerum omnium confirmationem tribuiſſe Epiſcopo Metropoleos provinciæ cum conſilio collegarum ſuorum, ſeu cum Synodo cujusque provinciæ, adeò ut non liceret provocare à judicio lato in Synodo provinciæ. Tamen longè rectiùs ex uſu primævo Blondellus (*h*) docet, peccatorum ſolvendorum ligandorúmque jus non modò ad totam Synodum, vel etiam Presbyterium, ſed quoque ad Presbyteros omnes & ſingulos pertinere, tum quod ad exterius, tum quod ad interius forum, conſcientiæ ſcilicet. In hanc rem Epiſtolam Cypriani 28. adducit, ubi Clerus ſeu presbyterium Carthag. abſente Cypriano ſuo Epiſcopo, Cajo Diddenſi Presbytero, & Diacono ejus, non communicandum cenſuerunt; quod ubi in ſeceſſu audivit Cyprianus, integrè & cum diſciplina factum laudavit. Et ex Euſ. (*i*) quem (inquit ibi Cornelius de Novatiano ſchiſmatico) B. Martyr Moyſes, cum quinque Presbyteris, qui ſe una cum eo ab Eccleſia abſciderant, communione privavit. Ubi notandum, addit Blondellus, Moyſen Presbyterum ſolum ex carcere, ante ullum ſive Cornelii P. ſive Presbyterii decretum, Novatianum collegáſque alios quinque abſtentos denuntiaſſe, Cornelium verò, totúmque urbis Clerum, privatum S. viri auſum, non modò ratum habuiſſe, ſed etiam ſingulari ſtudio & officio defendiſſe. (*k*)

§.8.) Vel paulò ante, vel mox poſtquam latebras quæſiſſet Cyprianus, Novatum ſchiſma inchoâſſe Blondellus (*l*) ait. Non palam ſe prodidiſſe in Africa Novatum, incentorem tamen atque impulſorem fuiſſe Feliciſſimi Baronius (*m*) vult, occultam tamen ejus ſententiam Carthaginenſi Concilio non fuiſſe planè videtur, unde & de eadem actum ac judicatum: ejectionem autem metuens Novatus, judicium Epiſcoporum voluntaria diſceſſione prævenit, mox Romæ maximam diſſenſionem concitavit: de hoc Cypr. ep. 40. ad Cornel. & 52. ſeu l. 4. Ep. 2. item Dionyſius Epiſc. Alex. apud Euſ. l. 7. c. 8. & ipſe Euſ. l. 6. c. 43. edit. Gr. Proinde ad evitanda Eccleſiæ mala Cornelius Epiſcopus R. electus. Verùm quia Novat. ſingularibus & ambitioſis invidiæ ſtimulis ob Cornelii electionem actus, facilè ſuam ſententiam cum Novato junxit, multa adverſus Cornelium agere cœpit, & quos poterat, etiam confeſſores nonnullos in partes ſuas traxit. Electus autem fuit Cornelius à Rom. Clero, XVI. Epiſcopis, adhibito populi ſuffragio. Ergo plebs olim ſibi latis ſuffragiis Epiſcopum deligebat, quem vellet. Eum autem Epiſc. vicini minimùm tres conſecrabant. De hac R. Papæ electione Cyprianus epiſt. ad Antonianum, quæ

g) §. 1. (*h*) *de Epiſc.* 289. (*i*) *l. 6. c. 43.* (*k*) *ſimilia vide apud eundem Blondel. p.* 312. (*l*) *de Epiſc.* 312. (*m*) §. 39. *Spond.* § 4.

quæ num. 52. ſeu l.4 ep.2: *Factus eſt* (Cornelius) *Epiſcopus à pluribus collegis noſtris, qui tunc in urbe Roma aderant, qui ad nos literas honorificas & laudabiles, & teſtimonio ſuæ prædicationis illuſtres, de ejus ordinatione miſerunt.* Quî ergo miremur, ſi in ſimili caſu Romanus quoque Epiſcopus alios ſuo calculo confirmare debuit? *Factus eſt autem*, pergit Cyprianus, *Cornelius Epiſcopus, de Dei & Chriſti ejus judicio, de Clericorum penè omnium teſtimonio, de plebis, quæ tunc adfuit, ſuffragio, & de ſacerdotum antiquorum & bonorum virorum collegio.* Ergo non ſoli hîc Cardinales eligunt, imò ubi Cardinales? Eandem rationem in ſui electione obſervatam Cyprianus teſtatur. (*n*) Verùm Novatianus ille Presbyter Rom. à Novato ſive Presbytero, ſive Epiſcopo Africano tranſitore malè in Cornelium vitio ambitionis animatus & correptus, illóque promoto à tribus Epiſcopis ſchiſmaticis in Cornelii locum electus & ordinatus clàm turbas in Eccleſia ciere cœpit, adeóque primus hic Antipapa extitit, De hoc Damaſus in Pontificali: Novatus Novatianum extra Eccleſiam ordinavit, & in Aphrica Nicoſtratum. Adeóque duo ſimul Romæ extiterunt Epiſcopi. (*o*) In fine oper. Tert. edit. Pariſ. duo Novatiani libri extant. 1. De Trinitate. 2. De cibis Judaicis. Plura Friſius nominat in Bibliotheca. Theodoretus quoque teſtatur, Novatianos eos, qui ſecundum matrimonium injiſſent, à ſacris myſteriis arcuiſſe.

§.9.) Igitur quia in hoc ſchiſmate multorum erat anceps ſententia Romæ, viſum eſt Cypriano ac collegis in unum coëuntibus, Caldonium & Fortunatum Epiſcopos Romam mittere, qui diſſidentes conciliarent, aut ſaltem rerum geſtarum veritatem in Africam ſcriberent, ut quibus communicandum eſſet, cunctis liquidò innoteſceret. (*p*) Eodem Caldonio jam antè uſus fuerat cum aliis Cyprianus, ceu vicariis contra Montenſes dum abeſſet. (*q*) Hinc ſanè adparet magna Carthag. Eccleſiæ ſolicitudo pro communi Chriſti grege, adeóque etiam pro Rom. Eccleſia. Unde tamen Monarchia & ſupremarus non concluditur, licet ceu judicem & arbitrum interponere ſe tentârit. Cyprianus Cornelio aliquoties ſcribit, quòd ordinationem Novatiani non receperit, contrà Cornelii comprobârit. (*r*) De eodem negotio aliorum etiam communi ſententia approbato vid. l. 4. ep.8. ſeu 45. ad nutantem Antonianum idem præſtat: l.4. ep.2. Iſdem Cyprianus variè Novato reſpondet, Cornelium legitimè à Deo fuiſſe electum, quidpe à Miniſtris & Eccleſia loci vocatum, unde dicit: *Agnoſcant atque intelligant, Epiſcopo ſemel facto, & collegarum ac plebis teſtimonio & judicio comprobato, alium conſtitui nullo modo poſſe:* quæ omnia fuſius Ep. 58. tractat. Electio perſonæ ad quemcunque Epiſcopatum, innumerabilibus regulis & exemplis ad Clerum & populum pertinuiſſe oſtenditur, id in hac Cornelii electione Cyprianus frequenter & clarè docet. Ab Epiſcopis præcipuè factus eſt

n) vid Marcam l.8. c.8. §.1. ſeq. Cham. T.2. l.10 §.2. (o) Aug de hær. c 38. Euſ. l.6. c. 42. de Dom. l.4. c.11. §.59. (p) Bar. §.64 Cypr. ep. 45. (q) Bar. §.35. (r) Cypr. l.2. ep 10.11.

Digitized by Google

An. 250 Epiſcopus ut à moderatoribus & ordinatoribus, ſed tamen præcedente electione Cleri & plebis; quamvis in ipſa quoque perſonæ electione Epiſcopi ordinatores ſuas partes haberent, ut ſimul cum Clero & populo de perſona ordinanda deliberarent, & ſæpe etiam ipſi perſonam idoneam, ab ipſis bene cognitã, Clero & populo proponerent, ab ipſo Clero & populo approbandã, ab ipſismet verò Epiſc. ordinandam. Adiſis Dallæũ de Patrib. à p. 339.

§. 10.) In miniſteriis Eccleſiaſticis inferioribus, quæ Cypriani ſeculo præparationes erant & gradus ad paſtoratum, ſubinde aſſenſus ab Eccleſia petebatur, poſt electionem à Miniſtris factam: quod Cyprianus ep 5. affirmat, nam cum ipſe reliquique cum eo Miniſtri, Aurelium ad munus aliquod Eccleſiaſticum vocâſſent inconſulta prorſus Eccleſia; poſtea per literas ab ea petit, ut acquieſcant ſuo ſuffragio in iſta electione. *De ordinationibus Clericorum, fratres chariſſimi, ſolemus vos ante conſulere, & mores ac merita ſingulorum communi conſilio ponderare. Sed non ſunt expectanda teſtimonia humana, cùm præcedant divina ſuffragia &c. Hunc igitur fratres dilectiſſimi, à me, & collegis, qui præſentes aderant, ordinatum ſciatis: quod vos ſcio, libenter amplecti, & optare tales in Eccleſia noſtra quàm plurimos ordinari.* De hoc Blondell. (r) *unicum* inquit, *per ſingulas parœcias eſſe debere Presbyterii præpoſitum, tacito primum conſenſu firmatum, ac exinde canonibus ſanctum fuit: hinc* Cornelius, *Unicum Epiſcopum in Catholica Eccleſia eſſe debere: (s) & confeſſores ad unitatem reverſi, (t) & frequentes Cypriani voces, Sacerdotium novum fieri præter unum ſacerdotium non poteſt: (u) Cathedra una eſt: (x) ſciant Epiſcopo ſemel facto, alium conſtitui nullo modo poſſe (y)* Confer Concil. Nic. c. 8. utut verò unus ita præpoſitus fuerit, id tamen nonniſi humano arbitrio, non jure divino factum, ita etiam, ut talis ſine conſilio & conſenſu fratrum agere nihil vel potuerit, vel debuerit. Et ſic quoque iſthæc unitas atque prælatio non totius orbis Chriſtiani, ſed diœceſeos tantùm præſidentiam & inſpectionem, ut in omnibus reliquis præpoſitis, ſic & in Romano, ſignificavit.

vid. an. 253. §1. §. 11.) Anno toto & amplius à Fabiani morte caruiſſe Romanam Eccleſiam capite, ductore ſeu præſide vicaria item ſua poteſtate clerum uſum Baronius non negat, neque Pariſini (z) & certè ita ſe res habet, ſi Eccleſiam Rom. ut verè eſt, pro particulari Eccleſia accipias (a) & quia in ſeceſſu Cypriani Presbyterium Rom. hortatur clerum Carthag. quid factu opus in perſecutione circa tentatos & confeſſores, hinc inſulsè colligit Baronius, *ſublato viſibili Eccleſiæ Capite, Cleri Rom. partium eſſe, Catholicæ Eccleſiæ ubique locorum poſitæ proſpicere atque conſulere.* Nam etiam Cyprianus ex charitate, imò ex officio quoque ut ipſemet (b) teſtatur, maximam curam

r) de Epiſc. p. 188. (s) Euſ l 6. c. 43. (t) apud Cypr. ep. 46. (u) Ep 40. (x) ib. de unit. Eccl. (y) Ep. 41. & alibi (z) T. 1. Conc. à p. 316. (a) de Dom. l. 2. c. 9 §. 11. 12. Blondel. de Epiſc. p. 183. Cypr. ep 3. (b) l. 3. ep. 6.

Digitized by Google

ram viceverſa ſuſcipit ipſiusmet Eccleſiæ Rom. eadem vacante Sede poſt Fabianum: & inſtituit Clerum Rom. non minùs, quàm ſi ipſe eſſet Epiſcopus Rom. uti l.3.ep.4. coll. cum ep.13. clarum. Neque Cyprianus in ſeceſſu ſuo Eccleſiam ſuam deſeruit, ſed illam per literas & nuncios perpetuò rexit. (c) ut regimine Rom. opus non fuerit. At communicabant inter ſe plurimùm Eccleſiæ Romana & Carthag. ſéque invicem juvabant: id l.5. epiſt.5. commune vocat conſilium. Ita l.3. ep.5. *Cùm veſtra ſcripta legiſſem, quæ ad Clerum noſtrum nuper feceratis, ut iis, qui poſt lapſum infirmitate apprehenſi eſſent, & pœnitentes communicationem deſiderarent, ſubveniretur, ſtandum putavi, & cum veſtra ſententia, ne actus noſter, qui adunatus eſſe & conſentire circa omnia debet, in aliquo diſcreparet* (non igitur coactus hoc fecit, tanquam ex mandato.) *Planè cæterorum cauſas, quamvis libello à martyribus accepto, differri mandavi, & in noſtram præſentiam reſervari, ut cum pace à Domino nobis data, plures præpoſiti convenire in unum cœperimus, communito etiam nobiſcum conſilio, diſponere ſingula & formare poſſimus.* In quibusdam ergo ſe cum clero Rom. conformat: in aliis non novum Papam expectat, ſed commune conſilium ſeu judicium. Fruſtrà ergo Rouſſelius (d) Romanorum reſponſum urget quod tale, *ante conſtitutum Epiſcopum nihil ſe innovandum putare* &c. Meritò enim Epiſcopum optaverunt, quò faciliùs expedire gravia negocia poſſent. Hinc tamen neque primatus, neque univerſalis omnium Eccleſiarum cura concluditur. Et eo ipſo, quia nihil innovandum quovis etiam Epiſcopatu vacante Rouſſelius docet, limites ſuos tranſgredi noluerunt. Adde quòd non ad novi Papæ, ſed ad futuri Concilii deciſionem, ad examen multorum & plurimorum conſenſum provocent. Quòd ſi adverſariis daretúr, clerum Rom. Univerſalis capitis vicem geſſiſſe, tum plures eodem tempore talis capitis munere fungi poſſe negare non debent. An.254.

§. 12.) Ut verò Romanus Epiſc. alios confirmabat, ſic & ipſe ab aliis confirmatus eſt. Ita Cyprianus (e) Cornelium ab Epiſcopis Africanis confirmatum ait. Et (f) *Hunc*, inquit, *Dei judicio factum Epiſcopum, & Epiſcoporum teſtimonio, quorum numerus per totum mundum, concordi unanimitate conſenſit.* Et ib. *Factus eſt Epiſcopus cùm locus Petri vacaret: quo occupato de Dei voluntate, atque omnium noſtrum conſenſione firmato*, &c. Sic ep. 12. *De ſacerdotum antiquorum collegio Epiſcopus factus Cornelius.* Ita Dionyſius Alex. ſtrenuè contra Novatianum ſchiſma agit (g) tuitúſque Cornelium: idem tamen viceverſa contra Stephanum Rom. cauſam Cypriani & Afrorum de rebaptizandis hæreticis defendit. Tantæ autem erat authoritatis, ut de favore ejus demerendo pars utraque Romana Cornelii & Novatiani ſolicita fuerit. Cùm hic ad ipſum ſcripſiſſet, quòd invitus fuerit ordinatus Epiſcopus,

(c) *L.3.ep.5. & l.5.ep.12.* (d) *L.2.c.10.§.12.* (e) *L.4.ep.8.* (f) *Ep 2.* (g) *Bar. ad an.255.§.32. Spond. §.1.*

Digitized by Google

An. 254. ſcopus, ei in hæc verba reſpondit: *Dionyſius fratri ſalutem. Si invitus, ut ſcribis, ordinatus es, id probabis, cùm volens ſeceſſeris.* Pulchrè de præſenti negotio Marca (*h*) *Confirmatio Patriarcharum* (à Papa Rom. facta) *non erat ſignum juriſdictionis, ſed tantùm ſuſceptionis in communionem & teſtimonium, quo conſtabat, Summum Pont. conſentire conſecrationi jam peractæ: quod Cyprianus de Epiſcopatu P. Cornelii loquens his verbis explicat, ut dicat Ep. 52. electionem ejus, Cypriani & reliquorum Epiſcoporum conſenſione firmatam eſſe. Quippe uſu receptum erat per illas tempeſtates, ut Patriarchæ, & ipſe etiam Rom. Pontifex recens electus, literas de ſua ordinatione mitterent, quibus addebatur profeſſio fidei, in Synodicis eorum epiſtolis conſcripta.* Væſanus is fuerit, ipſius Cypriani calculo, qui ex tali confirmatione omnibus reliquis Romanum ſubjiciat.

§. 13.) At verò modernus Rom. Epiſcopus quantum mutatus ab illo! Fidelitatis & ſubjectionis juramento erga Sedem Rom. ij nunc obſtringuntur, qui confirmationem impetrare volunt & *πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην* redimere coguntur. Tantum abfuit ut fidelitatis juramentum ab Africanis, Alexandrinis, Antiochenis, vel etiam Gallis, Hiſp. &c. Epiſcopis Romanus exigere potuerit, ut alium, quàm cæteris æqualem eum Cyprianus non agnoverit. Inde (*i*) *Epiſcopatus unus Epiſcoporum multorum concordi numeroſitate diffuſus.* Ad Steph. (*k*) *Nam etſi paſtores multi ſumus, unum tamen gregem paſcimus, & oves univerſas, quas Chriſtus ſanguine ſuo & paſſione quæſivit, colligere & fovere debemus* &c. Et ſic æquales ac univerſales paſtores omnes facit. (*l*) Sic tr. de Simpl. Præl. *Epiſcopatus unus eſt, cujus à ſingulis in ſolidum pars tenetur.* L. 1. Ep. 3. *Singulis paſtoribus portio gregis eſt adſcripta, quam regat unusquiſque & gubernet, rationem ſui actûs Domino redditurus.* (*m*) Ipſos verò omnes paſtores ſeu Epiſcopos non reducit Cyprianus ad ullam unitatem per ſubjectiones ac prælationes uſque ad unum ſupremum, ſed omnes, inquit, in ſolidum illam totam Eccleſiam gubernant, adeoque omnes Epiſcopi ſimul ſumpti, & in ſolidum, unicum tenent Epiſcopatum, qui eſt Eccleſia illa univerſa; adeoque omnium unum eſt & idem officium ac munus, inter multos tamen diffuſum. Et hos multos Epiſcopos ut redigat in unum, glutino eos concordiæ facit ſimul inter ſe cohærentes, quæ cohærentia paritatem ſupponit, neque ſubordinationem admittit. Unde Libertas Gal. (*n*) quemvis Epiſcopum æquè Epiſcopum & Papam in ſua diœceſi agnoſcit, ac ipſum Rom. adducto Cypriani loco ex 24. q. 1. can. loquitur. *Hoc erant utique et cæteri Apoſtoli, quod fuit & Petrus, pari conſonſortio præditi et honoris & poteſtatis.* Neque, vi inſtitutionis Chriſti & praxi Apoſtolica, exceptionem ibi allegatam admittimus, *Niſi permiſerint quidam Epiſcopi jus in ſe.*

§. 14.

h) *L. 6. c. 5. § 2.* (*i*) *L. 4. Ep. 2.* (*k*) *L. 3. Ep. 13.* (*l*) *De Dom. l. 3. c. 1. §. 14.* (*m*) *Idem l. 2. c. 5. § 5. cham. T. 2. l 10. c. 12.* (*n*) *T. 1. p. 318.*

§. 14.) Errat, vel decipit potiùs, qui obtendit, hæc à Cypriano Africæ reſpectu ita dici, nullibi enim Eccleſiam ita diſtinguit; neque aliter in Cornelii R. ſchiſmate loquitur; ita nuper ſchiſmaticos quosdam ex Africa Romam navigâſſe vidimus; at quo loco iſthoc factum habuerit Cyprianus, ex modò allatis manifeſtum. Ob quam eandem cauſam ad Concilium Carthag. dicit: *Neque enim quiſquam noſtrûm Epiſcopum ſe eſſe Epiſcoporum conſtituit, aut tyrannico terrore ad obſequendi neceſſitatem collegas ſuos adduxit: quando habeat omnis Epiſcopus pro licentia libertatis ſuæ arbitrium proprium, tamque judicari ab alio non poſſit, quàm nec ipſe poteſt alterum judicare. Sed expectemus univerſi judicium D.N. J. Chriſti, qui unus & ſolus habet poteſtatem & præponendi nos in Eccleſiæ ſuæ gubernatione, & de actu noſtro judicandi.* Hunc, ut & ſimilia alia loca ab adverſariorum ſtrophis vindicata vide apud Cham. T.2.l.10.c.12.§.1–31. item de Dom. l.3.c.1.§.23.ſeq. Uti igitur Epiſt. ad Cœcil. non ad conſuetudinem, ſed ad Chriſtum ejusque Verbum, ita hoc loco ad eundem unum & ſolum judicem, non ad Papam provocat. Ne verò ſolus Rom. Epiſcopus ſucceſſor Petri putetur ideo (o) dicit: *Dominus noſter, cujus præcepta metuere & obſervare debemus, Epiſcopi honorem, & Eccleſiæ ſuæ rationem diſponens, in Evangelio loquitur & dicit Petro (Ego tibi dico, quia tu es Petrus etc.) inde per temporum & ſucceſſionum vices, Epiſcoporum ordinatio, & Eccleſiæ ratio decurrit; ut Eccleſia ratio ſuper Epiſcopos conſtituatur, & omnes actus Eccleſiæ, per eosdem præpoſitos gubernentur.* (p) An.254.

§. 15.) Non modò verò de Lapſis, de quibus inde à §. 3. hactenus vidimus, in frequenti Carthaginenſi Synodo, ſed de aliis quoque rebus actum, poſtquam enim Novatianus mox à ſui illegitima ordinatione Legatos cum literis, tam ſuo, quàm Confeſſorum ipſi addictorum nomine, miſit ad Fabium Antiochenum, ad Dionyſium Alex. ad Cyprianum, atque omnes denique Eccleſias, prout omnia fuſe in Epiſt. Cypr. atque in ea etiam, quam ipſe Cornelius ad nutantem Fabium Antiochenum ſcripſit, qui idem quoque pro ſui confirmatione, omnibus cœteris Eccleſiis ſignificavit; Carthagine hi Novatiani Legati cum literis rejecti ſunt: (q) Feliciſſimus etiam cum ſociis excommunicatus, (r) Nulla autem hîc Papalis ſeu Romana poteſtas, imperium nullum, quin de eodem fertur judicium, quo loco tum Novatianus, tum ipſe quoque Cornelius habendi ſint; atque hunc ipſum etiam in finem uterque tum ad Africanos, tum ad alios ſcripſit. Ita Cypr. (s) indicat, Novatianos in Africa excommunicatos, etiam Romæ pro excommunicatis habitos eſſe. Et (t): Novatianum retuſum & refutatum, ac per totum orbem à ſacerdotibus Dei abſtentum eſſe. Scilicet excommunicati ſignificabantur ab iis, qui excommunicârant, aliis Eccleſiis, quos communionis jure ſimul pro talibus habuerunt. Graviter ergo hallucinatur Polydorus

ſ quòd

o) *L.5.Ep.6* (p) *De Dom.l.2.c.1.§ 12.* (q) *Bar. à § 79.* (r) *Idem à §.86.* (s) *L.1. Ep.3.* (t) *L.3.Ep.13.*

Digitized by Google

An.254. (u) quòd Rom. Concilium ſub Cornelio, ante Carthaginenſe, Novatianam hæreſin damnâſſe affirmat, ni id intelligat, quod Sede vacante à Clero Rom. celebratum, idque in Feliciſſimi cauſa, contrarium omnino ſtatuentis, factum alii aſſeverant: ſiquidem Novatus tum nondum Romæ fuit, neque Novatianum adhuc incitavit. Concilium itaque hoc Carthaginenſe primùm Novatianum damnavit cum ſectatoribus, Cornelii contrà electionem liberè probavit. Ita Marca (x) Supremam auctoritatem Conciliorum provincialium in judiciis faciendis agnoſcit, nec eam impedire communicationem Epiſcoporum diverſarum provinciarum, qui ſe mutuò juvabant adverſus hoſtes Eccleſiæ. Nullum igitur ſuperiorem admittit hoc Concilium, poſt diligentem diſquiſitionem de lapſis ex Verbo D. decernit, ſine exceptione, permiſſione, reſervatione, aut confirmatione papali, id quod ex cauſa de rebaptizatione magis patebit. Hinc Cornelius in ſimili Concilio ſententiæ Africanorum acquieviſſe apud Cypr. Ep. 52. dicitur.

§. 16.) Rouſſelius pro Papali jure in Appellationibus varia tum ex præſenti, tum ex ſequentis anni Africano Concilio adducit: ſic l.4. c.8. §.1. ſeq. ſchiſmaticorum Africanorum exemplum allegat: at quo loco hoc Africani Orthodoxi habuerint, partim cognovimus, partim hincinde apud Cyprianum fusè eſt diſcere. *Una eſt,* inquit Canoniſta, *Cypriani tunc temporis authoritas, quæ Eccleſiæ principibus* (Papis Rom.) *prævalere non debet.* Reſp. Unum fuiſſe Cyprianum, qui Eccleſiarum jura defenderit, abſurdiſſimum. Inſuper longè maximam Cypriani fuiſſe authoritatem, nemo ſanus negaverit, id quod vel ex ſola Epiſtolarum ejus inſpectione patet. Itane verò proculcare Summorum & optimè meritorum Patrum æſtimationem? vel hoccine in pretio habere eoſdem? Fortè Xiſti, Zepherini, Fabiani, Stephani, & ſimilium Decretales & commenta putat, quæ prævalere Cypriano vult. Et verò hoc ipſo agnoſcit à nobis Cyprianum ſtare. Inſt. Non ignoraverunt iſti Africani provocantes, ſibi hoc licere. Reſp. 1. ad alios quoque iſſe, &, ut Cyprianus nominat, circumcursâſſe. 2. Quare Cornelius illos prima vice rejecit: poſtea mollior factus, acriter à Cypriano reprehenſus, ut qui minas & vim timeret? 3. Ipſe advocatus nos liberat, quando (y) ait: *Subticuiſſe deinde vocem appellantis, aut implorantis Pontificem Rom. contra Provincialium ſententiam uſque ad Conſtantinum M. ſub quo Donatiſtæ cæleſtia judicia relinquentes,* ut ipſe Imperator dixit, ad ſecularia profugerint, &c. Ergo diu ſatis nullæ provocationes nec niſi à ſchiſmaticis, & ſynodorum ſententias tergiverſantibus vel rejicientibus magna cum Eccleſiarum illarum indignatione factæ. Adde quòd Donatiſtæ ad ſecularia judicia in rebus fidei confugerunt, unde ab ipſo Imperatore increpiti, nec tamen ab eodem ad aliam, quàm ad ſuæ provinciæ Epiſcopos Donatiſtæ fuerunt rejecti. Inſt. quid

u) L.8. c.5. (x) L.7. c.1. §.5. (y) §.4.

Digitized by Google

quid ſi tales à provinciali Synodo oppreſſi & gravati? Reſp. Quid ſi potiùs à Papa, ut vel pluribus Imp. Principibus, prælatis atque Eccleſiis accidit? Sed manus dat Cauſidicus, quando ſubjungit: *Profectò in iſta cauſa Conſtantinum authoritatem Rom. Pontificis minus percepiſſe fatendum eſt, quando de ejus pro Ceciliano judicio permiſit adhuc cognoſci in Synodo Arelatenſi, &c.* An. 254.

§. 17.) Inſiſtit (z) *Propter idololatriam, vel hæreſin ſedibus ſuis excluſos ac redeuntes diſpenſationem à Summo Principe* (Papa R.) *impetrare & obtinere debuiſſe: idque Africanæ Synodi decretis probare annititur, in qua deciſum fuerit, lapſis pœnitentibus gratiam Sacramentorum faciendam eſſe, non item dignitatum Eccleſiaſticarum.* Ergóne dici debet aut poteſt, penes Rom. Epiſcopum eſſe hanc poteſtatem? Numne verò hoc agnoverunt Africani Patres? Num depoſitos Romam ablegaverunt, vel abire paſſi ſunt? Pariſienſis nuperus Archiep. Marca (a) reſpondeat, quando ad illuſtria Cypriani verba (b) *copioſum corpus eſt ſacerdotum, &c.* Perronium refutat, putantem jus deponendi Epiſcopos pertinere ad ſolum Epiſcopum Rom. & addit: *Noſtri in ea epiſtola* (Cypriani) *extare putant non obſcura argumenta juris, quod Epiſcopo Romano quæſitum non erat ante hos octingentos annos.* Quaſi verò jam illi, qui jure deponere poſſunt, eódem reponere non queant. Pergit Rouſſelius: *Cùm verò eſſet unius tantùm Sedis Pontifex* (Cyprianus) *non poterat ſuo decreto legem imponere cæteris, neque ipſa Africana Synodus, quia ſpecialis erat.* Reſp. Eo ipſo quòd Roma ſpecialis fuit Eccleſia, generales condere leges & obtrudere non potuit, niſi quatenus ſponte & liberè aliæ Eccleſiæ eaſdem ſuſceperunt & adprobârunt; quo modo aliæ quoque Eccleſiæ ſimiles leges condiderunt. Ita hoc loco Africanum Concilium ſuis leges impoſuit ſine conſenſu Romani; at conſentiebant poſtmodum cœteri in mundo toto conſtituti, quos inter Cornelius R. fuit. Specialiter verò Cyprianus Cornelium nominat, quia cum ipſo illi res erat. Neque, ſi non conſenſiſſet Cornelius, ſecuti eum Africani fuiſſent, prout in cauſa de rebaptizatione, & pluribus Cypriani Epiſtolis clarum.

§. 18.) Plus quàm audax & inconſtans eſt Canoniſta (c) quando ait. *Cyprianum confirmari ſuum Concilium Africanum à Cornelio, ſeu Rom. Concilio alio petere in lapſorum pœnitentium cauſa; unde Cornelius ad omnes ubique Eccleſias ſuam confirmationem ea de re direxerit.* Inſuper addit: *Atque idem Cyprianus ad Stephanum P. ſcribens ait, conferendum illi oportuiſſe de eo, quod in Concilio, nempe Africano, ſtatutum fuerat: ſcil. de lapſis: ac tandem licere ex aliis ejus epiſtolis videre, quantum in ſua de iſtis ſententia confidat, ex eo quòd Cornelio & Lucio probata fuerit, ut mirum videatur, quòd ejuſdem Papæ authoritati reluctatus fuerit in prava opinione, quam imbiberat de hæreticis rebatizandis.*

ſ 2

z) L. 1. c. 4. § 12. (a) L. 7. c. 1. § 6. (b) Ex l. 3. ep. 13. (c) L. 8. c. 2. § 11.

Digitized by Google

An.254. *dis.* Hactenus ille. Aſt aliis fumos divendat, quos jam diſpulimus. Scripta Cypriani, omni poſteritati teſtatum facient, quantopere ſe Romano faſtui oppoſuerit, nulláque ratione vel Africam, vel alias regiones exteras Romano Epiſcopo ſubjecerit. Eádem inſania cum Rouſſelio laborat Staravolſcius prætendens, ad petitionem Cypriani Cornelium Rom. Concilium convocâſſe, ut illud ſuum decretum reciperetur; ſeu, ut liberiùs alii, confirmaretur. Firmius id ſtabilitum in Rom. Concilio Spondanus (*d*) dicit, at petiviſſe illud Cyprianum non addit. Verùm dum cœteræ omnes Eccleſiæ decretum Carthag. Concilii receperunt, nonne illud firmius tum fuit, ratione univerſi? quî verò unius Papæ & dictatoris Romani vox non ſuffecit? Etſi nullæ aliæ Eccleſiæ Carthaginenſe decretum recepiſſent, non tamen ſuam ſententiam deſeruiſſent Patres illi. Profectò neque Carthaginenſes, neque Romani eò tendunt, quò volunt adverſarii. Vel unum apertum teſtimonium promant, imò vel leve indicium. Adhuc objicit Agricola (*e*) ex Cypr. (*f*) *Navigare audent ad Petri Cathedram, atque ad Eccleſiam Principalem, unde unitas ſacerdotalis exorta eſt.* Sed audiat, quid ibid. habeat Cyprianus: *Nam cùm ſtatutum ſit ab omnibus nobis, & æquum ſit pariter ac juſtum, ut uniuscujusque cauſa illic audiatur, ubi eſt crimen admiſſum, etc.* Et paulò póſt: *Niſi ſi paucis deſperatis ac perditis, minor videtur eſſe authoritas Epiſcoporum in Africa conſtitutorum, etc.* En nullos Delegatos Româ petit! Scilicet aures jam aliquas Cornelius præbuerat minantibus ſchiſmaticis, ob quod Cyprianus jure cum illo expoſtulat. Quis ergo hinc ſubmiſſionem Africanorum exſculpat? Imò cum Milevit. Concilio c. 22. adpellationes apertiſſimè damnat transmarinas, ut & earum ſuſceptiones. Meritò volaticos hoſce pro ſchiſmaticis habet, eo ipſo etiam, quòd Romam abivere: ac propterea confidit Cyprianus perfidiam ad Romanos non poſſe habere acceſſum: id quòd de aliis quoque Eccleſiis, ad quas ſe contulerunt hi circuncelliones, non minus Cyprianus intellexit. Neque verò de prima inſtantia Cypriani dictum capi debet aut poteſt, uti fingit Bellarminus, quandoquidem Felix, Fortunatus, &c. jam damnati erant ab Africanis, quorum tamen appellationem improbat Cyprianus: quod decretum Concilii Nic. 1. c. 5. & alia confirmant.

Rom. Concilium. §. 19.) Primum in Novatiana cauſa Concilium non fuiſſe Romæ habitum, ſuprà jam aſſertum ivimus: Romana in eodem negotio ſub Cornelio Baronius (*g*) collatus cum anno 255. (*h*) duo facit, quem ſequitur Staravolſcius; plerique utrunque conjungunt (*i*) quicquid ſit, multa alibi jam habita cognovimus, certúmque redditur Africanos judicium jam prius tuliſſe de Novatianis. In Romano hujus anni Concilio ad Cypriani petitionem, decretum Carthaginenſe fuiſſe confirmatum prætendunt: (*i*) unde thraſo-

(*d*) §. 11. (*e*) *De primatu Petri & ſucceſſorum p.* 161. (*f*) *L.* 1. *ep.* 3. (*g*) §. 90. *Spond.* §. 11. (*h*) §. 2 *Spond.* §. 1. (*i*) *Conf. Polyd. l.* 8. *c.* 5. *T.* 1. *Conc. ed. Ven. p.* 369. *a. Carranz pag.* 63. *f. Inſtel. T.* 2. 1171. (*i*) *Collect. Concil. ed. Pariſ. T.* 1. *p.* 425.

Digitized by Google

thraſonicè Starav. *Nota,* inquit, *Concilia nihil valere abſque authoritate ſive* An 254.
approbatione Sedis Apoſtolicæ. At de totius orbis conſenſu gloriatur Cyprianus. Ideo Carranza: (*k*) *Scribit de hac re Cornelius ad Eccleſiam Antiochenam, indicans N.B. quid ſtatuerit Concilium Romæ, & quid Italis,* (nota plur.) *Aphris, cœteriſque Occidentalibus viſum fuerit. De quo Cyprianus librum edidit, Lapſos ad pœnitentiam cohortando.* Atqui in eo libro non Papæ R. auctoritatem & decretum, ſed aſſenſum omnium Orthodoxè ſentientium, ut & rationes bonas urget. Adhæc adverſarii in hoc Concilio decretum dicunt, ſic Sacerdotes lapſos pœnitentes ad Eccleſiam admittendos eſſe, ut tamen à ſacerdotali functione abſtinerent, & nonniſi *laica communio-* vid. 258.
ne impertirentur. at T. 1. Conc. Ven. p. 369. ejuſd. Concilii hoc decretum § 13.
fuiſſe non pro firmo aſſeverat, ſed credibile eſſe dicit: & Cypr. ep. 68. ad Hiſpanos, id ipſum in omnibus Africanis Conciliis, ea de re factis, ſtatutum fuiſſe ſignificat. Laici extra cancellos communicabant, Epiſcopi & Sacerdotes ἐντὸς τοῦ βήματος καὶ θυσιαστηρίου. Lorin. Act. 2. 42. Laici communicabant extra chorum, clerici in choro, loco ſeparato, Sacerdos & Diaconus ante altare. Dallæus (*l*) exponit, eos clericali munere abdicatos in laicorum ſtatum & conditionem devolvi. Abſit igitur gloſſa de una ſpecie Papiſtica. (*m*) Magnificè hoc loco Bellarminus Papam introducit ac de illo affirmat, quòd Concilio Rom. præfuerit, quo condemnatus eſt Novatus, & quòd ob anabaptiſmum, cùm varii varia de eo ſentirent, Concilium Romæ indixerit, quo decretum, baptizatos ab hæreticis non eſſe rebaptizandos: quod decretum poſtea Stephanus P. repetiit. Reſp. Euſebius, quem citat Bellarminus, non ſcribit, Cornelium fuiſſe Summum omnium controverſiarum judicem, neque teſtatur, eum Concilio Rom. præſediſſe, & primùm Novatum in eo damnatum. Condemnatus autem à toto Concilio, non ab uno tanquam Oecumenico; nec novum decretum factum, ſed conſenſum cum Afric. Concilio. Confer Euſ. l. 6. c. 43.

§. 20.) Bellarminus & Carranza (*n*) poſt alios falſi crimen com- *Rebapti-*
mittunt dum apud Euſ. l. 7. c. 2. extare ajunt Cornelium in Concilio Rom. *zatio.*
definiiſſe baptizatos ab hæreticis non eſſe rebaptizandos. Nihil de retinctione ex hoc Concilio Baronius à §. 90. neque in ſequenti anno ad alterum ſuum Rom. Concilium: ſed ſub Stephano demum ad an 258. §. 11. 12. (*o*) Eodem collimat Spondanus §. 14. collat. cum Bar. §. 106. ubi Novati dogmata à ſucceſſoribus aucta dicit, quò rebaptizationem, item nuptiarum ſecundarum prohibitionem refert, quæ ex Montani ſecta hauſerint. Cyprianum certè, reliquosque Africanos hac opinione imbutos fuiſſe, copioſè in ſeqq. oſtenditur. Eam quæſtionem tempore Cornelii in Africa exortam Carranza aſſerit. At verò non hoc, ſed an utrinque, Cornelio ſedente, quid-

k) p. 63. (l) l. 5. de cultu Lat. l. 5. c. 23. p. 699. (m) Arnd. l. de Cœna D. §. 77. & 168. Zimmerm. §. 135. (n) in Cornelio (o) m. §. 9.

An.254 quam ſit concluſum, controvertitur. Annuit Carranza, verùm, ut dixi jam, ad Stephani tempora ſeu ad an.258. refert Baronius. (*p*) De Stephano Euſ. l.7.c.3. *Primus tunc Cyprianus Carthag. parœciæ paſtor haud aliter, quàm per lavacrum baptiſmatis hæreticos, erroris maculis ante ablutos, in Eccleſiam admittendos exiſtimavit: verùm Stephanus nihil novi, aut alienâ traditione moliendum arbitratus, de hac re animo vehementer commotus fuit.* Nimirum eò unicè adverſarii tendunt, ut obtineant, decretis ſuis Romanos anteceſſiſſe alios, illis leges præſcripſiſſe, vel ab aliis latas firmâſſe, adeóque jurisdictione ſua in omnes uſos fuiſſe.

§. 21.) Novatus primùm Carthagine Romam, Româ deinceps rurſum in Africam ad evertendam illam Eccleſiam cum aliis ſchiſmaticis concedit (*q*) ubi interea ſeducti Confeſſores Romani, quos inter *Maximus* Presbyter, & poſtea horum exemplo etiam magna pars Africanorum, ad Eccleſiæ gremium ſeſe recipiunt. (*r*) Sine dubio hoc factum non ſinè Cypriani auxilio, utpote ad quos Romam hortatorias miſit. (*s*) Inde reditum illorum Cornelius Cypriano ſignificat: (*t*) & de hoc Cyprianus gratulatur Cornelio. Num verò primatum inde quis Cypriano adſcribat, quòd de reditu monuit Romanos ſchiſmaticos? Vel anne, quia Novatus Carthaginem ſe contulit, ſuperior erit Carthago Româ? Quid Cyprianus his legatis reſponderit, vid. Ep.41. Cypr. ad Corn. *Cùm flagitarent ut crimina, quæ ſe afferre ac probare dicebant, publicè à nobis, & à plebe N.B. cognoſcerentur, gravitati noſtræ negavimus convenire, ut collegæ noſtri* (Cornelii) *jam delecti & ordinati, & laudabili multorum ſententia comprobati, ventilari ultra famam ore maledico & æmulantium voce, pateremur.* Sincere! Quare eadem epiſtola Novatianum excommunicat, eumque & reliquos conjuratos à communicatione ſua cohibendos cenſuit. utinam Romani in ſimilibus caſibus tam fuiſſent fideles, neque hæreticis & ſchiſmaticis aperuiſſent omnes januas & fores! Ex reſipiſcentium Romanorum confeſſione inter alia Baronius (*u*) urget: *Nos Cornelium ſanctiſſimum Catholicæ Eccleſiæ, electum à Deo omnipotente, & Chriſto Domino noſtro ſcimus &c. nec enim ignoramus unum Deum eſſe, unum Chriſtum Dominum, quem confeſſi ſumus, unum Spiritum S. unum Epiſcopum in Catholica Eccleſia eſſe debere.* Ecquidni ita dixiſſent Romani ex ſchiſmate ad Catholicam Eccleſiam, quæ Romæ fuit, ad Epiſcopum ſuum redeuntes? Nonne verò idem planè Africani reſipiſcentes dicere & confiteri potuiſſent? Maximus, Urbanus, Sidonius, Macarius Presbyteri & confeſſores Romani epiſtolâ ad Cyprianum (*x*) ajunt, ſe cum Cornelio Epiſcopo ſuo, & pariter cum univerſo clero pacem feciſſe. Uſitatè tum Eccleſiam quamlibet particularem Orthodoxam vocatam Eccleſiam, ejúſque Epiſcopum indigitatum

p) § 34. (*q*) *Bar.* § 96. (*r*) *vid. Cypr. Ep.* 46--49. (*s*) *ib. l.* 2. *ep.* 9. & 10. *ſeu* 43. *ſeq.* (*t*) *l.* 3. *ep.* 11. *ſeu* 46. (*u*) § 100. *Spond.* § 13. (*x*) *l.* 3. *ep.* 13.

Digitized by Google

tum Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopum certum. (y) alia, & ſpeciali, quidem ſignificatione, *Catholici* nomen occurrit, ita nempe, ut ſuperiorem adhuc habuerit: de quo Bevereg. in Pandect. T.2.f.p.216. b. *In Ægypto,* inquit, *aliiſque nonnullis locis quatuor Præſulum Eccleſiaſticorum gradus obſervati. 1. Patriarchæ. 2. Catholici. 3. Metropolitæ. 4. Epiſcopi.* Καθολικοὶ itaque, qui ſuperiores quidem Metropolitis, ſed Patriarchâ inferiores fuerunt. Ita Neſtoriani in Oriente nullum habent Patriarcham, ſed Catholicum. Num ergo verè Catholicus? A rabibus dicitur Jachelich. An.254.

Decii Imp. interitus.

§.22.) Haut diu ab electione Cornelii Decius bello Gothico à Treboniano Gallo Limitanei exercitûs in Moeſia duce, proditus, extincto filio ipſe in profundam paludem cum equo incidit, neque amplius viſus eſt: adeóque Cypriano, Caſſiodoro, & Euſebio ultra annum & aliquot menſes non imperavit. *(z)* Quæ verò de *Tryphonia* Decii ſive ſenioris, ſive junioris conjuge & martyre, déque natalitiis ejus ad 18. Octob. ea auctoribus relinquimus. Cyprianum quod ſpectat parùm nos movet, licet Martyrum natalitia celebrârit, utpote in quibus nulla idololatria, nulla ſanctorum invocatio, ſed memoria & incitamentum vivorum ad ſimile certamen, unde l.3. ep.6. Presbyteris & Diaconis ita ſcribit: *Dies eorum, quibus excedunt, annotate, ut commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare poſſimus.* In libro Sacramentorum, ait Bona (*a*) Romanæ Eccleſiæ ante annos 900. ſcripto, talis denuntiatio pro Natalitiis Sanctorum extat: *Noverit veſtra devotio, ſanctiſſimi fratres, quòd B. Martyris illius anniverſarius dies intrat, quo Diaboli tentationes exuperans univerſitatis creatori glorioſa paſſione conjunctus eſt. Ideoque Dominum collaudemus qui eſt mirabilis in ſanctis ſuis, ut qui illis victoria coronam contulit, nobis eorum meritis delictorum indulgentiam largiatur. In illo igitur loco, vel in illa via, illa feria hanc eandem feſtivitatem ſolita devotione celebremus.* Ita olim Græca Eccleſia γενέθλια ſua celebrârunt, h. e. dies, quibus mortem martyres fortiter oppetierunt, & ſic ad vitam tranſierunt; non autem more gentilium, nativitatem illorum ſic vocârunt: quia illis diebus non ipſos martyres, ſed ipſum Deum celebrârunt, & martyrum fortiter facta imitanda ſibi ob oculos poſuerunt. (*b*) Pulchrè veteres noſtri Germani dult (gedult) der Heiligen. Opportune Dallæus (*c*) *Martinus Pereſius Ayala, Guadixienſis Epiſcopus, in opere quod de traditionibus edidit, part.3. conſid.7. p.197. fatetur, ſe nullam apud vetuſtiſſimos ante Cornelium Rom. Epiſc. invocationis & interceſſionis Sanctorum mentionem inveniſſe. Sed ne Cornelium quidem excipere debuit, quia Cornelii non eſt prima illa Decretalis, fatente Baronio (d) & Binio (e) verùm tenebrionis alicujus de nono ſeculo. Eodem pertinet, quod idem paulò ante hac ita diſtinguebat, ut videatur*

Natalitia martyrum.

An.261. §.24.

y) *Forbeſ. l. 16 c.3.* § 40--42. *item* §.45. & *c.7.* §. 24. *ut* & *de Dom. l 4. c* 10 §.73--82.
(z) *Bar. à* §. 48. *Spend.* § 5. (a) *Liturg. l, 2. c.* 16. *p.*471. (b) *Hoſpin. de feſtis Chriſt. c.3. p.9.*
(c) *l.3. de ador. c* 38. & *Ingenium cauſa c.11. p.232. ad an.*221. §.6. (e) *T.1. Conc.*

Digitized by Google

gium relati Tragelaphi. Sic arridet Catharina eidem Caſalio p.21. inpr. de Vorag. c.167. & 209. Vid. hic an.290.§.3. in Georgio. An.255.

Eadem fide *Niceta* & *Aquilina* in Lycia Chriſtophori prædicatione converſæ dicuntur: de quibus ad 24. Julii. *Vid. an. 307.§.2.*

Felicianus apud Mindam, ad 20. Oct. at cùm nullus Mindenſis ejus nominis reperiatur Epiſcopus, annaliſta in notis ad Martyrol. dubitat, annon fuerit Epiſcopus Fulginatis Eccleſiæ, imò in annalibus §. 29. tanquam rem certam, eum ita vocat.

§.24.) Mantiſſæ loco addere ne pigeat, quæ habet Cyprianus ſer. 5. de lapſis, & quæ profert quoque Cardinalis §. 54. Cùm quædam arcam ſuam, in qua Domini ſanctum fuit, manibus indignis tentâſſet aperire, igne inde ſurgente deterritam eſſe, ne auderet attingere. Id quod profectò hodie pro ἀρμείοις ſeu Ciboriis Latinorum minimè facit: quin fideles attrectâſſe olim & aſſervâſſe Euchariſtiam domi ſuæ probat. (k) Ita ad abſentes quoque utrunque ſignum Miniſtri miſerunt, quando ſcil. aliis id publicè diſtribuerunt, id quod Exuperii Toloſani exemplo manifeſtum. Vide Hoſpin. de Templ. p.93. f. pro Catholica communicatione hoc factum Baronius ad an.198.§.13. docet. At hodie ne tangere quidem licet hoſtiam Laicis, omniáque ſacrata eſſe debent: ita ſolvebat olim jejunium. (l)

k) Bar. ad an.293. §.2.3. (l) Perron. in poſth. p.163.

JESU CHRISTI *Annus* 255.
GALLI & VOLUSIANI } *Impp. An.2.*

§. 1. Cornelii P. an.2. Coſſ. Gallus & Voluſianus II. Sublato Decio pax Eccleſiæ reddita, pro qua ad agendas gratias Deo fratres hortatur Cyprianus ex ſeceſſu ſuo redux: unde ſine dubio Synodi habitæ. Eandem tamen perſecutionem mox reſtauravit Gallus, ita ut non nova, ſed prioris continuatio dicenda (a) alios unam, alios duas Synodos Romanas in Novatiani cauſa facere, ſuperiori anno (b) intelleximus. Unius nonniſi mentionem fecit libellus Synodicus ad an.252. in qua præter Cornelium fuerint XIIX. Epiſcopi. Hujus anni Synodum aliqui magnam, alii maximam, celeberrimam alii vocant. Euſebius (c) in ea LX. Epiſcopos fuiſſe, Presbyteros totidem atque amplius, unà cum Diaconis aſſerit. *A paſtoribus etiam ſeparatim, pergit ille, per ſingulas cujusque regionis provincias, quid de ea re agen-* *Pax Eccleſiæ.* *Rom. Synodus.*

t dum

a) Korth. à p.349. (b) §.19. (c) L.6. c. μγ'. Lat. c.35.

Digitized by Google

An. 255. *dum eſſet, deliberantibus, colloquia fiunt.* A quibus omnibus tandem decernitur: Novatum ejúsque fautores tanta ſuperbiâ inflatos, & quotquot illius inhumaniſſimæ, & à fraterna charitate alieniſſimæ opinioni aſſentirentur, in eorum numero, qui erant ab Eccleſia excluſi, haberi: fratres autem, qui caſu infelici prolapſi fuiſſent, pœnitentiæ medicamentis curari, & ad ſanitatem reſtitui. Conſentit igitur hoc Concilium cum Africano (*d*) De his omnibus Cornelius P. (*e*) illuſtrem ad Fabium Antioch. Epiſtolam ſcribit, quam conſule, in qua non modò fraternæ & Eccleſiaſticæ communionis ergò indicat, quid Romanum decreverit Concilium, ſed etiam quid Italis, Afris, cœteríſque occidentalibus viſum fuerit. De eodem Cyprianus librum edidit lapſos ad pœnitentiam cohortando. Ideo ſanè calculum nonniſi & conſenſum ſuum addidit iſthoc Concilium.

§. 2.) Non modò Epiſcopos, ſed etiam Presbyteros & Diaconos interfuiſſe patet, neque in ſententiis ferendis diſtinguuntur. Imò abſentes etiam ποιμένας, paſtores, conſenſiſſe quoque patet. Ecquî verò non unus Cornelius, vel ſoli prælati concluſere? (*f*) *Ejuſdem Concilij Decretum fuiſſe illud credibile eſt*, ait Collector Concil. Ven. (*g*) *de quo Cyprianus Epiſtola ad Hiſpanos ordine 68. his verbis: Jam pridem etiam Cornelius collega noſter decrevit: Epiſcopos lapſos ad pœnitentiam quidem agendam poſſe admitti, ab ordinatione tamen Cleri, atque ſacerdotali honore prohiberi: in qua eadem Epiſtola id ipſum in omnibus Africanis Conciliis, ea de re factis, ſtatutum fuiſſe ſignificat.* Ut collega ergo Cornelius decrevit, nihil imperiosè egit, & ut idem cum ſuis in Africanorum ſententiam antè abiit, ſic etiam hoc loco viciſſim, Africani faciunt. Non minorem ſolicitudinem & curam Cyprianum cum ſuis Africanis Romanæ Eccleſiæ habuiſſe, atque Cornelius cum Romanis ſuis Africanorum habuit ex anno præcedente & hoc præſente manifeſtum eſt. Et quemadmodum Cornelius Privati (qui Fortunatum adverſus Cyprianum Carthaginenſem pſeudo-Epiſcopum creavit) legatos, multa contra Cyprianum mentientes, à communione ſua excluſit; ita hoc officium anno proximè præcedenti eidem Cornelio Cyprianus quoque præſtiterat, qui Novatiani pſeudo-Epiſcopi legatos communionem Eccleſiarum Africanarum ambientes ſimiliter rejecit.

§. 3.) Ecquidni in bono & in orthodoxia una Eccleſia cum alia conſentiret? inde tamen nihil niſi fraternitatem & ſanctam communionem in fide Catholica colligas. Unde factum ut in hac cauſa Novatiana plures aliæ Synodi habitæ fuerint, quæ omnia examinârunt, & quod æquum & juſtum videbatur, approbârunt. Imò in ipſa Italia, hoc anno, in eodem negotio aliud celebratum Concilium, quod Italicum vocant, Bar. (*h*) aſſeverat: inde Hier. (*i*) *Cornelius Romanæ urbis N.B. Epiſcopus, &c. ſcripſit Epiſtolam ad* *Italicum Concil.* *Flavi-*

d) Vid. Cypr. Ep. 52. al. (e) Ap. Euſ. l. cit. (f) Blond. de Ep. p. 200. & 202. (g) T. 1. p. 369. (h) §. 3. (i) De Script. Eccl.

Flavianum Antiochenæ Eccl. Epiſc. de Synodo Romana, Italica & Africana. An.255.
Ita T.1. Con. Ven. 369 b. Synodus Antiochena contra Novatianos, apud Euſ. l. 6. c. ult. Et apud eund. c. 42. Synodi aliæ per diverſas provincias contra eoſdem. Quæſtio igitur eſt, anne Romana Concilia pro Univerſalibus habenda, cùm Epiſcopis ſaltem Italicis conſtiterint, exteræque regiones eadem libertate uſæ fuerint, & vel Romanos non curârint, vel ſanè liberè ſubſcripſerint, prout Romani viciſſim fecerunt. Sanè tam ſimplices non ſumus, ut Romanum pro Catholico accipere velimus. Nam licet Nationalia Concilia interdum etiam Generalia dicantur, id nonniſi nationis illius reſpectu fit, neque de ſolis Romanis quibusdam, ſed etiam Hiſpanicis, Africanis, &c. hoc ita reperiri Bellar. (k) agnoſcit. Neque offendi debemus, quando tantum Epiſcoporum numerum hîc collectum fuiſſe audimus, quandoquidem hic communis olim terminus fuit, ac plures longè Epiſcopi extiterunt olim, quàm nunc, uti nuper ex Carthag. Concilii occaſione vidimus. Ex hujus Concilii celebratione rectè M. Ant. de Dom. (l) colligit: *Concilia Generalia non eſſe tumultuariè & ex abrupto convocanda, ſed prius capita controverſa in provincialibus excutienda, &c.* Unde apud Euſ. poſt recenſionem hujus Concilii: κατὰ τὰς λοιπὰς ἐπαρχίας τῶν κατὰ χώραν ποιμένων περὶ τοῦ πρακτέου διασκεψαμένων, &c. id eſt, *à paſtoribus etiam, ſeparatim per ſingulas cujusque regionis provincias, quid de ea re agendum eſſet, deliberantibus colloquia fiunt, à quibus omnibus tandem decernitur, &c.* Hos conventus Spondanus §. 1. ſubdolè Epiſcoporum conventus vocat: Baronius §. 4. neutrum addit.

§. 4.) In hoc Concilio ſolos Epiſcopos locum & ſuffragium habuiſſe minimè dicitur, quin Presbyteri & Diaconi ab Epiſcopis hoc ſenſu nihil penitus diſtinguuntur neque hîc, neque alibi. Unde Euſ. (m) dicit: Δόγμα κυρίσεται τοῖς πᾶσι: ab omnibus decernitur. Conf. act. 15. c. 4. 6. 22. 23. Nec offendi debemus, cùm aliàs ab Italicis, Africanis, &c. Epiſcopis decretum deprehendimus, quandoquidem à potioribus uſitatè fit denominatio. Fallitur ergo Bellarminus, cùm ait (n) Presbyteros & Diaconos non fuiſſe judices, quia ſoli Epiſcopi ſententias dixerint. At non ſufficit ſimpliciter & liberè nimis ita pronunciare Cardinalem, ſed ut probet quod dicit: & præcipuè qui in Carthag. Conc. ſub Cypriano ſpeciatim exprimuntur, uti e. g. Cæcilius à Birta, Confeſſor Saturninus à Tuna, & rurſus Honoratius à Tuuva, &c. Epiſcopos autem fuiſſe demonſtret. Neque obiter prætereundum quod ſubjungit Euſebius: *Cornelium Rom.* (non Univerſalem) *Epiſcopum, Fabio Antiochenæ Eccleſiæ præſidi, de Romana Synodo, quæ in illa ab omnibus Italicis, Africanis, & reliquorum illic locorum Epiſcopis decreta ſint, indicâſſe.* Item Romanâ linguâ à Cypriano, & aliis, qui cum illo erant, compoſitas, quibus ſignificabatur, & ipſos ad hoc conſentire. Hinc etiam Antiochenum

t 2 Conci-

k) *L. 1. de Conc. c. 4.* (l) *L. 7. c. 3. §. 31.* (m) *L. 6. c. μγ'. L. 35.* (n) *L. 1. de Conc. c. 16.*

An.255. Concilium convocatum. En mutuum conſenſum, ubi nulla vis, nulla tyrannis! Nil minus, quàm quòd Cornelius ſe pro Capite, Vicario & Univerſali venditet: quin damnationem Novatianorum aliis quoque Epiſcopis relinquit. Ita Cypriano Papæ Presbyteri & Diaconi NB. Romani uberes gratias agunt, quòd ipſos in lapſorum negotio conſiliorum ſuorum & laudis participes eſſe voluerit: cum Cypriano ſe nullo alio jure, quàm eádem diſciplinæ & cenſuræ conſenſione ſociatos eſſe teſtantur: ſe omnino cum eodem conſentire: & cùm negotium illud de lapſorum receptione ad totam Eccleſiam pertineat, non aliter quàm in grandi Conſilio facta collatione conſiliorum, cum Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, Confeſſoribus, pariter adſtantibus laicis tractari debere. (o)

§. 5.) In Italico Concilio præcedens Romanum confirmatum fuiſſe Starav. & Pariſini ajunt. Inter Romanam atque Italicam Synodum, ac inter utriuſque limites atque terminos quomodo Marca Archiep. Pariſ. diſtinguat vide apud illum l.1. c.6. §.4. Quid ſi verò Italicum iſthoc Concilium loco παρασκευῆς ante Romanum fuerit habitum? ſin verò ſecus acciderit, an ſine hac confirmatione Romanum ſuum pondus non obtinuit? Quid ergo ſi eodem ſenſu Carthaginenſe confirmatum dicamus? Marca loco all. ait: *à Synodis hinc inde hoc tempore habitis relationem tandem miſſam ad Cornelium, unde monuerit hac de re Fabium Antiochenum.* Sed iſtæ Synodi ipſæ per ſe concluſerunt & decreverunt ſingulæ; poſtea non Cornelium ſolum, ſed alios etiam de hoc edocuerunt. Quid tandem Dionyſius Alex. in hoc negocio non præſtitit? Fabio quoque Antiocheno ad ſchiſma Novatianum inclinanti ſcribit, ubi non Cornelii decretis, ſed argumentorum ponderibus utitur (p) Romam ad ipſum Novatum (Novatianum) ut in viam ſinceriorem revertatur: (q) ad Cornelium ubi recitat, ſe Antiocheno Concilio vocatum interfuiſſe. Memorabile quod Dionyſius Fabio de Serapione ſacrificato ſcribit, eum Euchariſtiam, adeoque etiam pacem Eccleſiaſticam in ſupremis popoſciſſe, eáque impetratâ & ſumtâ expiràſſe. At illum unctionem ſupremam ſuſcepiſſe, vel confeſſionem auricularem edidiſſe nullibi narratur: ita particulam S. neque à Presbytero, qui miſit, neque à puero, qui detulit, neque ab infirmo, qui eam avidè expectabat, adoratam, neque Mariam cum Jeſu invocatam dicit Euſ. l.6. c. μδ'. Unicum hoc Reſervationis Euchariſtiæ exemplum in tota, vera & veteri antiquitate extat. Noctem fuiſſe quando miſſa per puerum ab infirmo Presbytero hiſtoria indicat. Reſp. In templi ciborio aſſervatam nullibi dicitur: (r) in linteis è templis etiam plebeii domum ſecum ferebant aſſervantes illam in omnem caſum, ita idem hoc loco accidere potuit. Itaque manibus eandem contrectare poterant, uti hic etiam puer, qui detulit. Neque communio ſub una, neque intinctio inde

o) Cypr. l.2. ep. 7. (p) Euſ. l. 6. c. 36. 37. μδ'. μέ. (q) C.38. Gr. μς'. (r) Hoſpin. de templ. 93.

inde exſculpitur, quia caſus fuit & res planè extraordinaria, cujus unum hoc An. 355.
eſt in omni antiquitate exemplum, adeoque hujusmodi, à quo nulla eſt ad
Latinorum ritum ratio, qui valentes ſponte, nulla neceſſitate particulam in
calicem immittunt quotidie in omni Miſſa, at hîc puer juſſus ut particulam
vino maceratam ſeni daret, quò eam glutire poſſet, quia Serapionem omnes
corporis vires ita defecerant, ut nulla ſpes eſſet, eum porrectum panem co-
medere poſſe. Edicant autem communené, an ſacratum vinum fuerit. (s)
Rectè Zimmerm. (t) *Seculo adhuc XI. poſt exortum Berengarium utraque
ſpecies ægrotis porrecta, &c.*

§. 6.) Secundum Carthag. Concilium ſub Cypriano habitum huc *Carthag.*
collocant, cui XLII. Epiſcopi interfuerint in cauſa Feliciſſimi & Novatiani, *Concil.*
quorum ille omnes omnino lapſos abſque pœnitentia mox ſuſcipi debere *Vid. an.*
pertinaciter defendit; Novatianus verò neminem eorum, qui lapſi eſſent in 254. §. 3
Eccleſia recipiendum eſſe non minore pertinacia aſſeruit. Auctoritate Cy-
priani congregatum ipſi adverſarii non negant. Imò inſcio Cornelio con-
vocatum ex Epiſtolis Cypriani ad Cornelium (u) manifeſtum: & ſanè res
ipſa loquitur, dum hoc Concilium non modò contra ſuam, ſed & Cornelii, &
reliquorum Italorum, aliorúmque ſententiam, tempori ſe prudenter accom-
modantes, decreverunt lapſis reditum ad Eccleſiam poſtulantibus pacem &
reconciliationem concedendam eſſe, ſi impoſitam ſibi pœnitentiam adim-
pleviſſent, cum hac tamen προσθήκη: *Niſi vita extremum periculum immi-
nens, vel inſtans tyrannorum perſecutio* (quam futuram eſſe Spiritus S. Cypria-
no revelaverat) *pœnitentiarum injunctarum, aut etiam injungendarum in-
dulgentiam, relaxationem & diſpenſationem poſtularet.* (Star. p. 18.) Ob in-
ſtantem itaque perſecutionem gratia pœnitentibus fiebat, & communione
ad prælium armabantur. Itaque mitigatum nonnihil prius decretum, quo
nonniſi diu reſipiſcentibus, vel gravi morbo correptis & de vita periclitanti-
bus gratia fiebat. Fusè de hoc Cyprianus ad Cornelium epiſtolâ citata, ſuo
& Liberalis, Calydonii, Nicomedis, Cæcilii, Junii, Marutii, Felicis, Succeſſi,
Fauſtini, Fortunati, Victoris, &c. nomine: ubi in inſcriptione Cornelium
pro more nonniſi fratrem nominat. Aliquo modo confirmationem hu-
jus decreti hac epiſtola petitam, Pamelius ex his verbis judicat: *Credimus vo-
bis quoque paterna miſericordiæ contemplatione placiturum.* At nihil volunt,
niſi quod credant, Cornelium quoque cum ipſis ſenſurum: quâ loquendi
ratione apud cæteros ſimiliter Epiſcopos, qui extra provinciam illorum fue-
rant, uſi ſunt. Neque totius epiſtolæ character id, quod putat Pamelius,
permittit, ubi inter alia *Statueramus; cenſuimus; nos pacem damus; item,
placuit nobis, Spiritu S. ſuggerente, & Domino per viſiones multas & manifeſtas
admonente, quia hoſtis nobis imminere prænunciatur & oſtenditur, colligere intra*

s) *Dalle. de cultu Lat. l. 3. c. 27. p. 440. & de ador. l. 1. c. 9. p. 72. Blond. de Epiſ. p. 292.*
(t) §. 133. (u) *L. 1. ep. 2. & 3. T. 1. Conc. ed. Pariſ. p. 427.*

An.255. *caſtra militem Chriſti, & examinatis ſingulorum cauſis, pacem lapſis dare, imò pugnaturis arma ſuggerere.* Similia ex priori Carthag. Conc. vid. anno præced. à §. 3.

Privatus hær.

§. 7.) In hoc Concilium *Privatus* hæreticus cum ſuis introire tentat cauſam ſuam acturus, verùm quia anteà ſæpius damnatus fuiſſet, nec reſipiſcere vellet, repulſus eſt: quâ de cauſa ille ſociis quibusdam collectis, *Fortunatum* quendam, profugum & abſentem adverſus Cyprianum Pſeudo Epiſcopum creat, & poſtea ſtatim per Feliciſſimum communicationem à Cornelio petit, prævenireque eſt conatus nuncios à Cypriano mittendos. (*x*) Magna hinc elicere conantur adverſarii, factum hoc ajunt, quòd ſcirent ab omnibus hæreticos notandos fore atque ſchiſmaticos, ſi Apoſtolicæ Sedis communione carerent. At idem hoc de Alexandrina, Antioch. Carthag. Eccleſia dici poterat. Unde ipſius Cornelii adverſarii Novatiani, Carthaginenſis & aliarum Eccleſiarum communionem ambiverunt: & ipſe hic Privatus cum complicibus, quam quia non obtinuerunt, Romam Feliciſſimum miſerunt, haud ignari, admodum adverſantem ſe non habere Cornelium: quâ de cauſa jam anno ſuperiori Cyprianus Cornelio hoc animoſè exprobravit. Vel an ab horum ſchiſmaticorum erronum exemplo primatum Romano Epiſcopo extruent. (*y*) Porrò de ſumma Eccleſiarum Afric. poteſtate & ſuprematu illius provinciæ videſis doctiſſ. Bondellum libro de primatu à p. 797. Cyprianus unitati Eccleſiæ Catholicæ conſulere volens, contra omnes hæreticos & ſchiſmaticos circa hæc tempora librum conſcripſit de Unitate Eccleſiæ Catholicæ, in quo ſanè Romanæ cæteras minimè ſubjicit, uti Baronius (*z*) ſomniat, ſed unitatem in fide & conſenſu, & cujusque particularis Eccleſiæ cum ſuo Epiſcopo.

Conf. an. 254. §. 5.

Vid. an. præc. §. 3. ſatisfactio.

§. 8.) Novatianæ litis occaſione multa de confeſſione & ſatisfactione ſimul agitata ſunt, ut autem Feliciſſimus in defectu, ſic Novatus in exceſſu graviter peccârunt, medium verò Orthodoxi ſalubriter retinuerunt, niſi quòd nonnunquam ſatisfactiones in longum nimis protraxerunt, & delinquentes ad vitæ ſæpe exceſſum ſuſpenderunt. Nimis auſterè Conc. Elib. can. 1. 2. 3. 7. quando in caſibus quibusdam ne in vitæ quidem fine communionem dedit. Cyprianus magis ad lenitatem tetendit. Satisfactio autem pœnitentialis in veteri Eccleſia, antecedebat Abſolutionem, non ſubſequebatur, ne ſolveretur diſciplina. (*a*) De hoc contra adverſarios Cyprianus Ep. 55. ad Gorneljum (*b*) Hodie nobis objiciunt, nimis nos omnibus facilè remittere peccata, itaque peccandi januam aperire. Reſp. At nonniſi pœnitentibus, credentibus & reſipiſcentibus, h. e. dolorem & fidem teſtantibus atque emenda-

(*x*) *Bar. à § 10. ex Ep. Cypr. 55. Spond. §. 3. Star. p. 18. Iuſtel. p. 313.* (*y*) *Vid. cham. T. 2. l. 13. c. 9. §. 2.* (*z*) *Ad an. 254. §. 93. Spond. ad eund. an. §. 12.* (*a*) *Vid. Arnd. aut l. diſcipl. §. 3. & l. ſatisf. §. 2--5. & §. 6--8. ubi de longa pœnitentia.* (*b*) *Bar. §. 18.*

emendationem promittentibus hæc præſtantur, quibus tota S. Scriptura remiſſionem offert & promittit, & quidem gratis, propter unius Chriſti meritum: interim ſatisfactionem non tollimus, ſcil. non qua Deo, uti apud Latinos, ſed qua Eccleſiæ ſatisfit. quòd ſi itaque talis peccator imponat Eccleſiæ, Deum vindicem ſentiet. Neque concedimus pœnitentiam Sacramentum propriè ſic dictum vocari. Ne verò ſatisfactionis æquivocatione imponi nobis patiamur, ſciendum aliam eſſe politicam ſeu civilem atque forenſem, aliam verò Eccleſiaſticam, eámque duplicem, unam quâ Eccleſiæ, aliam quâ Deo ſatisfit, quam ſolus Chriſtus pro nobis præſtitit: Hebr. 10. 14. Rom. 3. 24. 1. Joh. 2. 2. illa Canonica vocatur, quæ fuit ἐπιτιμία κὶ τιμωρία, caſtigatio ſeu pœna, quâ non Deo, ſed offenſæ Eccleſiæ ſatisfiebat, & veram ac ſeriam pœnitentiam ab emormiter lapſo declarari, adeóque alios ita à peccatis abſterreri voluerunt. Tales pœnæ fuerunt, lugubri veſte incedere, ſtare in certo aliquo templi loco, uti certo cibo & potu, abſtinere à conviviis, balneis, conjugali conſuetudine, lamentis & ſupplicationibus publicè peccata confiteri, & eorundem abſolutionem petere, &c. Soz. l. 7. c. 16. Zimmerm. à §. 232. Fusè autem Conciliorum canones, de quibus in ſeqq. ſuis locis. Confer Juſtellum, item Chemnit. in Conc. Trid. plures alios. Verùm quia iſti pœnitentiæ ritus nimio rigore fuerunt exaſperati, & tandem falſam neceſſitatis opinionem attraxerunt, quaſi ſine his publicæ pœnitentiæ ſpectaculis remitti peccata non poſſent, & multos conjecerunt in deſperationem, meritò in Eccleſia ſunt abrogati: eóque magis almæ & beatæ Reformationis tempore proſcripti fuerunt, ſervatâ legitimâ diſciplinâ Eccleſiaſticâ, quòd non tantùm antiqui ſatisfactionis ritus immutati, ſed quòd omnia in meritum & auricupium abiere, ſicuti taxa pœnitentiaria abundè hoc probatum it. (c) Jure igitur repudiamus longéque amandamus roſaria, peregrinationes, precularum deblaterationes ſuperſtitioſarum, humicubationes, nudipedalia, cilicia, confeſſionem auricularem, qualis hodie in uſu, & ſexcenta alia. Hinc finxerunt, culpam propter Chriſtum condonari, pœnam verò peccatorum partim clavium poteſtate remitti, partim ſatisfactionum operibus compenſari. An. 255.

§. 9.) Gradus olim erga delinquentes obſervabantur, de quibus eleganter Forbeſius Inſtr. l. 2. c. 5. §. 22. ſeq. coll. cum c. 11. Zepper. polit. Eccl. l. 1. c. 22. inpr. in fine capitis. Scilet in hac Novatiana controverſia vicit ea ſententia, quâ admiſſi ad pœnitentiam peccatores. Quia verò alter minus, alter magis peccaviſſe cenſebatur, deputati ſunt Presbyteri, qui pro modo culpæ admiſſam pœnitentiam indulgerent. Inde uſus pœnitentiariorum increbuit; quod Eccleſiâ pacatâ ad alios delinquentes extenſum conſtitutumque eſt, ut Romæ in qualibet Eccleſia Patriarchali duo Presbyteri eſſent, *Gradus pœnit.*

c) Vid. Zimmerm. 232. de ſatisfactionis modo, & de taxa ipſa §. 242. *Drelinc. anſans viſage* §. 19. *p.* 159.

Digitized by Google

An. 255. eſſent, qui pœnitentiam ſecundùm canones iis imponerent, alii ita de hoc: Notoria delicta publica confeſſione vel coram toto cœtu, vel coram Presbyterio deleri in primitiva Eccleſia debuerunt, & quia Novatiani lapſos pœnitentes non admittebant, factum à Catholicis, quò tales faciliùs averterentur à Novatianiſmo, ut pœnitentiarius publicus inſtitueretur, cui privata confeſſio fieret: atque ταύτην τὴν προσθήκην id eſt, hoc additamentum, veteri canoni hujus temporis Epiſcopos adjeciſſe Socrates dicit. Itaque Exomologeſis Patribus non eſt ſacramentalis, auricularis confeſſio, uti contendunt Latini, ſed vel confeſſio ad Deum, ejúſque nominis celebratio, vel eſt publica pœnitentia: de quibus Zimmerm. §. 196. ex Dallæo de ſatisf. & Albaſpinæo, atque aliunde. Unde rectè duplex ſtatuitur pœnitentia publica & privata, quarum poſterior, quâ nos miſeri quotidie peccantes, Deo confiteri tenemur, prior cùm ob notorium aliquod delictum ſatisfaciendum Eccleſiæ. Quiſquis igitur prioris generis crimen perpetrâſſet ad Sacerdotem accedens publicæ pœnitentiæ jus ab eo capiebat, quâ peractâ abſolutus communioni reſtituebatur. Aliorum erat cauſa levior, qui privatâ pœnitentiâ ſatisfaciebant, quam ſacerdotis prudentia moderabatur. (*d*) Requiſita, quibus opus habent ad conſequendam abſolutionem, ſic enarrant Romani Clerici Epiſt. ad Cypr. 1. petitio modeſta, poſtulatio verecunda. 2. humilitas neceſſaria. 3. patientia non otioſa. 4. mittant legatos pro ſuis doloribus lacrumas. 5. advocatione fungantur ex intimo pectore prolati gemitus. 6. Imò ſi dedecoris admiſſi magnitudinem perhorreſcunt, erubeſcant & petere, niſi quia majoris eſt rurſum & periculi & pudoris, auxilium pacis non petiſſe. Tandem privatam confeſſionem Sacerdoti pœnitentiario fieri ſolitam non ſine cauſa Nectarius Epiſcopus Conſtantinopolitanus, Ambroſio contemporaneus, abrogavit, eúmque cœteri Orientales Epiſcopi ſequuti ſunt: ut docent Socr. (*e*) Soz. (*f*) collati cum Nicephori Calliſti hiſtoria. (*g*) Negamus verò auricularem hodiernam Pontiff. confeſſionem hinc extrudi poſſe, vel ex antiquo Apoſtolorum more illam originem trahere. Unde Baronius haut diffitetur, lapſorum reſtitutionem, quòd publicè deliquiſſent, publicè fieri debuiſſe: hinc tamen minimè ſequitur, tali actui ſingularem aliquem Presbyterum pœnitentiarium præpoſitum non fuiſſe, prout ille putat.

Vid. an. 56. §. 3.

Fabio ſuccedit Demetrius Antioch.

Eodem tempore Fabius Antiochenus obiens Demetrium ſucceſſorem accepit. (*h*) Ad hunc ſcripſiſſe Cornelium Rom teſtatur Euſ. l. 6. c. μγ'. Quem allegat Bona Lit. l. 1. c. 25. §. 16.

Dira perſecutio.

§. 10.) Remiſiſſe aliquandiu perſecutionem ajunt, inpr. autem in Africa aliquam majorem fuiſſe libertatem, unde cogi Concilia potuerint. Aſt nunc tam dira exſtitit in ſanctiſſimos fideles, ut Cyprianus exiſtimârit, occaſum

d) *Zimmerm. l. de diſcip. Eccl.* §. 11. & 20. (*e*) *L.* 5. *c.* 19. (*f*) *L.* 7. *c.* 16. (*g*) *L.* 12. *c.* 28. (*h*) *Euſ. l.* 6. *c. ult.*

Digitized by Google

ſum ſeculi,& tempus Antichriſti appropinquare: (i) utque Cornelius,vel quisquis parens ſit, ad Lupicinum Viennenſem in Gallia Epiſcopum ſcripſerit, edictis Chriſtianos ubique tormentis variis affici; in urbe Romana Imperatorem ad hoc conſtitutum,unde publicè nec in cryptis notioribus miſſas agere Chriſtianis licere. (k) Non ergo templa habere potuerunt fideles, multò minus ea frequentare. Jam quænam Concilia & quo cum apparatu habita fuiſſe Romæ exiſtimabis? Inter hæc mala Cyprianum ad leonem denuo à populo poſtulatum, ipſe Cyprianus ad Cornelium docet. Eodem anno tanta támque pernicioſa graſſata peſtilitas, ut intra decem annos vix finem repererit, ac maximam partem mortalium in pleriſque orbis partibus exhauſerit, multa etiam loca inhabitata reliquerit: de hac Eutrop. & Pomp. Lætus in Gall. item Oroſ. l.7. c.21. quo tempore Cyprianus erga fideles & gentiles officioſus & ſtrenuus, libellum de mortalitate ſcripſit,ſicque ſuavem ſuis mortem divina ope fecit. An.255.

§. 11.) Durantibus his calamitatibus Cornelius cum maxima Cleri Rom. parte ad Centumcellas exul miſſus,quem Cyprianus (l) literis confirmavit, quorum init. cognovimus. Centumcellæ autem Tuſciæ erat urbs, hod. Civita Vecchia, (m) Verùm quia Cornelium frequenti hominum concurſu viſitari, literíſque ſalutari Imperator cognovit,Romam reductum capite truncavit, Bar. (n) ait: nihil autem Platina de hominum concurſu,ſed ſaltem ex Damaſo, quòd Imperator intellexerit Cornelium literas à Cypriano accepiſſe,eum à Centumcellis Romam perduci,& idola colere recuſantem pœna capitali affici juſſiſſe. Sepultus fertur in cœmiterio Calliſti: Damaſo in crypta, juxta cœmiterium Calixti,in prædio Lucinæ. Platinæ ſepultus cum quibuſdam Clericis à Lucina in arenario prædii ſui,non longè à cœmiterio Caliſti. De tempore martyrii non conſentiunt: juxta quoſdam ſub Gallo & Voluſiano paſſus, at ita colloquium Cornelii cum Decio, de quo Damaſus, locum non habet: igitur Platina cum Damaſo ſub Decio hoc accidiſſe mavult. Ad hæc vero Collector Concil. (o) *Supervixiſſe*, inquit, *Cornelium Decio colligitur ex Epiſtola D.Cypriani ad Antonianum his verbis; tyrannum* (Decium) *armis & bello poſtmodum victum, prior* (Cornelius) *ſacerdotio ſuo vicit*. Aſſentiuntur Pariſini T.1. 360. & 363. Probabilius eſt igitur ſub Gallo & Voluſiano martyrio coronatum, imperante adhuc cum illis Q. Herennio Hetruſco Decio, ſenioris Decii filio, quod aliqui ſcriptores prodiderunt. De his Baronius à §.55. intricatè ſatis. Sacrorum initiandorum poteſtatem bis fecit, unde Presbyteros 4. Diaconos 4. Epiſcopos 7. creavit, juxta Plat; aſt nullam ab eo ordinationem factam,ob temporis brevitatem Bar. §.63. & Pariſ. T.1. p.364. ajunt. Sedit juxta Carr. an.2. Plat. an.2.

Cornelii P. ſeceſſio & mors.

u

i) Epiſt 66. (k) *Bar. §.47. Pſeudo Iſid. p.320. Biblioth. Patr. T. 3. col. 27. edit. Pariſ. & Baſileenſ. part.2. p.4.* (l) *L.1. ep.1.* (m) *Vid. Plin. l.6. ep 31.* (n) *§.59.* (o) *Ed. Ven. T.1. p.366.*

Digitized by Google

An.355. an.2. m.2. d.3. Coſt. an.2. m.5. d.29. Star. & Bar. an.3. d.10. ubi tamen Star. in tabula habet an.2. m.2. Euſ. l.7. c.2. circiter triennium. Damaſ. an.3. d.10. Pariſ. (p) non ultra annum 5. m. & dies 14. Vacavit ſedes dies 35. ex ſententia Platinæ & Damaſi, qui tamen ad marg. habet d.66. Sic Bar. §.63. dies 35. emendatiores Codices ponere ait. Non ſub Decio, nec ſub Valeriano & Gallieno, ſed hoc anno ſub Gallo & Voluſiano paſſum, nec biennium in ſede expléſſe Baronius à §.57. & ex eo Spond. (q) contendunt, indeque hanc diſcrepantiam oriri ajunt, quòd vacantis Sedis Fabiani diverſum interſtitium ponant. Ita ergo Legendæ de Romanis quoque Epiſcopis ſibi non conſtant.

§.12.) Cornelius dum ad ſupplicium duceretur omnia bona ſua Stephano Archidiacono commiſit. At majorem quàm ficti Damaſi fidem requirimus, qui ſub Decio paſſum Cornelium, & cum eodem ante ſupplicium colloquia & certamen habuiſſe refert. Ad idem tempus cum innumeris aliis refert Martyrologium Rom. ad 14. Sept. & cum eodem Cornelio XXI. alios promiſcui ſexûs paſſos ait. Bona immobilia Eccleſiam ſemper habuiſſe Bar. ad an. 167. §. 3. vult, at oppidò malè. Sanè Eccleſiaſtica quædam bona, at non agros, urbes & arces, aliave hujus generis, quæ hodie vulgò Petri patrimonium vocant, habuiſſe Romanam & alias Eccleſias, idque ex collectis quotidianis atque ditiorum largitate credibile, neque verò & illa totis conſtitiſſe theſauris ex Laurentii actis infrà ad an. 261. videbimus. Huc facit, quæ M. Ant. de Dom. (r) *ſedente Cornelio Eccleſia Rom. largitate ſua ſolita plurimos paſcebat. Tum ibi erant Presbyteri 46. Diaconi 7. ſubdiaconi 7. acoluthi 42. exorciſtæ & lectores, unà cum oſtiariis 52. Viduas & alios morbo & egeſtate afflictatos 1500. quos omnes Domini gratia & benignitas ſuſtentat.* At non ex fixis & annuis Eccleſiæ reditibus, ſed ex quotidiana collatione & ſtipe ſuſtentatos fuiſſe rectiùs collegeris. Munificentiam Eccleſiæ libenter agnoſcimus: aſt Papalem Monarchiam & ſuprematum heîc nondum videmus. Et verò ſi tantum Clericorum Rom. numerum conſideremus, ſynodum inſuper Rom. hujus anni, quæ ob frequentiam Maxima dicta, quia Epiſcopi 60. interfuere, Presbyteri plures, multique Diaconi, atque ſi eadem cum ordinationibus, quas ſinguli Epiſcopi Rom. feciſſe perhibentur, conferamus, amplum ipſorum fuiſſe imperium nulla ratione colligere poſſum, nî reliquorum ordinationem Vicariis adſcribas, quos tamen nullos nobis hiſtoriæ promunt. Maximam & innumerabilem populi fidelis frequentiam Romæ fuiſſe ibidem Cornelius teſtatur. Atqui frequenter olim communicârunt. Unde quærit jure Larroquanus (s) num ſingulorum confeſſio ſemel aut bis hebdomadatim ante communionem audiri potuiſſet.

§.13.) Bellarminus (t) ſuppetias ſibi ab hac Cornelii ad Fabium epiſtola

(p) p.360. (q) à §8. (r) l.9. c.9. §6. ex Euſ. l.6. c.35. Gr. μγ. (s) de Euch. part.3. c.3. p.838. (t) l.1. de Cler. c.11. § quare.

ſtola promittit pro diverſis Cleri :orum ordinibus aſſerendis. At verò probandum ipſi incumbit in reliquis Eccleſiis omnibus nec plures, nec pauciores fuiſſe ordines. Imò haſtenus functiones Eccleſ. in Epiſcopos, Presbyteros & Diaconos fuiſſe diſtributas vide Orig. hom.2. in Num. & hom.11. in Jerem. Tertull. de corona milit. & de fuga & in perſecut. Nec in epiſtola decretali Synodi Antiochenæ plurium graduum mentio fit apud Euſ. l.7.c. λ. Ita ipſe Anacletus P. Decretali 3. duos ſaltem ordines ſacerdotum, Epiſcopatûs videl. & Presbyterii enumerat, hæc verba ſubmittens: *Amplius quàm iſti duo ordines ſacerdotum nec nobis à Deo collati ſunt, nec Apoſtoli docuerunt* (u) iterum probabit Bellarminus hunc Clericorum numerum ita ſimpliciter tempore Cornelii fuiſſe neceſſarium, ut nec augeri, nec minui potuerit. Tertiò horum Ordinum miniſterium ſacrificio Miſſatico fuiſſe deſtinatum. Fuit certè Cleri vocabulum hoc ſeculo magis in uſu, quàm præcedenti: quo nomine omnes gradus Eccleſiæ Miniſtrorum comprehendebantur. Et quia Clericorum numerus augeri cœpit, ideo ut inter Diaconos etiam ordo aliquis eſſet, hoc ſeculo plura diſcrimina perſonarum fecerunt, uti apud Cyprianum reperire eſt. Ipſe Bona (x) ex Thoma in ſupplem. 3.p. q. 37. art. 2. agnoſcit *antiquis temporibus ob paucitatem Miniſtrorum omnia inferiora miniſteria Diaconis fuiſſe commiſſa, poſt ampliatum autem cultum divinum, Eccleſiam etiam alios ordines ſibi inſtituiſſe.* Bellarminus ait ordinem Eccleſiaſticum apud auctores vel propriè ſumi, vel communiter. Propriè, qui certò ritu ſacro & ſolenni confertur ab Epiſcopo ad certum miniſterium ſacrificio divino exhibendum; qua ratione VII. numerantur. Unum autem ordinem facere Epiſcopum & Presbyterum, quia idem utriusque miniſterium NB. quantum ad ſacrificium: ita Lectorem, Cantorem, ſeu Pſalmiſtam. Communiter dici Ordines omnes, qui quomodocunque dedicentur divinis obſequiis, etſi non referantur ad ſacrificium, quò pertineant etiam Monachi, Virgines, & viduæ Deo conſecratæ, nec non laborantes inſepeliendis defunctis. Sub VII. etiam Ordinibus comprehendi Cardinales, Chorepiſcopos &c. Becano IV. ſunt claſſes. 1. Epiſcopi inter quos eminet Pontifex. 2. Presbyteri ſeu ſacerdotes non Epiſcopi. 3. Diaconi & Subdiaconi. 4. Reliqui inferiores, acoluthi, lectores &c. At nos jur divino & praxi Apoſtolicæ inſiſtamus.

§. 14.) Hieronymus| enumerat Cornelium inter ſcriptores Eccleſ. propter epiſtolas quaſdam. (y) Bar. (z) ambiguè de Cornelii epiſtolis loquitur, dum adhuc quaſdam extare dicit. Duas nonniſi ponit T.1. ed. Ven. p.366. Sex habet editio Pariſ. à p.364. duarum priorum Bellarminus facere mentionem ne quidem auſus eſt; de iidem Mareſius: utraque ſuppoſita agnoſcitur ab eruditis. Aliam valde brevem ad Lupicinum Epiſc. Viennenſem

An.255.

Scripta Cornelii.

u 2 ſem

u) *Camp* 84. (x) *Lit. l.* 1. *c.* 16. §. 6. (y) *Conf. Euſ. l.* 6. *c* 43. *L.* 35. *adde Bellar. Gerhard. Friſ. in Biblioth.* (z) § 63. *Spond* §. 9.

Digitized by Google

An 255. ſem meritò ſuſpectam habet Blondellus in Pſeudo-Iſid. (a) eò quòd nomen Miſſarum in plur. uſurpetur, cùm tamen id nominis eo ſeculo adhuc ignoraretur in Eccleſia, ejúſque vocis uſus in hac ſignificatione non inceperit ante Ambroſii tempora. ut taceam quòd ſibi ſuum martyrium revelatum à Deo profitetur. De illa Bar. ad an. 57. §. 128. f. & Pariſ. collectores T. 1. p. 377. Blondellus de prim. p. 714. ubi de Viennenſis Sedis dignitate agit. Prior

1. Decretalis. Cornelii epiſtola ad Orthodoxas Eccleſias de translatione corporum Apoſtolorum Petri & Pauli, & de Navato aliiſque hæreticis. Eam rationum ponderibus opprimit Blondellus in PſeudoIſ. præf. p. 67. & in tract. à p. 308. Cocus pag. 68. Aliud longè Cornelius habuit quod ageret: & dum petit, ut alii ſibi gratularentur ea de re, non eſt dubium, quin Cyprianus ejus rei in 14. ſuis epiſtolis ad Cornelium feciſſet mentionem. Ut à νοθείας ſtigmate eam liberet Binius, in illam mendosè irrepſiſſe ait, quòd Petri & Pauli cadavera ex catacumbis rogatu Lucinæ levata ſint, cùm tamen conſtans omnium Codicum conſenſus doceat fabulam iſtam non ab alio inſultam, ſed ab ipſo auctore ita primùm ſcriptam, ut nunc legitur. Adde Binio Pariſinos p. 362. Fictum quòd Petri corpus depoſitum in templo Apollinis: id enim, ut & Romam ipſam, Gentes adhuc tenebant, eorúmque Pontifices, nec ingredi Chriſtianis talia loca licebat, multò minus ibi ſuos ſepelire. Vel num magis ibi Petrus tutus & cultus fuit? Neque ipſi pagani ſepulchra ſua habuerunt in templis, longè minus Chriſtianorum, & quidem publico ſupplicio ſublatorum toleràſſent. Unde rectè Bar. (b) hanc quoque fabulam refutat. Modeſtiùs, ut tamen incautis imponeret, Staravolſcius: *Rogatus* (Cornelius) *à quadam matrona Lucina corpora B. Apoſtolorum P. & P. è catacumbis levavit noctu, & in clariorem locum tranſtulit.* Sed verò cùm Chriſtiani tunc temporis ne in clarioribus cryptis tuti fuerint, quomodo talem locum P. & P. corporibus quærere potuerunt: Urbanus V. ait Platina, Apoſtolorum capita diu quæſita, tandem invenit; deſierant enim, inquit, in honore eſſe propter deſuetudinem & ignorantiam hominum. Sed apud ſancta ſanctorum reperta, ac locellis argenteis recondita, ad altare majus baſilicæ Lateranenſis cum maxima veneratione & celebritate collocantur, vid. Hoſpin. de Templ. p. 119. 126. qui verò factum, ut per tot ſecula non quæſita, non adorata fuerint?

Ib. *Credo vos mandata Apoſtolicæ Sedis libenter peragere.* Nimirum unicè & ubique hoc quærit & inculcat Decretalium ille τεχνασής. Atqui aliter longè ſenſit Cyprianus, cum Antiocheno, Alexandrino, & reliqui fideles.

Orantes Deum & Dom. N. J. Chr. ut intercedentibus ſuis S. Apoſtolis maculas veſtrorum purget peccatorum. At hæc phraſis minimè eſt Spiritûs S. neque hujusce ævi.

§. 15.) Se-

a) p. 320. (b) ad an. 221. § 3--5.

§.15.) ☞ Secunda Decretalis ad Rufum (Veneta ed. in marg. Ruſticum ponit) Coepiſcopum Orientalem, quâ ſtatuit,ne quis ab Epiſcopo aut ſacerdote,niſi pro fide,exigeret juramentum: vid. 1.q.4. Sacramentum autem. Eam enervant Blond. & Cocus locis alleg. Docet inter alia,quàm alienum ſit ab hominibus Chriſtianis jurare, exponens illud Domini: *Quod autem his abundantius eſt, à malo eſt i. e. ab exigente & jurante.* Item *ante 14. annos nullus jurare cogatur, & ut à jejunis juramenta præſtentur*: 22. q. 5. honeſtum etiam. In eadem epiſtola de cauſis Epiſcoporum agitur, & ut,quidquid adverſus abſentes agitur, vacuum habeatur: *Omnia*, inquit, *quæ adverſus abſentes in omni negocio,aut loco aguntur,aut judicantur, omnino evacuentur: quoniam abſentem nullus addicit,nec ulla lex damnat.* c.3. q.9. omnia. An. 255. 2. Decret.

Ib. facit mentionem appellationis ad Apoſtolicam Sedem. Quid ſi verò Rom. Epiſcopus latuerit, aut in exilium actus,vel ſi Sedes,& diu quidem, vacârit. Contrarium Cyprianus (*c*) ſtatutum ab omnibus docet, ut illic cauſa audiatur,ubi crimen admiſſum, nec circuncurſandum ad alios. Id verò non modò de prima, ſed & reliquis inſtantiis intelligendum,exemplo ſchiſmaticorum & condemnatorum Africanorum patet.

Ib. Cornelius aſſerit,ſe à Ruſo Orientali Epiſcopo conſultum eſſe, an liceat Epiſcopis jurare. Sed cùm nec ipſe,quis ille Latini nominis Rufus fuerit, aut quo in loco Epiſcopum egerit, ſignificet, & aliàs hiſtoria talem ignoret Rufum, neque veriſimile ſit,hanc ob rem,à tam longè poſito,conſilium petitum fuiſſe, meritò hoc quoque ſuſpectum. Certè barbaries ſtyli, ac judiciorum ratio impoſtorem produnt.

Tertiam Cornelii Epiſt. ad Fabium al. Flavianum Antiochenum ponunt. Ejus certè fragmenta ſatis ampla,& jam aliquotiens à nobis producta,Euſebius habet. 3. Decret.

IV. Ad Lupicinum Viennenſem de qua §.14. jam actum. Eam Bona (*d*) allegat: *Romæ*, inquit, *clam celebrandi* (Miſſam) *locum præbebant ampli receſſus ſubterranei in cryptis arenariis; à quibus tamen excludebantur,cùm vehementior perſecutio urgebat.* Eandem tamen ipſos Catholicos pro Apocrypha habere agnoſcit. Duas ad Cyprianum idem ſcripſit, & plures ipſe Cyprianus ad eundem de quibus alibi. l.1.c.3.§.1. 4 Decret.

§. 16.) Cornelio poſt interregnum 35. dierum, ſucceſſit *Lucius* Rom. unus ex Presbyteris Confeſſoribus qui cum Cornelio exulaverant. Platinæ & Coſt. fuit 23. Pontifex: Starav. 24. Carr. 21. Eum Coſterus electum dicit anno 253. Veneti an.254. Carr. 258. alii 259. Sediſſe Coſterus vult an.1. m.4. d.14. Onuph. an.1. m.3. d.13. Carr. an.3. Plat. Starav. alii an.3. m.3. d.3. at idem Starav. in tab. an.1. m.8. Euſ. hiſt. l.7.c.2. vix octo continuis menſibus. Bis autem ob confeſſionem fidei exulâſſe fertur,ſemel cum Cornelio, iterum Epiſcopus jam factus, inde tamen ad Eccleſiam nutu Lucius fit P.

u 3 Dei

(*c*) *Cl.1. ep.3.* (*d*) *l.1.c.19.§. 3.*

Digitized by Google

An.256. Dei rediiſſe: unde de reditu ipſi per Epiſtolam gratulatur Cyprianus (l.3. ep.1. ſeu Ep.58. juxta Pamel.)

Hippolit. *Hippolytus* Antioch. Eccleſiæ Presbyter à Novatianiſmo converſus, martyrium pro fide ſubiit de 30. Jan. Bar. ſ.34. Adde Blondel. de Epiſc. p.249.

JESU CHRISTI *Annus* 256.

GALLI & VOLUS. } *Impp. An. 3.*

Æmilianus fit Imp. ſ. 1.) Lucii P. an. 1. Coſſ. Maximus & Valerianus. C. Vibius Trebonianus Gallus cum filio Voluſiano in pugna contra Æmilianum, à milite in Mœſia Imperatorem ſalutatum, victus & cæſus. Hos Entychius (a) Galium & Julianum vocat. Ita duos horum ſucceſſores atque Collegas Gallienum atque Valerianum unum facit, quem nominat Galilium ſeu Alerianum.

Calumnia in Chriſtianos. Calumniis olim onerati Chriſtiani à Gentilibus gravibus & permultis. Unus Origenes CCXLV. illarum genera obſervavit & diluit. (b) Quæcunque terram mala premebant, ea omnia Chriſtianis impingebantur. (c) Ita hoc loco ob peſtem, famem & bella graſſantia magis Gentes inſultabant fidelibus, unde Cyprianus Apologiam, ſeu orationem potiùs invectivam ſcribit. *Cypriani Apol. & Epiſt.* Novas inſuper calumnias paſſus idem à Florentio Pupiano à ſchiſmaticis ſeducto, eum itaque ſeria Epiſtolâ ad emendationem provocavit, quam vide l.4 ep.9. ſeu Ep.69. docetque inter cœtera, quantum peccatum, dum Epiſcopus, qui unus eſt, & Eccleſiæ præeſt, ſuperba quorundam præſumptione contemnitur, ut igitur Cyprianus unum ſe illum eſſe in ſua Eccleſia Epiſcopum ſtatuit, ita & Romanus Epiſcopus in ſua etiam talem ſe prædicare potuit. Non autem ad Rom. Sedem, ſed ad ſuam provocavit Cyprianus.

Origenis obitus. ſ. 2.) *Origenis* obitum Bar. (d) huc collocat. Huetius l.1.c.4.ſ.7 9. item Lambec. cum Bucholz. ad an. 254. eundem refert, natus quidpe anno 185. vixit an. 69. vid. Euſ. l.7. c.1. alii an. æt. 70. ponunt: Spelm. (e) annum Chriſti 260. Inſtitutus privatim à Patre Leonide, poſtea à Clem. Alex. item ab Ammonio Sacca. Poſt decollationem Leonidis, Origenes 17. annos natus: (f) alii verò biennio, alii triennio, alii quadriennio juniorem fuiſſe ſtatuunt.

a) P.392. (b) *Zimmerm.* §.96. (c) *Korth. à p.*273. (d) §28. *Spond.* §.5 (e) *In Cent. p.*37. (f) *Euſ l.6. c.2.*

Digitized by Google

ſtatuunt. Ut autem ſibi & matri victum pararet, Grammaticam docuit: deinde Catecheſi ſeu lectioni doctrinæ Chriſtianæ in ſchola Alex. præfectus eſt: poſtea Romam profectus, inde reverſus, cùm in Epiſcopi Demetrii, ipſius gloriæ invidentis, offenſionem incidiſſet, ſeceſſit in Palæſtinam, ubi familiaris fuit Alexandro Hieroſ. Epiſcopo. Paulò poſt Alexandriam revocatus, Clementis Alex. ſucceſſor eſt factus, omnes S. Scripturæ libros commentariis explicuit. Exilia, tormenta, carceres plurimis in locis pertulit. (g) Fuit ſanctitatis inculpatæ, & in prædicandi officio adeò ſedulus, ut ferant callum ejus genibus adnatum ex frequenti geniculatione, ut in genibus camelorum. In laboribus tam indefeſſus, ut 6000. volumina librorum ſcripſiſſe Epiphanius, & ex eo alii referant, id quod tamen Hieron. apol.2. negat, licet idem de illo Epiſt. ad Pammach. & Epiſt. ad Marcell. teſtetur tanta illum conſcripſiſſe, quanta nemo poſſit legere. (h) Plus ſeptem ei dictanti adfuiſſe notarios, totidem librarios, & puellas opera ejus nitidius exarantes vide apud laudatum Huetium l.3. c.1. §.2. unde factum ut ſtylus ipſius redundans & incultus fuerit: ib. §.1. Quidam victum tandem idolis thura obtuliſſe volunt, unde ab Eccleſia Alex. ceu deſertor habitus fuerit & è communione ejectus, at reſipuiſſe & conſtanter pièque vitam finjiſſe. Ejus tamen hunc lapſum reprobat Baronius (i) item Dallæus (k) De hoc Horn. hiſt. Eccl. p.69. ſuo loco relinquimus, quidquid de thurificatione & æthiope tradatur, ſed ab hæreſi vix excuſari poteſt, adde Mycræl. hiſt. Eccl. l.2. §.1. à p.61. Korth. à p.210.

An.256.

Vid. an. 253. §.20.

§. 3.) *Tractator* ab Auguſtino dictus i.q. Doctor, quia præter alia inpr. S. Scripturam tractavit. Ita quoque ob aſſiduum ſcriptionis ſtudium ſeu ab ingenti librorum copia συντάκτης, ἧελος, συντακτικὸς, ut & χαλκέντερος, quaſi inteſtima habens ærea, quo nomine Didymus Grammaticus etiam venit. *Adamantius* ſeu *Adamantinus* vocatus, propter adamantinum mentis robur, ſeu ob indefatigatos labores; vel quòd ceu invictus Adamas fortiter veræ fidei opem ferret, teláque hæreticorum retunderet. Ergo non à vitæ exortu habuit hoc nomen. De ſcriptis ejus agunt, & partim etiam cenſuram in ead. inſtituunt Euſ. l.6. c. κβ'. ſeqq. & λβ'. & λϛ'. Hier. Bellar. Gerh. Mejer in Biblioth. c.3. §.3. Arnd. ant. à p.891. Friſius in Biblioth. Turin. Inprimis illa ad examen revocant Rivet. Crit. S. l.2. c.12. ſeq. Cocus à p.131. maximè Huet. l.3 à c.2. præcipuè poſt libri 3. capite 4. in appendice, ubi de libris falsò Origeni adſcriptis. Manu ſcripta Orig. Gr. quæ extant in Biblioſ. Cæſar. vid. apud Lambec. T.3. p.73. N.53. & 256. Ejus errores varii: p. 168. & T. 4. 249. ſeq. Ex innumeris ejus libris ſuperſunt pauci, qui Græcè leguntur, eruerunt tamen nuper ex Bibliothecis egregia nonnulla, eáque

Ejus ſcripta & errores.

g) *Vid. Euſ. l.6. c. λβ'. & l.5. c. γ'. fine.* (h) *Vid. Huet. l.3. c.1. §.5.* (i) *ad an. 253. §.18.19. Spond. §.19.* (k) *de uſu Patr. 265.*

Digitized by Google

An.256. la,eáque verſionibus & notis illuſtrârunt Huetius & Wetſtenius F. Quoſdam Hieronymus, Rufinus & Ambroſius, non ille Epiſcopus,ſed Monachus Cæſar. Latinos fecerunt. At non modò Græca,ſed etiam interpretationes plures perierunt, quod inde etiam evenit,quia ſub anathematis pœna prohibitum erat aliquando deſcribere illius libros. Editio operum Orig. Merlini proſtat (*l*) item Eraſmi, Genebrardi: multa autem Origenis non ſunt,nec perfecta, ſicuti hiatus oſtendunt. Scripta ejus eo adhuc vivo,ſed multò magis poſt obitum, magnas in Eccleſia turbas excitârunt, quorum patroni reponunt,ea ab hæreticis partim corrupta,(*m*) partim integra ſuppoſita fuiſſe, alia verò minùs rectè percipi: unde aliquot apologiæ pro ipſo ſcriptæ,utpote à Rufino,item ab Alexandro Cappadociæ Epiſcopo (*n*) ita quinque apologeticos libros conſcripſit Pamphilus, ſextus autem ab Euſebio abſolutus, cui lucubrationi à ſe Latinis literis redditæ Pamphili nomen Rufinus adſcripſit. De eodem etiam Chryſoſtomus; & Auguſtinus monet,quòd illi defenſores ſtatuant,ipſum revera docuiſſe, P. F. & Spirirum S. ejuſdem omnino eſſe naturæ & ſubſtantiæ. Sic ipſe Origenes Epiſtolâ ad amicos Alexandrinos de mala hæreticorum fide conqueritur. Quicquid verò ſit,ejus tamen ſcripta damnata à quibuſdam, eúmque Eccleſiæ nocuiſſe magis,quàm profuiſſe judicant, quòd ſcripta illius innumeris ſcateant prodigioſis placitis,interpres Scripturæ impurus & obſcurus, allegoriarum vitio totus laborans, propria pro tropicis,& tropica pro propriis explicans. (*o*) De eodem Molinæ. Novit. Pap. (*p*) *Accuſatur Origenes*, inquit, *à Cardin. Perronio in examine Pleſſai, negata omnipotentia divina, deitatis F. & Spiritûs S. reſurrectionis carnis, æternitatis Paradiſi & inferni, item quòd ſtatuerit plures mundos ſucceſſivè ſubſequentes, & quod Diaboli in bonos Angelos transmutandi,&c.* Quin Bellarminus (*q*) eum propter errores æterno igni adjudicat. Ejus ſphalmata de Filio D. de Spiritu S. de animabus hominum, de Diabolis, de Reſurrectione corporum & aliis, recitat & confutat Hier. T. 3. multis opuſculis. In Epiſtola ad Avitum longum Catalogum errorum ex libris περὶ ἀρχῶν collegit,item contra Rufinum. Gelaſius diſt. 15. c. S. Romana. ea Origenis opuſcula admittit, quæ Hieronimus non renuit. At Quinta ſeu Quiniſexta Synodus, novo & inandito exemplo Origenem condemnavit penitus,cujus tamen patrocinium Jo. Picus, Sixt. Senenſis Biblioth l.4. atque alii ſuſcepere,quod Annaliſta noſter concoquere non potuit. Conſule Hannekenium in hiſt. Ariana à p.39.

Origeniſta. §. 4.) Qui Origeni faveant, qui eundem rejiciant,& qui medium teneant: Huet. l.2, c.3. Unde fit ut aliqui ejus libros admittant, alii eoſdem prohi-

l) *Vid. Huet. p.230.f.* (*m*) *Huet. p.187.f.* (*n*) *Friſ Bibl. p.6. col 4.* (*o*) *Vide Bellar. de Chriſto c.10. Forbeſ. inſtr. l.2. c.2* §.2. *Chemnit. Conc. Tr. p 528. b ſexcentos alios.* (*p*) *L.1. c.49.* (*q*) *L.2. de purgat. c.8.*

Digitized by Google

prohibeant, aliqui uſum illorum permittant, ut tamen vitentur errores: ib. ſ.18. Ita c.4. ſ.7. diſtinguit Origeniſtas 1. qui ejus eruditionem laudârunt & ſectati ſunt. 2. qui ejus errores foverunt: unde errat Baronius, dum generaliter omnes ejus ſectatores, orthodoxi ne fuerint, an heterodoxi, damnat. Sic eundem Cardinalem ſ.46. hujus anni iniquiorem eſſe in Origenem judicat p.231. f. Duos autem Origenes Ammonii diſcipulos fuiſſe Huetius l.1.c.1. ſ.7. monet, unde noſter hic ad diſcrimen Adamantinus dictus: quinimo alii non modò duos, ſed tres etiam, imò quatuor faciunt Origenes, unde orti Origeniſtæ diverſi. De Origeniſtis Aug. de hær. c.43. Arnd. p.462. De erroribus Origenis Dallæus de uſu Patr. à p.264. cumpr. Huet. l.2.c.3.ſ.17. fuſius verò l.2.c.2. ubi quæſt. 1. quid de Deo ſtatuat. q.2. de SS. Trinitate. q.3. de Chriſto ejúſque incarnatione & οἰκονομίᾳ. q.4. de immaculata virgine. q.5. de angelis. q.6. de anima. q.7. de libero arbitrio, gratia & prædeſtinatione. q.8. de aſtris. q.9. de reſurrectione. q.10. de judicio ultimo. q.11. de præmiis & pœnis: atque liberatione damnatorum. q.12. de mundo, Paradiſo terreſtri & Adamo. q.13. de allegorica Scripturæ interpretatione. q.14. de clavium poteſtate: item de pane Sacramentario, de matrimonio & arte magica. An.256.

Internecinum cum hæreticis bellum perpetuò geſſiſſe Origenem agnoſcit Huetius l.2. c.3. ſ. 12. utpote cum Valentinianis, Marcioniſtis, Baſilidianis, Apellitis, Helceſaitis, eáque teneri ac credi duntaxat jubere, quæ ab Eccleſia recepta ſint. Quo loco ſua haberi voluerit, declarat homil.2. in Ezech. *Quæ audientes ut diligenter attendant, & accipiant gratiam Spiritûs, de qua dictum eſt, diſcretio Spirituum, ut probati trapezitæ facti diligenter obſervent quando falſus ſim magiſter, quando verò prædicem, quæ ſunt pietatis ac veritatis.*

Commendantur inpr. ejus contra Celſum octo libri, quibus pro Chriſtianis Celſo reſpondet. In Theologia ſua ſeu 4. libris περὶ ἀρχῶν oſtenduntur præcipua ac neceſſaria religionis Chriſtianæ principia, pro illius temporis conditione. De quo judicium ex Hieron. & Vincent. Lirin. vid. apud Rivet. Crit. S. de egregia illius ſcripti præfat Chemnit. Conc. Tr. p.79. De comment. in Jobum Cocus præf. col. 40.

ſ. 5.) A Platonica Philoſophia Originem deceptum ajunt, ídque hac occaſione, quòd Ethnici riderent Moſaica ſcripta, propter ritus de cibis & ſacrificiis: unde volunt Originem tradidiſſe allegoricas interpretationes, ut reconditam ſapientiam continere viderentur, ſicut Pythagoræ dicta, aut poëmata. At verò alii Origenis erroribus, vel turpitudinibus Origeniſtarum potiùs permoti, ut duos Origenes ſtatuerint, unum Adamantium, & alium aliquem ignotum, ex quo Origeniſtæ turpes cognominati, quòd cùm matrimonium damnarent, in omnium libidinum cœno velut ſues volutarentur. Unum tamen fuiſſe alii judicant, ejúſque ſectatores in deterius prolapſos, in

Digitized by Google

An.256. Gnoſticorum ſcil. ſordes, ſeu, quod magis arridet, quòd Gnoſtici Origenis nomen prætexerent in cruſtandis ſuis ſceleribus. Rectè igitur Origeniſtæ in duplici apud veteres differentia ſunt, impuri iſti Origeniani dicti, carnis reſurrectionem negantes; alii verò Origeniſtæ & Adamantii, Chiliaſtæ & Allegoriſtæ. *(r)* Origeniſtis affines ſunt Liberatores, qui docebant deſcendente ad inferos Chriſto, credidiſſe incredulos, & omnes inde fuiſſe liberatos. *(s)* Origenianorum aſſeclæ ſunt Hieraclitæ ſeu Heraclitæ ab Hieracla ſeu Heracla: *(t)* Monachos tantùm & Monachas, & conjugia non habentes in communionem recipiebant; regnum cœlorum parvulis denegabant, quia non ſint illis ulla merita certaminis, quo vitia ſuperentur: Melchiſedecum Spiritum S. dicebant: quibus nominibus redivivum Clerum Pontificium in pluribus habere videmus.

§. 6.) Indignè etiam à nonnullis laceratur Origenes, ubi ſcil. orthodoxè contra Pontificiorum errores ſcribit & ſentit, utpote quando transſubſtantiari ſigna in S. Cœna minimè credidit: unde homil. 16. in Num dicit: *Bibere dicimur ſanguinem Chriſti non ſolùm Sacramentorum ritu, ſed et cùm ſermones ejus recipimus.* Ita panem vocat *corpus ſymbolicum & typicum* in Matth. c. 15. item: *Ille cibus qui ſanctificatur per Verbum Dei, pérque obſecrationem, juxta id, quod habet materiale, in ventrem abit, & in ſeceſſum eycitur.* (u) κτ̀ τὸ ὑλικὸν εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, κὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται ὕλη τῦ ἄρτυ. Ibidem docet, nullum malum carnem Chriſti edere, quia omnes, qui carnem Chriſti edunt æternùm vivant. Malos autem panem nonniſi mortuum edere. *(x)* Quod teſtimonium prolixe allegatum reperies apud Sixt. Sen. l.6. annot. 66. ad quæ Perronius obthurare aures jubet, ac ex deſtinato conſilio Origenem contra Catholicos diſputare dicit. Iterum in Matth. tr. 33. adeſſe nobis divinitate ſua, abeſſe autem corpore *(y)* Contra Marc. dial. 13. *Si carne deſtitutus et exanguis erat* (Chriſtus) *cujus carnis, cujus corporis, & qualis tandem ſanguinis ſigna & imagines miniſtravit per panem & poculum.* (z) Idem in Levit. hom. 7. t. 2. *Niſi ederitis carnem meam, & biberitis ſanguinem meum: litera mortua eſt, ſi ſumamus juxta literam; contrà ſi ſpiritualiter accipiamus, illa non occidet, ſed in ſe habet ſpiritum vivificantem.* vide eund. hom. 6. in Num. ubi à litera ad allegoriam recurrendum docet. *(a)* Libro 8. contra celſum fatetur Chriſtianos altare non habere, adeoque nec ſacrificium, quia ſcilicet indiſſolubile vinculum inter verum altare & inter ſacrificium propriè dictum. Unde opponit Gentilium ſacrificiis, quæ pro Impp. offerunt, preces Chriſtianorum. (*b*) Et ib. *Nos verò,* inquit, *rerum omnium conditori placere ſtudentes panes edimus, qui offeruntur cum gratiarum actione, & precibus ſuper rebus donatis, quique facti ſunt per preces corpus quod dam & ſan-*

r) Vid. Epiph. hær. 63. Aug. c. 42. 43. (s) Aug. hær. 79. (t) Aug. c. 47. Roſſ. 277. (u) Laroq. de Euch. p. 376. & 338. (x) p. 393. (y) p. 396. (z) p. 518. (a) p. 386. (b) p. 182

Digitized by Google

ſanctum,& eo cum ſano propoſito utentes ſanctificans. (*c*) Fuſè de hac materia M. Ant. de Dom. l. 5. c. 6. à §. 40. item Illyr. Catal. T. 1. p. 102. ubi duo tantùm docuiſſe N. T. Sacramenta docetur. An. 256.

§. 7.) Quo cenſu Origenes Petrum, ejúſque primatum habuerit, variè docet: in Matth. 16. tr. 1. copioſè hoc oſtendit: *Si et nos dixerimus, quod dixit Petrus, erimus Petrus, & eandem beatitudinem conſequemur, quam ille.* Item: *ſi & nos confitentes I. eſſe Chriſtum Filium Dei vivi, facti fuerimus Petrus: utique & nobis dicetur Tu es Petrus & ſuper hanc Petram, &c. Petra eſt omnis, qui imitator eſt Chriſti. Petra eſt, quicunque eſt diſcipulus Chriſti, & ſuper talem petram conſtituitur omnis Eccleſiaſtica poteſtas, &c. Si autem ſuper unum illum Petrum arbitraris univerſam Eccleſiam ædificari à Deo, quid dicturus es de Jacobo & Johanne filiis tonitrui: vel de ſingulis Apoſtolis, &c. Omnibus Apoſtolis & omnibus quibusque perfectis fidelibus dictum videtur: quoniam omnes ſunt Petrus & petra, & in omnibus ædificata eſt Eccleſia Chriſti, & adverſus nullum eorum, qui tales ſunt, portæ prævalent inferorum, &c. Putas ſoli Petro dantur à Chriſto claves regni cœlorum, & nemo alius beatorum accipiet eas, ſi autem commune eſt inter omnes, quod dicitur, dabo tibi, &c. quomodo non omnia, quæ ſuperius ſunt relata ad Petrum, omnium videantur eſſe communia?* Ad quæ Witakerus: (*cc*) *Satis vidit petram Eccleſiæ rem eſſe ejuſmodi, quæ hoſtiles omnes inferorum vires ſuperet.* (*d*) *Ubi nunc*, inquit Witak. (*e*) *illud Bellarmini: Singulariter, Principaliter, non eodem modo?* Fruſtrà ergo adverſarii laborant, quando ex Origene (*f*) dicunt: *Petrum* vocari *magnum Eccleſiæ fundamentum et petram ſolidiſſimam*: & (*g*) *Petrum Apoſtolorum principem eſſe, univerſo terrarum orbi præpoſitum.* (*h*) Ecquis verò negat Petrum fundamentum & petram fuiſſe? at non ſolus: Princeps fuit ratione ordinis, aſt non Dominus, ſed æqualis. Iſdem Orig. (*i*) *Apoſtoli* (nota plur.) *erant Reges, & Chriſtus* (non Petrus) *Rex Regum.* Et (*k*) *Paulus mihi viam novi hominis, & ardui itineris oſtendat, ipſe ſcil. Apoſtolorum maximus.* Idem (*l*) quærens, quare Saulus vocatus Paulus, varia ex V. & N. T. adducit exempla, inter quæ Petri etiam, de mutatione nominum: ubi tamen tam felix alchimiſta non eſt, ut inde Monarchiam Petri extrahere poſſit. Inſignes quidem titulos Petro dat, utpote quando illum ſummum verticem Apoſtolorum vocat. Id tamen nomen, ſicut etiam Principis & capitis, commune fuiſſe Pauli cum Petro, tractatu de æqualitate Petri & Pauli evicimus: quod obtinuit Petrus ante confeſſionem, ſcil. ordinis, vocationis, ætatis, Zeli ratione, non item poteſtatis reſpectu, unde Origenes allegato loco non conſiderat Apoſtolicarum perſonarum dignitatem; ac revelationem Johanni fa-

c) *Plura Larroq. part. 2. c. 2. i.* (*cc*) *de P. p. 134.* (*d*) *Vid. Forbeſ. l. 15. c. 7. §. 7. Cham. T. 2. l. 11. c. 6. § 13. & c. 9. §. 3. de Dom. l. 1. c. 6. §. 45. & c. 7. § 4. VVit. p. 314. 157. 199. & 231.* (*e*) *p. 199.* (*f*) *hom. 5. in Exod.* (*g*) *Ex homil. 17. in Lucam: hom. 8. in Ier.* (*h*) *Rouſſel. l. 1. c. 2. § 15. de Dom. l. 1. c. 10. §. 13.* (*i*) *In Num. hom. 12.* (*k*) *hom. 3. in Num.* (*l*) *Præf. in Epiſt. ad Rom.*

Digitized by Google

An.256. ctam ſupra revelationem factam Petro amplificat, ac cognitionem Johannis cognitioni Petri præfert. (*m*) Quin Origeni, Nazianzeno, & aliis quibuſdam Petrus perra dicitur & fundamentum, qui tamen ſolum Chriſtum fundamentum fatentur: nec ſolum Petrum, ſed & alios ita vocant, quatenus Evangelium per totum orbem prædicârunt, id ſcripto conſignârunt, Eccleſiasque fundârunt, adeoque ædificium Eccleſiæ ſpirituale in illorum prædicatione poſitum, & fundamentum fuit. Hinc Orig. (*n*) *Paulus ſummus fundator Eccleſiarum.* Ad hæc: (*o*) *S. Apoſtoli per univerſum orbem diſperſi. Thomas Parthiam ſortitus eſt, Andreas Scythiam, Johannes Aſiam, Petrus in Ponto, Galatia, Bithynia, Cappadocia & Aſia diſperſis Judæis prædicâſſe videtur, qui & circa vitæ finem Romæ conſtitutus, capite demiſſo cruci eſt affixus. Quid de Paulo dicam, qui inde ab Hieroſolymis ad Illyricum uſque Evangelium Chriſti adimplevit, et Romæ tandem ſub Nerone martyrium ſubiit.* Idem Orig. (*p*) *Paulus Apoſtolorum eſt maximus qui ſciebat, &c.*

§. 8.) Gradus Eccleſ. quod ſpectat. (*q*) *Epiſcopos, Presbyteros* & *Diaconos* agnovit. Idem (*r*) in verba illa: *Poſtquam ergo lavit: primum locum,* ait, *ſortitos eſſe in Eccleſia Apoſtolos, & eos, qui poſt illos ordinantur à Deo h. e. Epiſcopos: ſecundum locum Prophetas, &c.* Idem Presbyter cùm eſſet: *Plus à me exigitur,* inquit, (*s*) *quàm à Diacono: plus à Diacono, quàm à Laico. Qui verò totius Eccleſiæ arcem obtinet, pro omni Eccleſia reddet rationem.* ubi ſanè Epiſcopum intelligit quemcunque, de quo idem (*t*) dicit, quòd talis ſuper Cathedram Eccleſiæ ſedeat, quem ne primas Cathedras in ſynagogis amet, dehortatur. In Num. c. 1. hom. 2. *Sacerdotalem,* & *Leviticum* nonniſi ordinem agnoſcit. In Cant. hom. 2. ſtationes Miniſtrorum in ſolis Diaconis recognoſcit. Hom. 7. in Eſaj. *Qui vult eſſe primus erit omnium noviſſimus; qui vocatur ad Epiſcopatum, non ad Principatum vocatur, ſed ad ſervitutem Eccleſiæ totius,* &c. Hinc ſanè factum, ut tales dicerentur etiam Epiſcopi Eccleſiæ Catholicæ, ait de Dominis. (*u*) Ita ſiquidem diœceſis ipſis commiſſa fuerat, ut tamen ſolicitudinem habuerint de omnibus: neque hi ſoli, ſed & quivis boni paſtores. Quid itaque Romanus? Idem occaſione ordinationis Aharon (*x*) electionem Epiſcopi deſcribens vult, ut ſynagoga convocetur, ac populi præſentiam requirit, ut ſciant omnes, & certi ſint, quia, qui præſtantior eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni populo virtute eminentior, ille eligatur ad ſacerdotium: & hoc aſtante populo, ne qua poſtea retractatio cuiquam, ne quis ſcrupulus reſideret. Hoc autem (inquit ex 1. Tim. 3.) ſi ab Ethnicis, quantò magis à populo Dei petendum eſt hoc

m) *Hom. 2. in diverſos.* (*n*) *L. 1. cont. Celſum.* (*o*) *T. 3. expoſ. in Gen. ut habet Euſ. hiſt. l. 3. c. 1.* (*p*) *Hom. 3. in 3 Num.* (*q*) *Hom 2 in Num. & 11. in Ierem.* (*r*) *In Ioh. tomo 32.* (*s*) *In Ier. hom. 7.* (*t*) *In Matth. tr. 16.* (*u*) *L. 4. c. 10. § 7. conf. l. 2 c. 5. §. 6.* (*x*) *hom. 6. in Levit. ponitur 8. q. 1. c. licet.*

Digitized by Google

eſt hoc teſtimonium? Iſdem uſum & abuſum electionum ſuorum temporum depinxit hom. 22. in Num. (*y*) An. 256.

§. 9.) Tract. 16. in Matth. *Epiſcopi autem & Presbyteri, quibus credita ſunt cathedra, qui tradunt Eccleſias, quibus non oportet, & conſtituunt principes, quos non conſtituere expedit, ipſi ſunt, qui vendunt columbas,* &c. Ecce etiam Presbyteri poſſident cathedras, & Eccleſias tradunt. (*z*) Idem hom. 3. in Cant. Presbyterum cum Epiſcopo confundit, & utrunque *tignum & trabem* (in domo Dei) vocat, adeoque ambos eſſe ejuſdem ordinis credidit. Idem tr. 31. in Matth. de Epiſcopis: *Ne quaramus amplius cibo ſimplici & neceſſariis veſtimentis.* Unde hom. 16. in Gen. Sacerdotes Chriſtianos, ſi poſſeſſionibus eſſent opulenti, comparat ſacerdotibus Pharaonis. Hom. 7. in Joſ. de officio & æqualit. Miniſtrorum: *Omnes qui credimus, unum Deum habemus, qui nos in unitate conſtringit, & continet Chriſtus NB. cujus corporis tu, qui Eccleſia praſides, oculus es, paſtor es* &c. Item tract. 5. in Matth. *Chriſtus Eccleſia Caput &c. Sacerdotes autem rationabiliter poſſunt dici Eccleſia oculus, quoniam ſpeculatores habentur.* Nihil verò altius in Eccleſia Origenes obſervavit, quàm Caput ipſius Chriſtum, & quidem ſolum. Unde ib. *Bonum quidem erat, ut ille, qui factus eſt oculus dignus eſſet Capite Chriſto, & toto Eccleſiaſtico corpore. Si autem converſus oculus ille factus fuerit ſcandalum corpori univerſo, ejiciatur oculus ſcandalizans, & extra omne corpus expellatur* &c. Ergo & Epiſcopus Rom. ſi malus. Apertè ibi caput eſt Chriſtus, ſacerdotes oculus, Diaconi cœteríque miniſtri manus, populus pedes. Tr. 15. in Matth. *Diaconi, qui non bene tractant Eccleſiaſticarum pecuniarum menſas, ſed ſemper de eis fraudant, & ipſas, quas diſpenſant, non ſecundùm juſtitiam diſpenſant, & divites fiunt de rebus pauperum, ipſi ſunt numularii* &c. Ergo tunc quaſi eleemoſynarii fuere, prout Act. 6 videre eſt. Tales etiam *œconomi Eccleſiaſtici* vocati, qui ex Diaconis etiam ſumti, ac Epiſcopis adjuncti fuerunt. (*a*)

§. 10.) De uſu & abuſu clavium, ſeu de legitima & illeg. excommunicatione Origenes. (*b*) *Cùm aliquis exit à veritate, à timore Dei, à charitate, exit de caſtris Eccleſia, etiamſi per Epiſcopi vocem minimè abjiciatur: ſicut è contrario, dum aliquis non recto judicio foras mittitur, ſcil. ſi non antè exierit, i. e. ſi non egerit, ut mereretur exire, nihil laditur. Interdum enim qui foras mittitur, intus eſt, & qui foris eſt, intus retineri videtur.* Tr. 6. in Matth. *quæ ſoli Petro dicta ſunt, videntur etiam iſtis omnibus dicta, qui ter peccantes arguerint* &c. Ibidem excommunicationem ob leves cauſas fulminatam reduxit tandem ad ſolam humani conſortii ſubtractionem, animæ nihil eam obeſſe ex Scriptura deducens. Ad quæ M. Ant. de Dom. (*c*) *Ita ſi in-*

x 3 terdum

y) De Dom. l. 3. c. 3. § 8. 9. inpr. Marca l 8. c. 2. § 8. Blond. de Epiſc. p. 351. 466. & 535. (*z*) *de Dom l. 2. c. 3. §. 23 & 43.* (*a*) *de Dom, l. 2. c. 4. §. 50. & l. 9. c. 6. § 30.* (*b*) *ſuper Levit. hom. 14 ad c. 24. citatur c. 24 q. 3. cum aliquis* (*c*) *l. 5 c. 9. §. 26.*

An.256. *terdum Concilia, vel Patres excommunicant pro levi cauſa, tunc excommunicatio una ex minoribus intelligenda, non major. Non enim Eccleſia habet poteſtatem vivum Chriſti membrum à ſe h. e. à corpore Chriſti ſeparandi, etiamſi ægrum ſit, ſed putridum duntaxat.* Legitimum clavium uſum efficacem eſſe apud Deum idem tract. 1. in Matth. docet: *Is verò adverſus quem portæ inferorum non prævalent, juſtè judicat* &c. Tomo 12. in Matth. ſcribit *poteſtatem clavium habere Epiſcopos, & quæ ab ipſis vel ligata, vel ſoluta ſunt in terris, ligata vel ſoluta in cœlo, ſi modò Petri virtutes æmulentur: ſin peccatorum vinculis alligati teneantur, fruſtrà eos ligare & ſolvere. Quòd ſi meritis licet & pietate inferiores Petro, nihilominus ligatum iri ſperent in cœlo, & ſolutum, quæ in terris ligaverint & ſolverint. In hunc locum*, ait Huetius in Orig. p. 176. *annotat Sixtus Sen. alludere Origenem ad errorem ab Huſſitis poſtmodum propugnatum, qui Papæ & Epiſcoporum poteſtatem ex morum ſanctitate pendere volebant.* (d) Jus tractandi de excommunicandis, aut recipiendis publicè lapſis, aut aliàs diſciplinam Eccleſ. exercendi penes Eccleſiæ ſeniores erat: ſed denunciatio excommunicationis, aut ſeparatio, aut etiam publica coram Eccleſia exceptio, fiebat plerunque per Epiſcopum, aut Presbyterum: hom. 7. & 31. in Joſ. & II. in Jer. & 3. & 12. in Ezech. tr. 35. in Matth.

§. 11.) Contra dominationem Clericorum hom. 6. in Iſaj. *Bonum eſt*, inquit, *non proſilire ad eas, quæ à Deo ſunt, dignitates, & principatus, et miniſteria Eccleſiæ, ſed imitari Moyſen & dicere cum eo: Provide alium, quem mittas, Neque enim ad principatum Eccleſiæ venit, quæ ſalvare vult, etſi præeſt, ſed ad ſervitutem Eccleſiæ: ſi oportet dicere & de Evangelio: principes quidem gentium dominantur eis &c.* Hæc & plura Origenes, qui ita intellexit verba Domini primatum inhibentia, ut velit, formam illam regendi, qualis eſt in civilibus Magiſtratibus, ab Eccleſia procul abeſſe debere: quia prælationem Eccleſiaſticam totam in miniſterio & ſervitute conſiſtere ex Evangelio ſentiebat. Et adhuc multò clariùs in hunc locum, ubi hanc juriſdictionis Eccl. materiam tractat. (e) *Quoniam*, inquit, *duo fratres ſuper cæteros Apoſtolos ſibi gloriam præripere voluerunt, indignantibus cæteris, inde occaſionem accipiens Jeſus, regulam juſtitiæ fidelibus ponit, quomodo quis apud Deum poteſt obtinere primatum. Principes gentium non contenti tantùm regere ſuos ſubjectos, violenter eis dominari nituntur. Inter vos autem* &c.

De obedientia erga Magiſtratum in Epiſt. ad R. l. 9. in cap. 13. *Ordinat quidem Paulus per hæc Eccleſiam Dei, ut nihil adverſi principibus & poteſtatibus ſeculi gerens, per quietem & tranquillitatem vitæ, opus juſtitiæ & pietatis exerceat* &c. Docet ſi Chriſtiani ſe non ſubjiciant Magiſtratibus, nec tributa illis perſolvant: tum excuſabiles reddi perſecutores, *non jam*, inquit, *fidei, ſed contumaciæ cauſâ impugnari viderentur.*

§. 12.) In Num c. 18. hom. 11. docet exigente neceſſitate etiam Laicos

(d) *Sixt. Sen. l. 6. annot. 70.* (e) *hom. 12. in Matth.*

cos docere poſſe: *In aliqua civitate, ubi nondum Chriſtiani nati ſunt, ſi accedat aliquis, & docere incipiat, laboret, inſtruat, & adducat ad fidem, & ipſe poſtea iis, quos docuit, princeps & Epiſcopus fiat.* itaque laici vocant laicum. An.256.
(*f*) Adeóque vocationem extraordinariam agnoſcit. In Ep. ad Rom. l.10. cap.15. *Sacrificare opus eſt annunciare Evangelium Dei*, ἱερουργεῖν, quod melius redditur per miniſtrare.

Idem regulam firma fide credendorum ponit Eccleſiaſticam prædicationem, id videl. quod in Eccleſiis paſſim, tanquam ab Apoſtolis prædicatum & explicatum creditur, & aperta profeſſione tenetur. In proem. l.1. περὶ ἀρχῶν: *Scientiam, qua provocat homines ad bene beatéque vivendum, non aliunde, quàm ab ipſis verbis Chriſti doctrináque ſuſcipiunt* &c. Et in Jer. *Nobis neceſſe eſt Scripturas S. in teſtimonium vocare; ſenſus quippe noſtri & enarrationes ſine his teſtibus, non habent fidem.* Et in Matth. hom.25. *Sicut omne aurum extra templum non eſt ſanctificatum: ſic omnis ſenſus, qui eſt extra Scripturam non eſt ſanctus.* Apud Euſ. l.6.c.19. al. 25. Gr. κε ex Orig. in Pſal.1. ponitur Catalogus librorum Canonicorum, recenſione inſtituta ſecundùm ordinem & numerum literarum alphabeti Hebraici, & XXII. univerſim definiens, qui quidem ſummo omnium conſenſu approbati ſunt, juxta morem Hebræorum, reliquos autem, ac nominatim libros Macchabæorum, non tantùm non refert in hunc ordinem, ſed tanquam alienos excludit ab eo.

De Decalogo hom.8. in Ex. *Hæc omnia* (intelligit I. & II. præceptum) *ſimul, nonnulli putant unum eſſe mandatum. Quòd ſi ita putetur, non complebitur decem numerus mandatorum. Et ubi jam erit Decalogi veritas?*

De lingua nota l.8. cont. Celſum: *Quem nos invocamus nomine barbaro?* & mox: *Græci Græcis, Romani Romanis, ſinguliſque precentur propria lingua, ac Deum celebrent pro viribus, & omnium linguarum Dominus omnibus linguis precantes exaudit.* (*g*)

§.13.) Certamine Eccleſiæ contra Montaniſtas ſuperſtitioſæ leges de jejuniis & ciborum delectu pauliſper repreſſæ fuerunt, unde Orig. hom.10. in Lev. oſtendit, quomodo verè humilietur anima, quódque verum jejunium non conſiſtat in prohibitione ciborum: *Tu ſi vis jejunare ſecundùm Chriſtum, & humiliare animam tuam, omne tempus eſt aptum totius anni, imò totius vitæ tuæ dies habeto ad humiliandam animam tuam.* In ea autem jejunandi libertate, quæ tunc vigebat, illi, qui ſine legibus, liberè & ſponte, vel ſæpius, vel ſtrictius jejunabant, paulatim opinionem majoris perfectionis concipiebant, ſicut experientia docuit.

Contra ciborum diſcrimen, ſeu certorum prohibitionem, l.7. contra Celſum, adhibet locum *Eſca non commendat nos Deo, neque enim ſi comederimus,*

f) *Olear. itin. Perſ. l.3 c.32. p.320.* (*g*) *Larroq. de Euch. part. 1. c.6. p.120.*

Digitized by Google

An.256. *rimus, abundabimus* &c. & l.8. *Omne quod in os intrat* &c. Cum Eraſmo ergo explodimus locum, quem ex l.3. in Jobum Latini allegant.

vid. §. ſequ. Chriſtianis primitivis templa, altaria, ſimulachra non fuiſſe l.8. cont. Celſum docet, ei enim talium rerum ſtructionem Chriſtianos fugere, ita reſpondet: *Non videns altare nobis juſti cujusque eſſe mentem &c. totius vitæ largitori inanimata & mortua templa ædificare cavemus; audiat quicunque voluerit, quô modô docemur, Corpora noſtra Dei Templum eſſe &c. iis qui nobis objiciunt, quod Deitatem in ſenſu carentibus templis colere non oportere putemus, templa viciſſim, quæ penes nos ſunt oſtentamus* (i. juſtorum mentes Deóque dicata corpora.) (*h*) Sic ſacrificia Chriſtianorum preces eſſe, laudes, mentem piam &c. hom. 2. & 5. & 9. in Levit. & hom. 17. in Joſ. oſtendit. (idem part. 1. c. 8. p. 187.

§. 14.) Hincinde Origenes, inpr. contra Celſum, variè docet, ſe ſuóſque æquè ac Judæi, non adorare Angelos, ſolem, lunam & aſtra, de quibus conſulas velim Dallæum de ador. l. 3. c. 33. & 37. Idem variis in locis de religioſa prece diſputans, aut loquens, ejus quæ ad Divos fiat, nullibi meminit, imò negat ſe alium, niſi Deum unum precari: idem Dallæ. ib. c. 10. & 13. & 36. Ita lib. 8. cont. Celſum; *Abſurdum eſt, cùm Dominus ubique nobiſcum, & prope nos adſit, quærere eos precari, qui non ad omnia pertingunt.* Et lib. 5. *Cadavera hominum propter animam, quæ in eis habitavit (præſertim ſi qua fuerit humanior atque elegantior) juxta leges ſepulturæ mandantur cum honore* &c. (*i*) Lib. 8. ſatis eſſe docet homini Chriſtiano habere Dominum Deum propitium propter ſuam erga illum pietatem, & propter receptum magni conſilii Angelum Dei D. Jeſum &c. ib. *Unus nob. placandus eſt Deus ſummus univerſi Dominus, unus ut propitius ſit, precandus* &c. Sic l. 3. negat quidquam vel excogitari poſſe melius, quàm ſeipſum ſummo Deo credere. (*k*) Non prætermittendus hoc loco Chriſtoforſonus qui locum Orig. ex lib. 5. contra Celſum ita reddit: *Vota & preces omnes, & gratiarum inſuper actiones ad Deum ſunt per Angelum transmittendæ, qui per Pontificem vivens verbum & Deum Angelis præfectus eſt.* At revera Origenes habet: *Omnem precationem, omne votum, omnem orationem & gratiarum actionem mitti oportere ad Deum, qui eſt ſuper omnia, per ſummum Sacerdotem, qui eſt verbum vivens, & Deus ſupra omnes Angelos.* (*l*)

Lib. 8. Celſus queritur cur Chriſtiani ararum, ſtatuarum, ἀγαλμάτων, templorúmque dedicationes fugiant. Et l. 7. Celſus ridiculam ait eſſe Chriſtianorum ſapientiam, ſi nihil aliud doceant, niſi Deum non eſſe lapidem, lignum, æs, aurum, ab hoc vel illo artifice expolitum & elaboratum, *quis enim*, inquit, *alius eſt, niſi ſi ſit planè fatuus, qui hæc Deos eſſe putet, non autem*

Deorum

h) *Bulling. or. err. p. 72. Hoſpin. de Templ. p. 40. & 97. Blondel. de Epiſc. 255. Arnd. l. de Templ. Larroq. de Euch. part. 1. c. 5. p. 73.* (*i*) *Dallæ. l. 4. c. 13. p. 646. conf. l. 3. c. 23. i. Hoſpin. de Templ. p. 108.* (*k*) *ib. Dallæus l. 1. c. 3.* (*l*) *Dallæ. de Patr. p. 124. & ex cod. Arnd. p. 735.*

Deorum donaria & ſimulachra. Reſpondet Origenes l.8. *Pro aris nobis mens* An.256.
ſua cuique eſt, ex qua ſurſum feruntur verè ac intelligibiliter ſuaveolentes ſuffitus, preces è pura conſcientia. Tum pauculis interjectis: *Simulacra autem Deo dicanda ſunt non fabrorum opera, ſed à Verbo Dei dedolata, formatáque in nobis, videl. virtutes ad imitationem primogeniti totius creaturæ.* Mox denique: *Audiat qui vult doctrinam noſtram, quòd corpora noſtra Templum Dei ſunt.* Lib.4. de Judæis loquens ait, *In civitatem eorum nullus pictor admittebatur, nullus ſtatuarius, legibus totum hoc genus arcentibus, ne qua occaſio præberetur hominibus craſſis, neve animi eorum à Dei cultu avocarentur ad res terrenas, per hujuſmodi illecebras.* (m)

§.15.) Ex eodem 8. l. contra Celſ. *Si Celſus intellexiſſet illud, Ego & Pater unum ſumus, & illud in precatione dictum à Filio Dei, Sicut ego & tu unum ſumus; non putâſſet nos & alium colere Deum, præter Deum univerſorum Dominum.* Idem l. 1. *ubinam invenit Celſus in Moſaicis literis à legislatore tradi cultum Angelorum?* Lib.3. *Non occultamus veneranda religionis Chriſtianæ initia: quandoquidem ejus candidatis ante omnia contemptum idolorum, omniúmque ſtatuarum indimus. Mentémque horum à cultu ac veneratione creaturarum ad Deum attollimus.* Homil.8. de initio decalogi, & in Synodo Pariſ. citato: *Sermo Dei univerſa complectens ſimul abjurat & abjicit, & non ſolùm fieri idolum vetat, ſed & ſimilitudinem omnium, quæ in terra ſunt, & in aquis, & in cœlo* &c. utut verò ſplendidè contra imagines & cultum creaturarum loquatur & agat Origenes, ſemina tamen horum abuſum ejus tempore fuiſſe jacta Chemnitius (*n*) docet, non autem ipſam ſtatim invocationem mortuorum cum reliquis idolomaniis primo impetu in Eccleſiam irruiſſe: *Origenis*, inquit, *tempore primùm diſputari cœpta eſt opinio illa, non abſurda, nec inconveniens: animas beatas, ut quæ membra adhuc ſint unius corporis nobiſcum, & charitatem non abjecerint, in altera etiam vita ſolicitas eſſe de ſalute noſtra, atque pro nobis fratribus ſuis orare apud Dominum, Ita hom. 3. in Cant. Omnes Sancti, qui de hac vita deceſſerunt, habentes adhuc caritatem erga nos, qui in mundo ſunt, ſi dicantur curam gerere ſalutis illorum: & juvare eos precibus ſuis, atque interventu ſuo apud Deum, non erit inconveniens. Scriptum namque eſt in Macchabæorum libris ita: Hic eſt Hieremias Propheta Dei, qui ſemper orat pro populo. Idem in Joſ. c.13. Ego ſic arbitror, quòd omnes illi, qui dormierunt ante nos Patres, pugnent nobiſcum, & adjuvent nos actionibus ſuis. Ita namque etiam quendam de ſenioribus magiſtris audivi dicentem* &c. En fundamenta Origenis infirma! At mox, ſicut fieri ſolet, ex ejuſmodi diſputationibus aſſeverationes ortæ, inde ſuper Num. cap. 31. *Quis dubitat, quòd ſancti quique Patrum & orationibus nos juvent, & geſtorum ſuorum confirment atque hortentur exemplis.* Ita tr. 27. in Matth. *Diſci-*

y *puli*

m) *Adiſis Dallæ de imagg. l.1.c.2.3 6 & l.3.c.1. item de ador. l.1.c.22. Hoſpin. de Templ. 156. 232. alibi.* (*n*) *Conc. Tr. p.629. & ex eo Zimmerm.* §.226.

An.256. *puli cœterique Sancti, non ſolùm nunc, ſed etiam modò ante conſpectum Chriſti intercedunt.* Sed verò licet hac ratione, dubiè tamen, uti ex allatis adparet, ſicut etiam in Ep. ad Rom. l.2. pronunciâvit Origenes, minimè tamen invocatio ſive cultus Sanctorum hinc concludi poteſt; quippe Sanctos in genere pro neceſſitatibus triumphantis Eccleſiæ intercedere apud Deum, licet in ſpecie res noſtras ignorent, ultrò profitemur. Ipſas verò imagines & cultum ac invocationem Sanctorum, qui apud Romanenſes hodie in uſu, conſtanter Origenes negavit. Unde l. 3. in Job. *Memorias Sanctorum facimus, & parentum noſtrorum, vel amicorum in fide morientium, devotè memoriam agimus, tam illorum refrigerio gaudentes, quam etiam nobis jam piam conſummationem in fide poſtulantes.* Et rurſus: *Celebramus memoriam defunctorum &c. ut fiat feſtivitas noſtra in memoriam requies defunctis animabus, quarum memoriam celebramus.* *Quæ verba,* inquit Hoſpin. de feſt. Chr. p.11, a. *manifeſtè indicant, primitivam Eccleſiam Memorias in die mortis ſuorum celebrâſſe orationibus, eleemoſynis & ſynaxi, non quòd putârint, eos cruciari in purgatorio, unde his exequiis redimendi ſint, ſed fuiſſe potiùs gratulationes, quòd defunctorum animæ ab omnibus doloribus liberatæ &c. facta item vota ad Deum, ut Eccleſia militans ſocia fieret martyrum cùm in virtutibus eorum in hac vita & pia conſummatione in fide, tum in præmiis in æterna vita.* Viſe eund. Hoſp. de Templ. p.109.

§.16.) Purgatorii, at non Pontificii, aſſertor fuit Origenes, cum aliis nonnullis. Unde Pet. Molinæus: (o) *De igne purgatorio ultimi judicii Patres loquuntur, quem tranſire ipſi etiam Sancti, adeóque & S. Virgo Maria, debeant: poſtea purgatorius ignis tempore Greg. I. in balneis, in vento, in glacie conſtituebatur, ſicuti in Dialogis ejus videre eſt. Tandem factus ignis ſub terra, unde Papa animas indulgentiis liberat.* Animas mortuorum fidelium non ſtatim à diſſolutione in gloriam cœleſtem recipi, ſed in receptaculis & locis ſubterraneis, quæ ſinum Abrahæ appellârunt, manere uſque ad noviſſimum diem, primitus crediderunt, atque tum omnes judicium ignis tranſire, & juxta ſingulorum merita uri debere. (p) Unde Orig. hom.3. in Pſal.36. *ut ego arbitror, omnes nos venire neceſſe eſt ad illum ignem. Etiamſi ſit Paulus aliquis, vel Petrus, veniet tamen ad ignem.* Et hom.4. in Luc. *Ego puto, quòd poſt reſurrectionem à mortuis indigeamus ſacramento eluente nos atque purgante. Neque enim abſque ſordibus reſurgere poterit.* Atque hoc Baptiſmum ignis & gladium Paradiſi ignitum vocarunt. (q) Atque hæc communis ferè antiquorum fuit ſententia. Quid Origeniſtis hac in partre Auguſtinus tribuerit, videbis in ipſius tract. de hær. c.43. Ex Platonis autem offi.ina hæc orta: (r) item ex Tertulliana ſeu Montanica. (s) Fuſè de Orig. purgatorio Chemn. Conc.

Tr. à

(o) *Oper. T.2. part.4. p.61.* (p) *Idem Mol. l.7. c.18 cent.3.* (q) *Idem Mol. l.1. c.48. § 14. Confer Voſſii hiſt. pelag. l.3. part. 3. p.377.* (r) *Novit. Molin. l.1. c.15. §.15.* (s) *Forb. l.13. c.2. §.5.*

Tr. à p. 528. Hinc Orig. ad c. 5. ad Rom. deſcenſum in infernum omnium ante Chriſtum animarum ponit. Ac prout allegoriſta totus, ſic & hoc loco, adeoque intricatus & obſcurus, unde inter alia ignis purgatorius illi, in hac vita, & quidem perpetuus, ſenſus peccatorum, ſeu voluntaria pœnitentia: Ita in Levit. l. 9. apud Cyrillum: Haud dubiè ignem in extinguibilem ſentiemus, niſi petierimus à Domino nunc ignem nobis è cœlo purgatorium mitti, quò deſideria mundi in mentibus noſtris penitus abſumantur. Diverſas autem veterum opiniones circa hoc negocium vid. de Dom. l. 8. c. 8. §. 66. 75. & l. 5. c. 8. §. 124. item Arnd. l. de purg. in pr. à §. 9. An. 257.

In explicat. c. 7. Levit. reprehendit eos, qui S. Euchariſtiam aſſervant.

JESU CHRISTI *Annus* 257.

VALER. & GALLIENI } *Impp. An.* 3.

§. 1.) Stephani P. an. I. Coſſ. Valerianus II. & Gallienus. *Lucius* P. capite truncatur: de eodem agunt d. 4. Martii. Sepultus in cœmiterio Calliſti. Fecit ordinationes duas juxta Damaſum, ubi tamen marginalia tres ponunt, quæ & Platina ſequitur: ordinavit autem Presbyteros 4. Diaconos 4. Epiſcopos 7. Hic ad paſſionem pergens omnem poteſtatem Eccleſiæ archidiacono ſuo Stephano dediſſe fertur. Ergóne archidiaconus Papæ R. Vicarius eſſe potuit. (a) Scripſit Decretalem unam ad Galliæ atque Hiſpaniæ Epiſcopos, in qua teſtimoniis ſacris odioſè abutitur: & Felix in tertia eadem recitat, quæ Lucius, ab his verbis: *Hæc vero Apoſtolorum viva traditio* &c. usque ad finem. Extat T. 1. Conc. p. 394. ed. Ven. & p. 434. ed. Pariſ. Meritò illi repudium mittit Blond. in pſeudiſ. præf. p. 68. & in tr. à p. 321. item Cocus p 70. Illyr. in Cat. T. 1. p. 124. Fingit Lucius, quod Gallicani & Hiſpani fratres ſibi ſcripſerint, multos ab iis, & à recta fide diſcedere, quoniam non poſſent eis defenſionem impendere contra perſecutores. Sed à ratione veri alienum id omnino eſt. Nec enim Epiſcopi ipſi à perſecutione immunes fuerant, nec habebant externam aliquam potentiam, nec Eccleſia apud Epiſcopos eo tempore defenſionem contra perſecutores quærere ſolita eſt. Cavetur in illa Decretali, ut Epiſcopus quilibet ſecum habeat duos vel tres Diaconos (Damaſus habet 2. Presbyteros, & tres Diaconos) ad præcavendas omnes ſuſurras de perſonis ſacris, ſeu propter teſtimonium Eccleſiaſticum. Verùm illa tempora non ferebant, ut liceret Epiſcopis cum tanto comitatu

Lucii paſſio. *Vid. an. 255. §. 16.*

y 2

a) *Vid. Blond. de Epiſ. p. 207.*

Digitized by Google

An. 257. comitatu procedere in publicum: præterea omnes ubique Epiſcopos tot Eccleſiaſticis perſonis inſtructos fuiſſe credibile haut eſt.

§. 2.) Ib. *Quòd non liceat accuſare Epiſcopum: & quòd liceat appellare ad alios judices Eccleſ. majores.* Ut omnes Decretales ferè nonniſi primatum R. Eccleſiæ blatiunt, ſic & Pſeudo-Lucius limites eoſdem obſervat, ambiguitate ludens, dum Romanam Eccleſiam Matrem Eccleſiarum facit, & Apoſtolicos Pontifices nunquam erraviſſe aſſerit, & ne quidem errare poſſe contendit, ex dicto, Rogavi pro te, ne deficeret fides tua. Nimirum ejuſmodi γλυκάσμασι omnes humaniter ad Romanas appellationes invitat.

Excommunicat bona Eccleſiæ expilantes, res Eccleſiæ, vel oblationes fidelium auferentes, Eccleſiis vexationes inferentes, vel his conſentientes. At in graviſſimis perſecutionibus vetari hoc non potuit. Quot verò deinceps fuere R. Pontifices, qui intolerabiles vexationes ejusmodi & direptiones Eccleſiis intulerunt?

Quòd ſi quis Cleri Romani, vel etiam Cornelii Epiſtolas ad Cyprianum cum Decretalis hujus ſtylo conferat, facilè recentis & rudentis aſini futilitatem deprehendet, quale illud, *Vos à quibusdam perſequi & infamari, &c.*

Eidem decretum ſupponunt, *ut officio & beneficio privetur Epiſcopus, Presbyter vel Diaconus uxorem ſuſcipiens, vel ſuſceptam retinens.* d. 18. c. Miniſtri. collat. cum ejuſdem d. c. Sed ſi forte. At verò tunc nec cœlibatus tum adhuc erat obtruſus, nec divortium tale permiſſum.

Item: *Clericus matronarum domicilia ſolus frequentans, vel ſolus cum ſolo fabulas miſcens, deponatur.* d. 81. Clericus. quid ſi verò duo, vel plures colludant in ſcelere? Talia meritò commenta vocat de Dom. l. 2. c. 10. §. 18.

Idem apud Grat. d. 80. c. 1. urbes. *In ipſis urbibus poſt adventum Chriſti, Apoſtoli & eorum ſucceſſores Patriarchas & primates poſuerunt, ad quos Epiſcoporum negocia (ſalva tamen in omnibus Apoſtolica auctoritate) & majores cauſæ poſt Apoſtolicam Sedem ſunt referendæ.* Lucii ſententia Gentilium ritu hæc inſtituta, adeoque juris divini non ſunt.

Plures Epiſtolas Lucium ſcripſiſſe Collector Conciliorum ed. Pariſ. T. 1. p. 441. ex Epiſt. Cypr. 67. ait.

Stephanus fit P. §. 3.) Lucio *Stephanus* Rom. poſt Sedis dierum 35. vacationem ſucceſſit: (*b*) ubi interea Clerus Rom. vices abſentis Epiſcopi egit, adeoque, ex hypotheſi adverſ. Eccleſia vel πολυκέφαλος, vel ἀκέφαλος fuit. Epiſcopus fuit num. 21. Carranzæ: 22. Euſebio: 24. Platinæ: 25. in tab. Starav. Electus 255. Damaſo, Coſtero. 256. Euſ. 257. Bar. 258. Carranzæ.

Aquarii. vid. an. 132. §. 4. & 7. Cyprianus Epiſt. 63. ſeu l. 2. ep. 3. ad Cæcilium contra *Aquarios* ſeu *hydroparaſtatas* ſcribit, qui ut olim Encraticæ, nonniſi aquam pro vino in S. Cœna

b) *Bar.* §. 6.

Cœna adhibebant: de quibus Aug. hær. 64. In hoc tamen differebant, quòd Encratitæ vinum abominabantur: Aquarii verò in S. Synaxi ideo vinum vitabant, ne vini odore prodantur. (c) Hos tamen Severianorum, Encratitarum & Helceſaitarum ſurculos facit Roſſus. Ad hanc Cypriani Epiſt. fusè Larroq. de Euch. part. 2. c. 6. à p. 449. inter alia: Si credidiſſent verum ſeu realem Chriſti ſanguinem bibere, certè odorem vini redolere non credidiſſent, dici quippe non poteſt ſanguinem J. Chriſti eundem cum vino odorem habere. (d) Alii hæretici ſunt *Aquei*, qui aquam non eſſe creatam, ſed ab æterno cum Deo extitiſſe ſtatuebant. Ergo Chriſtiani utrunque ſignum externum S. Cœnæ accipiebant: vid. can. in calicem. de conſecr. d. 2. Armenii contrà aquam in S. Cœna non adhibebant. An verò aqua vino miſcenda, Theologi noſtri tractant. Ejuſmodi igitur rationibus Cyprianus contra Aquarios pugnat, quæ evertunt Transſubſtantiationem Pontificiam. Vult aquam vino miſcendam, quòd aqua poculum, vinum ſanguinem Chriſti ſignificet. Debuiſſet autem credere, aquam in poculum transſubſtantiari, ſi ſenſiſſet, vinum transſubſtantiari in ſanguinem Chriſti. An. 257.

§. 4.) Æmiliano 4. imperii menſe è medio ſublato Valerianus, ejuſque filius Gallienus ſoli imperârunt, hincque Eccleſia tranquillitate quadam fruebatur, quia Valerianus principio imperii erga Chriſtianos benevolus extitit uſque ad annum 5. poſtea à Mago quodam ſeductus crudeliſſimam perſecutionem promulgavit. Cyprianus, & reliqui Africanæ Eccleſiæ Epiſcopi, halcyoniis uſi multis Conciliis in Africa habitis ſummo conatu id operam dederunt, ut id, quod à fide Catholica, & bonis moribus alienum in Eccleſiam irrepſerat, emendarent, vitia corrigerent & extirparent, ac demum orthodoxæ fidei dogmata confirmarent. At omnia hæc inſcio Stephano, & absque illius auctoritate geſta, deinceps in ipſa recenſione videbimus. *Valerianus & Gallienus Impp.*

§. 5.) Primum itaque tempore Stephani *Concilium Africanum* LXVI. Epiſcoporum, ob collapſam Eccleſiæ diſciplinam, ſeu, ut Juſtellus (e) habet, adverſus eos, qui circuncisionis exemplo abutentes, nolebant infantes baptizari ante octavum diem. Igitur decretum baptiſmum infantulorum, in caſu neceſſitatis, ante octavum diem accelerandum eſſe. Alii hanc Synodum ad an. 263. rejiciunt. Verùm Cyprianus anno 261. martyrio ſublatus, qui tamen author & præſes fuit hujus conventûs, ſicut ipſe docet l. 3. Ep. 8. ſeu 59. juxta Pamelium, Synodali ad Fidum Presbyterum transmiſſa. Extat quoque T. 1. Conc. ed. Par. p. 466. & ed. Ven. p, 390. unde ib. p. 397. tempore Lucii P. habitum dicitur. Hos 66. Patres Collector Conciliorum callidè Epiſcopos vocat, quaſi nonniſi Epiſcopis conſtiterit Concilium. Neque hoc, neque cœtera Africana Concilia ab Epiſcopo R. congregata. Argumentum Epiſtolæ paucis indicat Auguſtinus Ep. 28. ad Hier. *B. Cyprianus*, inquit, *Concil. Afric. de parv. bapt.*

y 3 non

(c) *Caſal. p. 86. T. 1. Con. Par. p. 445.* (d) *Vid. Dallæ. de cult. Lat. l. 3. c. 10 p 335.* (e) *T. 1. p. 313.*

An.257. *non aliquod decretum condens novum, ſed Eccleſiæ fidem firmiſſimam ſervans, ad corrigendum eos, qui putabant, ante octavum diem nativitatis non eſſe parvulum baptizandum, mox natum ritè baptizari poſſe cum ſuis quibusdam coëpiſcopis cenſuit.* Igitur aliorum etiam, quàm ſolius Rom. Epiſcopi, eſt hæreſes cognoſcere & damnare. Peccat hoc loco Bellarminus, quando talem hinc Baptiſmi neceſſitatem concludere vult, ut omnes fidelium infantes absque baptiſmo diſcedentes ſtatim æternæ morti adjudicet. *(f)* Longè aliud erat tunc, & poſtea exortis Pelagianis, in quæſtione. Nimirum negabant alii neceſſitatem baptiſmi in infantibus, teſtimonio à circuncisione adducto; alii, utpote Pelagiani, immunes à peccato Orig. faciebant. Hinc Pelagius in Conc. 1. Palæſt. Anathematizare debuit hunc ſuum errorem. Infantes etiam non baptizatos habere vitam æternam docet Aug. Ep. 106. ad Paulin. Aliud igitur longè eſt contemnere baptiſmum & quaſi tollere, aliud ita præveniri temporali morte, ut is accipi non poſſit. Atque is ipſiſſimus ſenſus eſt Concilii Carthag. Ep. 90. Aug. ubi anathema dicitur illi, qui negat parvulos per baptiſmum Chriſti à perditione liberari. Ita & Milevit. ep. 92. Aug. Confer Arſenii Monachi Synopſin Canonum apud Juſtel. T. 2. p. 756. can. 36. Haud ergo abſoluta neceſſitas adſcribenda baptiſmo, ne aquæ adſcribatur, quod unicè Chriſti precioſo ſanguini tribuendum.

§. 6.) Quod verò facilè accidit, ut quando unum extremum oppugnatur, in alterum lapſus haut ſit difficilis, id quod variè probari ex Patribus queat, ita & hoc loco factum: dum enim contra eos pugnat Cyprianus, qui putabant infantes ob immunditiam ante octavum diem non eſſe tingendos, exemplo circumciſorum V. T. in eum errorem ruit, ut nimiam baptiſmatis neceſſitatem adſtruxerit, ſicut & Auguſtinus, dum contra Pelagianos inſurgit, infantum baptiſmum non urgentes, nec ejus neglectum vituperantes. Inde apud Patres tales formulæ occurrunt, *Baptiſmum omnia delicta abluere: remittere & lavare peccata: abluere originalem & actualem maculam* &c. Hinc adulti, & jam in agone conſtituti demum lavari voluerunt, quia nimium externo ſigno tribuerunt. Inde quoque factum, ut Laicis etiam in caſu neceſſitatis illum adminiſtrare fuerit conceſſum, prout Can. 38. Elib. Conc. factum: quòd tamen Baſilius Epiſc. ad Amphiloch. apertè rejecit. De gynæcobapt. Clemens Conſtit. l. 3. c. 9. *quòd non oportet mulieres baptizare, impium eſt enim, & à Chriſti doctrina alienum.* Et Tert. *(g) Non permittitur mulieri in Eccleſia loqui, ſed nec tingere, nec offerre.* Atque hic error ex ipſa Marcionis ſchola profectus, ut Epiph. hær. 42. habet. Inde tandem infantum limibus extructus, & quid non næniarum in baptiſmo Papiſtico?

§. 7.) In eodem Concilio decretum, ut Diaconus ille, quem Rogatianus Epiſcopus de protervia & convitiis ſibi illatis accuſaverat, aut abſtineatur,

f) l. de amiſſ. gr. l. 6. à c. 1. (g) de Virg. vel. c. 9.

negatur, aut, niſi peccatum emendet, omnino deponatur: quod & de aliis ſimilibus intellexit. (*h*) In eodem ſtatutum volunt Bar. (*i*) Stat. (*k*) ut nullus moriens tutorem, vel curatorem de Clericis, teſtamento ſuo conſtituat, neque Clericus talem tutelam in ſe ſuſcipiat. At certum hujus decreti, ſeu Concilii tempus ſciri T. 1. Conc. p. 369. ed. Ven. negatur, unde p. 397. ab hoc diverſum Concilium facit, quod de Pædobaptiſmo tractavit. Imò iſthoc Concilium, quod de hac tutela egit, ante Cyprianum fuiſſe habitum Collector ait. (*l*) utrum verius ex Cypriani Ep. 66. ſeu l. 1. ep. 9. dijudica. Triumphat hoc loco Bar. (*m*) quòd in hoc ipſo Concilio mortuus Chriſtianus, quia Presbyterum filiis ſuis ex teſtamento nominavit, excommunicatus fuerit, ita ut pro illo ſacrificium non oblatum, nec preces in Eccleſia frequentatæ. Reſp. De Acacio, Origine & paucis aliis idem legere eſt: (*n*) At quàm bene & rectè hoc factum fuerit quærimus. Neque enim ullum ex S. Literis fundamentum habuere, vel judicandi mortuum, utpote jam in Dei poteſtate & judicio, vel offerendi pro defuncto. Imò contrarium Lex permittit, quando Concilio Chalc. Can. 3. à legitima tutela & dativa, quæ ab Epiſcopo impetrata eſſet, noluit Clericos excuſari vel eximi. Sed ipſum Cyprianum audiamus, quid alibi de mortuis ſtatuat: tr. contra Demetrianum: *Quando iſthinc exceſſum fuerit nullus jam locus pœnitentiæ eſt, nullus ſatisfactionis effectus. Hic vita aut amittitur, aut tenetur; hìc ſalutis æternæ cultu Dei, & fructu fidei prævidetur. Nec quicquam aut peccatis retardetur, aut annis, quò minus veniat ad conſequendam ſalutem. In iſto adhuc mundo manenti pœnitentia nulla ſera eſt. Patet ad indulgentiam aditus &c.* (*o*) An. 257.

§. 8.) Meritò vindicant principes & indignantur cùm Baronius (*p*) ait: *Illud planè conſideratione & obſervatione digniſſimum, Epiſcopos nullam habuiſſe rationem quarumcunque legum civilium, quæ aliqua ex parte officere & impedimento eſſe viderentur Eccleſiaſticis functionibus: quin eas contrariis legibus editis irritas prorſus redderent, ac penitus abolerent.* Vide Caſaub. in Bar. prol. p. 59.

h) *Bar. 12. Stat. p. 19. ex Cypr. ep 65. quam habes T. 1. Conc. ed. Par. p. 469.* (*i*) *à* § 13. (*k*) *p. 19.* (*l*) *conf. Parif. p 465. & 471.* (*m*) §. 13 *Spond.* §. 6. (*n*) *Zimmerm.* § 183. (*o*) *Zimmerm.* §. 226. *de Dom. l. 5. c. 8.* §. 67. *Chem. Conc. Tr. 559. Arnd. l. anima* §. 19. (*p*) §. 15.

JESU

JESU CHRISTI *Annus* 258.
VALERIANI & GALLIENI } *Impp. An.*4.

§.1.) Stephani P. an.2.Coſſ. Valerianus III. Gallienus II. Cum perſecutionum remiſſione tum Novatianus, tum Feliciſſimus, diverſarum opinionum & factionum homines, acriùs conatus ſuos renovârunt, factum inde, ut in Hiſpania *Baſilides* Legionenſis, & *Martialis* Aſturcienſis Epiſcopi, ambo Libellatici, ſedibus privati ſucceſſoréſque *Sabinum* & *Felicem* nacti fuerint. Sabinus quomodo ab Hiſpanis electus, ipſe Cyprianus (*a*) ad eoſdem docet, nimirum juxta traditionem divinam & Apoſtolicam, apud Afros & alibi quoque uſitatam, ita ut Epiſcopi provinciæ proximi ordinandi locum convenerint, & Epiſcopus de univerſæ fraternitatis ſuffragio, ac de præſentium Epiſcoporum judicio delectus & manûs illi impoſitæ fuerint. Etſi non uterque Libellaticus, tamen Baſilides ſuo & collegæ nomine *Romam pergens*, inquit Cyprianus (*b*) *Stephanum collegam noſtrum longè poſitum, & geſtæ rei ac veritatis ignarum fefellit, ut ambiret ſe reponi injuſtè in Epiſcopatum* &c. *Baſilidis non tam abolita, quàm cumulata delicta, ut ad ſuperiora peccata ejus etiam fallaciæ & circumventionis crimen acceſſerit. Neque enim tam culpandus eſt ille, cui negligenter obreptum, quàm hic execrandus, qui fraudulenter obrepſit.* Nimirum ſtatim atque Hiſpaniæ Epiſcopi audiverunt Romam hos diffugiſſe, illos novos duos ſuffectos Epiſcopos ad Africanam Eccleſiam ablegârunt, & utrique literas ad Cyprianum, reliquóſque ejus Eccleſiæ Epiſcopos ſcriptas communicârunt, ut iidem Epiſcopi horum duorum Libellaticorum cauſam cognoſcerent ac dijudicarent; adeóque Africam Hiſpani Romæ prætulerunt, & novos Epiſcopos elegerunt.

Baſilides & Martialis.

Concil. Afric.

§.2.) Convocatum igitur & habitum Africanum Concilium ope Cypriani, inſcio Stephano R. in quo lectis literis, & legatis auditis, Hiſpanorum acta fuerunt comprobata & confirmata, ſtatutúmque Libellaticos h. e. eos, qui in perſecutione privatim fidem abnegantes, publicum idolorum cultum pecuniâ redemiſſent, ad pœnitentiam quidem agendam poſſe admitti, verùm ab honore ſacerdotii, & Epiſcopali dignitate prohiberi. (*c*) Ex Baſilidis itaque & Martialis adpellatione occaſionem Baronius & ſequaces arripiunt, ut doceant & probent, ad Sedem Rom. provocare ſolitos ex remotis etiam partibus Epiſcopos, qui aliquid injuſti à collegis ſe paſſos prætexerent. At nihil hic ponderis in juſtè ejectis deſperatis transfugis, qui omnes

a) *l.*1. *ep.*4. *ſeu Ep.* 68. (*b*) *l. all.* (*c*) *Iuſtell. T.*1. *p.*313. & *T.*1. *Conc. ed. Pariſ.* 473. *item Bevereg. T.*2. *ſ. p.*173.

omnes leges infringentes nihil intentatum relinquunt. Imò contrà, quare An 258.
fideles Hiſpani non Romam, ſed in Africam ablegant, ut cauſa horum dijudicetur? Eo ſanè fini factum, ſicut Baronius (*d*) fatetur, ut contumaces hos errones compeſcerent, non autē, quemadmodum verſimile putat (i. e. fingit) ac vehementi conjectura ducitur, ut Africanorum ſuffragio muniti, Romano Pontifici faciliùs perſuaderent. At hîc non curârunt Epiſcopum Rom. Hiſpani, neque ipſi quoque Africani, prout ipſum Concilium, & Synodica ad Hiſpanos clarum hoc reddit & perſpicuum, quâ non ad Stephanum provocant, ſed ſimpliciter judicant & diffiniunt; tranſitionem hanc non appellationem, ſed obreptionem vocant, Stephano negligentiam adſcribunt, imò & invaſionem, dum longè conſtitutum & totius negocii ignarum fuiſſe, & ob hoc ipſum iſtorum Libellaticorum cumulata delicta ajunt. Neque hæc cenſura ex Cornelii, vel Stephani P. ſed anterioris Synodi Africanæ decreto, in hoſce fuit lata. Ita Cypr. (l. 2. ep. 1.) unà cum fratribus Stephano R. inter alia de Presbyteris lapſis: *addimus*, inquit, *planè et adjungimus, frater chariſſimè, conſenſu & authoritate communi, ut etiam, ſi qui Presbyteri, vel Diaconi* &c. Nullo modo ad Papale decretum, ſed ad conſenſum & authoritatem communem provocat.

§. 3.) Non tantùm Baſilidem & Martialem, ſed poſtea etiam Sabinum *Sabinus*
& Felicem novos Epiſcopos, literis Cypriani, aliorúmque Epiſcoporum ad *& Felix.*
Stephanum communitos, Romam adnavigâſſe, tum ut mendacia Baſilidis *vid. an.*
coràm refellerent, tum ut authoritate Sedis Apoſtolicæ contumaces Epi- *261. § 10.*
ſcoporum Hiſpaniæ contemtores compeſcerent, dicit Staravolſcius, ex proprio autem cerebro. Romam Sabinum & Felicem abiiſſe non reperio: nec habet vel Baronius, vel Spondanus, quin addit, *poſt Baſilidis Romam abitum: quæ autem hæc ſecuta ſint, nulla prorſus extat memoria.* Sed abiiſſe Sabinum & Felicem finge, quid inde? Nonne priùs in Africam pro cauſæ reviſione & deciſione dimiſſi? Sine effectu ergo vel Baſilidis adpellationem, vel ejuſdem reſtitutionem obtendunt per Stephanum factam. (*e*) Neque ulla hîc adpellatio, quia legitimam cauſæ cognitionem conjunctam non habet, quâ utraque parte auditâ, cognoſcatur quid ſit ſtatuendum. Solus hic Baſilides Romam venit, non autem cum eo, aut poſt eum, ullus ex Hiſpania, ubi depoſitus fuerat. *Hæc ad conſcientiam tuam*, ſcribit Cyprianus Stephano (*f*) *et pro honore communi, & pro ſimplici dilectione pertulimus, credentes etiam tibi pro religionis tuæ & fidei veritate placere &c.* Ergo nullam in Afric. juriſdictionem habebat, ſed collaterales erant poteſtate. Obj. Ita Stephanus adpellantes hoſce Libellaticos admiſit, ut reſtitui illos petierit. R. Reſtitui Baſilidem à Stephano longè poſito, dicit Cyprianus (quòd non abs re ita notat, ut hunc concurſandi morem vellicet, neque locorum diſtantiam no-

Z taſſet

d) §. 5. (*e*) *Cypr. ep. 68. Cham. T. 2. l. 13. c. 9. §. 1. & 6 Molina. oper. T. 2 part. 4 p. 212.*
(*f*) *l. 2. ep. 1.*

Digitized by Google

An. 258. táſſet, ſi Univerſalis fuiſſet Stephanus) ſed etiam ignaro rei geſtæ, & tacitæ veritatis. Itaque negat Cyprianus Stephani mandatum & jus, negat Baſilidem legitimè reſtitutum, negat recipiendum ab Hiſpanis: quod qua fronte tandem hoc diceret, ſi jure Baſilides appellare, vel eundem Stephanus ceu Caput Eccleſiæ reſtituere potuiſſet? Nunquam deinceps in Sedes ſuas reſtituti fuerunt Baſilides & Martialis, quidquid judicaverit Stephanus: neque enim alia fuit hæc reſtitutio per Stephanum facta, quàm communionis cum R. Eccleſia participatio: & hanc tamen reprehendit Africanum Concilium, quia contra leges facta, & quidem nimis properè & inconſideratè. Ingrata fuit Concilio judiciorum in provinciis redditorum retractatio, libertatiſque Hiſpanicarum Eccleſiarum invaſio. Imò retractatio vera non fuit, ut putat Marca (g) quomodo enim in hæc verba erupiſſet Afric. Concilium: *Quare etſi aliqui de collegis noſtris extiterunt, qui deificam diſciplinam negligendam putant, & cum Baſilide & Martiale temerè communicant, conturbare fidem noſtram res iſta non debet.* Quomodo idem Concilium hortatur Cyprianus, ne acquieſcant Stephani judicio, laudans, quòd pro Baſilide alium ordinâſſent? Rectè hîc Marca (h) *Conſultus Cyprianus reſpondit, debere Epiſcopos Hiſpanos primo judicio firmiter adhærere, quandoquidem depoſitio facta erat ob juſtam cauſam, aliique Epiſcopi ordinati erant ab Epiſcopis provinciæ in loco depoſitorum.* (i) *Et: Hinc patet, ab antiqua diſciplina non fuiſſe alienum, ut ſi contra Canones in Eccleſia conſtitutos* NB. *Romano Pontifici ab aliquo obreptum fuiſſet, Epiſcopi inferiores decretorum executionem ſuſpenderent* &c. At certè neque Cyprianus, neque reliqui ſe Stephano inferiores crediderunt. Revera Stephanus ob inconſideratum facinus à Cypriano & collegis judicatus fuit, ac proinde Summus & Oecumenicus non habitus.

§. 4.) Sententia ſanè illius, ad quem jure appellatur, reſcindit judicium alterius, à quo appellatur: at Hiſpanorum reſciſſum judicium Cyprianus negat: ſed revera Stephani rejicitur, qualecunque tandem illud fuerit. Etſi igitur Baſilides appellâſſet, quod tamen factum non concedimus, etſi Stephanus judicâſſet, nihil tamen obtinuit, niſi quòd reprehenſus fuit ob negligentiam & facilitatem: id quod in ſimilibus caſibus aliis quoque Romanis Epiſcopis accidit, transfugas ejuſmodi nimis facilè admittentibus, & recipientibus. Obj. Cyprianus ægrè fert appellationes in manifeſtiſſimis criminibus. Reſp. Non appellantes, ſed fugitivi erant. Quicquid ſit, firmum ſit, Cyprianum non probâſſe Baſilidis actionem: adde quòd, licet hanc appellationem non improbâſſet, tamen diverſa fuerit Africanarum & Hiſpanarum provinciarum ratio. De hoc Rufus Canoniſta: (k) *Reſtituere in ſedes Epiſcopos depoſitos anniſus eſt Stephanus, unde de hoc Hiſpaniæ Epiſcopis ſcripſit* (aſt ubi?) *hi verò Cyprianum ſuper hoc conſulentes diſſuadentem ſequuntur, non verò Stephanum.* futilia! Nihil Hiſpanis cum Stephano negotii initio,

(g) *l.* 1. *c.* 10. §. 8. (h) *l.* 7. *c.* 1. §. 4. (i) *l.* 4. *c.* 5. §. 10. (k) *contra Car. Mol. p.* 537.

Digitized by Google

initio, ſed rectà Cyprianum de rebus ſuis docuerunt. Neque hac in parte conqueritur Stephanus, quòd ſuum mandatum, aut ſaltem conſilium non ſecuti. Multò minus legationem Orthodoxi Hiſpani propterea Romam mittunt, nec ulla alia ratione illi ſe purgant. Plus quàm ſomnium ergo, cùm dicunt Epiſcopos Romanos in toto orbe Epiſcopos ab aliis depoſitos reſtituiſſe. At hìc Baſilidem non reſtitutum à Stephano fuiſſe, ſed tantùm in communionem admiſſum fusè jam intelleximus: ideo propter hoc crimen ab Africanis Stephanus reus judicatus: Manifeſtat & comprobat (Paulus ad Rom. 1.) *morte dignos eſſe & ad pœnam venire non tantùm illos, qui mala faciunt, ſed etiam eos, qui talia agentibus conſentiunt.* (*l*) Majorne ideo fuit Africana Eccleſia Hiſpanicâ, eò quòd hæc ad illam recurrit? Proinde in ſimilibus caſibus nec in Romana hoc valet. Non modò ſeinvicem Eccleſiæ conſuluerunt, ſed interdum etiam alios reſtituerunt, quantum in ipſis fuit, h. e. cum illis communicârunt, pro innocentibus declarârunt, pro illis interceſſerunt. Ita Maximus Hieroſolymitanus Athanaſium in Sede Alex. reſtituit, in quam tamen nullam poteſtatem habuit; idem de Cyrillo, Johanne & aliis dicendum: (*m*) Reſtitutio igitur talis nihil aliud fuit, quàm teſtimonium, ſe pro Epiſcopo agnoſcere eum, qui ab aliis depoſitus fuit. Et tamen ſæpe reſtituti tales h. e. Sede digni, etiam à Rom. Pontifice agniti, non recipiebantur, uti hoc in loco videre eſt. An. 258.

§. 5.) Inconſulto itaque Epiſcopo Rom. Concilium hoc Africanum congregatum, contra illius judicium, ſine veniæ deprecatione, abſque ſubjectione decernit, ipſo facto adpellationem ſeu profectionem ad Rom. Sedem improbat, & æqualia jura atque privilegia ſibi tribuit. Ad Africanos ſe orthodoxi recipiunt Hiſpani, eorùmque ſequuntur ſententiam: contrà depoſiti perfidi Epiſcopi ad Stephanum, quibus favet, neque tamen vel ab Hiſpanis, vel ab Africanis impetrare poteſt reſtitutionem, idque meritò, quia indigni, quia mala Stephani ſententia & petitio, quia poteſtatem & imperium in alios non habebat. Bonorum exempla nobis promant, quibus R. Epiſcopus poteſtatem ſuam probaverit ſummam & univerſalem. Afri ad quæſtionem reſpondent & reſcribunt. Non ſine cauſa verò utrique contra lapſos Epiſcopos tam duriter agunt, quia procul dubio ſuis exemplis multis abnegandi occaſionem præbuerunt, neque digni, qui conſtantibus confeſſoribus Clericis & Laicis, quos vocant, præeſſent, imò vel ullo gradu Eccleſiaſtico fungerentur. Multi in Deciana perſecutione tum Clerici, tum Laici, tormentorum acerbitatem vel metuentes, vel experti, à fide defecerunt. (*n*) quò igitur deveniſſent omnia, ſi nulla cenſura notati fuiſſent tales? Ita contrà vidimus, eum ipſum in finem martyres tantopere fuiſſe celebratos, eorum martyria frequentata, natalitiáque acta, propter Baſilidianos & alios abnegationem ſuadentes, & propter ipſum grave peccatum. Penes Concilium ergo

Z 2 plena

l) *Blondel. de pr. à p. 946.* (*m*) *vid. Socr. l. 2 c. 18. alibi.* (*n*) *Korth. 340.*

An.258. plena poteſtas fuit deponendi, & reſtituendi Epiſcopos, ita ut R. Epiſcopus reſiſtere non potuerit: unde Cypr. *Quare decreto ſtandum, quod jam pridem nobiscum, & cum omnibus omnino Epiſcopis, in toto mundo conſtitutis, etiam Collega noſter Cornelius decreverit, ejusmodi homines ad pœnitentiam quidem agendam poſſe admitti*, &c. Ibidem ad nullum papale decretum, ſed ad legem divinam Cyprianus provocat: unde fortiter & animoſè Stephano ſe opponit. Manet ergo libertas Eccleſiarum, & à Rom. Eccleſiæ ſententia diſcedere licet, ac invito R. Epiſcopo, alios deponere Epiſcopos.

§. 6.) Totus in eo eſt Baronius, ut tum depoſuiſſe, tum repoſuiſſe Epiſcopum R. obtineat. At malè ipſi probationes cedunt. Immiſcuiſſe ſe Romanos ſæpe alienis negotiis, etiam ſceleratorum ſe patronos conſtituiſſe, pro iis interpellâſſe, hiſtoriæ produnt. (*o*) Sed auctoritatem hanc nunquam habuit, ut poſſet ipſe ſuo jure Epiſcopos legitimè collocatos deponere, neque id tentare unquam eſt auſus. Deponendi h. e. damnandi & excommunicandi alios eam nonniſi authoritatem habuit, quam & alii Epiſcopi. Depoſitio quidpe penes Concilium, aut Imperatorem fuit. Nonniſi ſuffragium ſuum Rom. Pontifex dedit, ſicut etiam cæteri. Neque hîc pro adverſariis militat Marciani Arelatenſis ſeductoris Epiſcopi exemplum (*p*) in cujus cauſa Galliæ Epiſcopi, inpr. Fauſtinus Lugdun. non tantùm ad Stephanum, ſed & ad Cyprianum ſcribunt, ut illos pro more Eccleſiarum, de hoc negotio edocerent, & eis conſilio adeſſent. Obj. Cyprianus (*q*) poſtea ad Stephanum ſcribit, & petit, ut *pleniſſimas* faceret ad Epiſcopos Galliæ & populum Arelat. literas, quibus abſtento & depoſito Marciano alius in locum ejus ſubſtitueretur. (*r*) Reſp. Hic Marcianus Novatiano ſtudens contra Epiſcopum R. paſſim ad omnes Eccleſias literas miſerat calumniis plenas, ut in diverſa ſtudia ſcinderentur (*s*) habuítque plures ſchiſmaticos Gallia. (*t*) Jure igitur Stephanus tanquam contra ſuum adverſarium & vicinum etiam, Africæ reſpectu, hoc negotium ſuſcipit. Nec rogat hîc Cyprianus Stephanum, ut ipſe velit Marcianum hæreticum è ſua ſede pellere, ſed petit & monet ut ſcribat ad Epiſcopos Galliæ, ut illum deponant, & ad plebem, ut alium ejus loco eligant. Ergo neutrum Papa per ſe facere potuit, quia Epiſcoporum hoc fuit & populi, neque quidquam de confirmatione Papali. Sed quare voluit hoc Stephanum facere? Quia, ut ibid. ait, *omnes Epiſcopi ſunt mutua concordia glutino copulati, ut ſi quis hæreſin teneat, ſubveniant cæteri.* Num verò ita locutus fuiſſet Cyprianus, ſi ſummam & univerſalem poteſtatem Stephano tribuiſſet? Omnium ergo Epiſcoporum eſt, ſibi mutuò in hæreticis deturbandis ſuccurrere & opitulari, non nuda authoritate ſua, ſed literis, monitionibus & ratio-

Vid. an. 261. § 10.

o) *Vid. Cypr. l. 1. ep 3.* (*p*) *Bar.* § 8. (*q*) *Ep. 67. ſeu l. 3. ep. 13.* (*r*) *Bar.* §. 9. *Spond.* §. 3. *Rouſſel. l. 4. c. 8* §. 3. (*s*) *Bar. 254.* §. 78. (*t*) *Vrſin. de Eccl. Germ. p. 21. inpr. Gal. Chriſt. T. 1. p. 32. ubi quintus dicitur Arelat. Archiep. cujus tamen ſucceſſor S. Marinus an. 314. primum Arelat. Concilium celebravit.*

& rationibus. Variè Epiſcopi olim inter ſe communicabant,inter alia alius alium monebat de ſuo officio,uti hoc loco Cyprianus Stephanum, ita tamen ut nihil ſupra alios vel Epiſcopos,vel Eccleſias illi tribuat,ſed ut excitet Gallos ad deponendum hunc & ſubſtituendum alium: ubi eleganter ait: *Ideo plures eſſe in Eccleſia ſacerdotes, ut uno hæreſin faciente, cæteri ſubveniant & oves colligant.* An.258.

§. 7.) Ex hac ipſa Cypriani Epiſtola patet, Marcianum hunc Arelat. nec Fauſtini Lugdunenſis, nec alius prælati Gallicani Sedi propriè ſubjectum fuiſſe, quia nullus tamdiu ejus ſchiſma aliàs toleràſſet, nec communi nomine in Africam & Italiam ſcripſiſſent,nec omnes ſacerdotes huic ſubvenire malo debere Cyprianus dixiſſet, quo nomine procul dubio legitimum Concilium intellexit. (*u*) Ubi ergo Caput? Nimirum vult Cyprianus, non ut Stephanus ſcribat,ſe Marcianum depoſuiſſe,ſed ut ſacerdotes ejus provinciæ admoneat, eſſe deponendum. (*x*) Vanus ergo Spondanus cum ſuo Baronio ita concludens: *Tam ipſe Cyprianus, quàm Epiſcopi Galli,agnoſcentes ſuam ipſorum poteſtatem limitibus eſſe coartatam,ad deponendum Metropolitanum hæreticum, principis omnium Epiſcoporum interpellàrunt auctoritatem.* Aſt ubi tandem? Quare ergo Cyprianus (*y*) vult, ut nullus Epiſcopum Epiſcoporum ſe faciat? Quare l.2. Ep.1. ait: *Nec nos vim cuiquam facimus, aut legem damus, cùm habeat in Eccleſia adminiſtratione voluntatis ſuæ arbitrium liberum unuſquiſque præpoſitus rationem actûs ſui Domino redditurus.* Rectè hoc loco Blondell. (*z*) Magis hîc quærendum, quare Gallicani fratres Cyprianum interpellaverint,num hoc modo Galliam Africæ ſubjecerint? Quare Cyprianus Stephano injunxerit, quid agendum? Annon hac ipſa ad Stephanam Epiſtolâ Cyprianus depoſitum & excommunicatum declarat Marcianum, Stephaníque oſcitantiam & ſilentium notat, quòd ad quæſita Gallis non reſpondeat? Obj. Simpliciter Cyprianus Gallis reſpondiſſet & conſuluiſſet,ſi Stephani auctoritati non plus tribuiſſet. Reſp. 1. Cauſa fuit omnium Catholicorum communis, adeoque omnes ſuccurrere debebant. 2. Stephanus quoque à Gallis conſultus fuerat,iis ergo reſponſum debebat. 3. Novatianus,quem Marcianus ſequebatur,Romæ hærebat, & jam à Cornelio,Lucio,&c. rejectus fuerat, ideoque Cyprianus monet Stephanum, ut glorioſum ſuorum anteceſſorum honorem ſervaret & honoraret authoritatem. 4. Gallorum libertatem Cyprianus hîc infringere neutiquam voluit.

§. 8.) Sanè perquam frivola ſunt,quæ Marca (*a*) prætendit. Commune tum conſilium, tum judicium, tum etiam auctoritas, tam Africanæ, quàm Romanæ hîc occurrit Eccleſiæ: unde nulla ratione ſequitur,poteſtatem

Z 3

(*u*) *Blond. de pr. p* 711. *&* 714. *ſeq.* (*x*) *Cham. T.* 2 *l.*13. *c.*14. § 2. (*y*) *Ep.*69. (*z*) *L. all. p.*49. *&* 60. (*a*) *L.*7. *c.*1. § 6. *&* *l.*1. *c.*10. § 8.

Digitized by Google

An. 258. tem decernendi & pronunciandi, & pleniſſimam executionis curam Pontifici R. demandari. Non minus Cyprianus, quàm Stephanus auctoritatem ſuam interpoſuit, depoſuit Marcianum h. e. pro depoſito habuit; ubi tamen executionem non Stephano, ſed ſoli Gallicano Clero tribuit & vendicat. Nondum hiſce ſatis habet Baronius (b) *Hanc curam*, inquit, *imminere omnibus ſacerdotibus fatente Cypriano, ut rationem etiam aliarum Eccleſiarum habeant: poſtea, quod proprium eſt Rom. Epiſcopi, & non aliorum, ab eo implorare auxilium, & requirere officium, ut ſcriberet in Galliam pro depoſitione Marciani.* Aſt cur non ſolus deponit Stephanus? Cur Cyprianus in hoc ipſo ſibi etiam curam arrogat communem cum Stephano? *Noſtrum eſt*, inquit, *conſulere & ſubvenire.* Quî gubernandæ Eccleſiæ libram ſimul cum Stephano ſe tenere aſſerit? Scribere verò literas nonne hujus curæ & gubernationis effectus erat? Propter curam ergo hanc communem Cyprianus hortabatur Stephanum, imò ferè compellebat, ſanè excitabat. (c) Ecquid tum, ſi viciniori, & puræ adhuc Eccleſiæ Rom. Cyprianus aliquid tribuebat? Et tamen nonniſi ſocium Stephanum agnoſcit & coadjutorem, unde: *Nam etſi paſtores multi ſumus, unum tamen gregem paſcimus*, &c. Ne verò extra oleas vagemur fruſtráque deſudemus, age Launojum celebrem Pariſi. doctorem audiamus, qui Diſcuſſ. c. 5. p. 77. hanc Epiſtolam Cypriani non eſſe, ſed alterius, qui longo póſt tempore floruit, pluribus doceri poſſe argumentis dicit, atque id uſque ad p. 117. probat. Idem (d) hæc obſervat: *Cæterùm qui hanc Epiſtolam 67. pro vera & certa tenent, obſervant eam vehementer commendare Rom. Pontificis authoritatem, quâ Epiſcopos juſta de cauſa per provincias abſtinet, deponit, & alios in eorum locum ſubſtituit. Sed antiqui Pontifices, qui nihil omnino prætermiſerunt, ut ſuam illam auctoritatem probarent et aſſererent, exemplum de Epiſtola Cypriani, de Marciano Arelatenſi nullum ſumpſerunt. Julius, qui anno poſt Stephanum 77. Romanam Eccl. adminiſtrare cœpit, atque inde Stephani geſta nôſſe facilè poterat, in Epiſtola ad Orientales ſuam quanta poteſt diligentia confirmat, nec Cypriani Epiſtolam, nec abſtentum et depoſitum à Stephano Marcianum Arelatenſem opponit.*

de rebaptiz. §. 9.) Novatianorum & Cataphrygarum occaſione, vehementer *Vid. an.* etiam à noſtris agitata controverſia de hæreticorum rebaptizatione, quæ *254. §. 20.* quidem controverſia etiam celeberrimos in Eccleſia viros concuſſit. (e) Ana- *coll. cum* baptiſtæ moderni, ut ſuam rebaptizationem obtinere queant, hæc exempla *an. 217.* nobis objiciunt, dicúntque utranque tamen partem ſeinvicem toleráſſe. (f) *§. 1.* Reſp. Et tamen quæ non lites motæ & controverſiæ? Noſter pædobaptiſmus legitimè fit in nomine SS Triadis, adeoque non repetendus. Noſtros quod attinet, non primùm in Africa, ſed ex *Iconienſis in Phrygia Synodi* occaſione

(b) §. 9. (c) De Dom. l. 2. c. 6. §. 9. (d) p. 85. (e) Bar. §. 11. Spond. §. 3. 4. & 6. Forbeſ. Inſtr. l. 10. c. 2. § 3—5. T. 1. Conc. p. 479. edit. Pariſ. (f) Martyrol. Anab. Harlem. ed. pref p. 41. a.

Digitized by Google

ſione ortum hoc bellum Baronio (*g*) placet. Phrygia autem Montanum produxit. Ex Cappadocia, Cilicia, Galatia, aliíſque proximis Orientalibus regionibus huic Synodo adfuerunt, ubi Firmilianus, ut & reliqui ſtatuerunt idem quod poſtea Carthaginenſes, ſcil. nihil eorum, quæ ab hæreticis facta eſſent, ab Eccleſia Catholica recipiendum eſſe, non ordinationes, non baptiſmum, non manuum impoſitionem, nec aliud quodvis ſacrum, teſte Firmiliano Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopo Epiſt. ad Cypr. (*h*) idem Dionyſio Alex. (*i*) Nihil in hac Synodo exercuiſſe poteſtatis Stephanum, vel habitam illius rationem fuiſſe exitus docuit; uti neque in alia Synodo in minori Aſia, apud *Synnada* eodem tempore, & aliis inſuper frequentibus habitis: (*k*) Non ſolus itaque Cyprianus ita decrevit in Africa, ſed & Firmilianus in Aſia, & in Ægypto Dionyſius, decretáque facta in pluribus Synodis. Conſenſum itaque à Synnadenſibus Patribus cum Iconienſibus, ac concluſum etiam, *ne ab hæreticis venientibus intromittantur, niſi prius omnia, quæ ab hæreticis audiverunt, publicè coram Eccleſia expoſuerint*: vid. Euſ. l.7. c.6. f. Hæc ubi Romam nunciata, Stephanus neſcio quo impulſu, ſanè non bono, eò ſtatim procedit, ut omnes Orientales Epiſcopos, Ciliciæ, Cappadociæ, Galatiæ, & finitimos à communione ſua excludat, decernátque *ut ſi quis à quacunque hæreſi venerit, nihil innovetur, niſi quod traditum, ut manus illi imponatur ad pænitentiam*. Non conſiderans verum baptiſmum illud eſſe non poſſe, ubi eſſentialia deſunt: unde ipſum Nicenum Conc. Samoſatenorum baptiſmum rejecit. Aliud verò cum baptiſmo ritè peracto, quem non opus eſt repetere, quia dignitas Sacramentorum non pendet à miniſtri fidelitate vel intentione, ſed ab efficacia divina. quo loco fatendum Cypriano aliquid humanitus accidiſſe, unde poſtea Donatiſtæ eundem errorem errantes, ſubinde ad Epiſtolas Cypriani provocabant, quibus Auguſtinus & alii reſpondent. (*l*) Itaque non excommunicationis fulmine percuſſæ hæ Eccleſiæ, ut quidem volunt adverſarii, ſed communione tantùm Romana privati fuerunt. Inde Collector Concilior. ed. Ven. T. 1. p.404. ait, Minatum Stephanum Orientalibus ſi in errore perſiſterent, ſe eos excommunicaturum. Idem contra Baronium & Perronium probat Blondellus de primatu p.53. & Petr. Mol. Novit. l. 4 c.11. & l.3. Non diu hi Patres cunctati legatos mittunt ad Stephanum, qui de rebus in Synodo geſtis eum edocerent, non autem ut rationem ceu ſupremo judici redderent. At illi ab Epiſcopo R. neque admiſſi, neque auditi fuerunt, quam proinde rem Firmilianus tam indignè tulit, ut eo nomine ad Cyprianum literas daret quibus & acta hujus Concilii refert, ac valde de inconſiderata hac excluſione conqueritur, ut & de rejectione legatorum, & quòd præcepetit fraternitati, ne quis eos in domum ſuam reciperet. Inpr. autem id maximè

An. 258.

Synnadēſis Synodus.

(*g*) §. 13. *Spond. l.5.* (*h*) *Inter epiſt. Cypr.75.* (*i*) *Apud Euſ. l.7. c.4. & 6. vid. Lipſt. p.60.* (*k*) *Vid. Euſ. l. all. T. 1. Conc. ed. Par. p.494.* (*l*) *Vid. Arnd. de Bapt.* §. 112. & 116. & *Lipſtorp. part. 1. p.162.*

Digitized by Google

An. 258. ximè urget, quòd præter morem hactenus in Eccleſiis receptum, Stephanus pacem Eccleſiaſticam cum fratribus Orientalibus tam facilè fregerit, quam anteceſſores ejus ſemper amore & honore mutuo cuſtodiverant, quódque ſit ad illum gradum audaciæ & impudentiæ progreſſus, ut inaudito hactenus facinore ipſum *Cyprianum*, ſanctiſſimum Africanæ Eccleſiæ præſulem, *Pſeudo-Chriſtum*, & *Pſeudo-Apoſtolum, doloſúmque operarium* nuncuparet. Ita ergo in Stephanum invehitur, ut laudet ſapientiam Cypriani, viciſſim Stephani dictaturam, ſtultitiam & inſolentiam exagitet. Atque hîc meritò noſtri gradum aliquem & incrementum faſtûs Romani, obſervant: quæ omnia tamen ceu fulmen ex pelvi æſtimârunt Orientales.

Patres quo loco apud Rom. vid. § 21.

§. 10.) Magno loco Patres ſe habere Latini videri volunt, at ubi ſecus ſentiunt, duriter eos tractare eoſdem non pudet. Ita Annaliſta noſter §. 37. de Cypriano martyre, quod Stephano reſiſtere ejúſque cenſuras reprehendere auſus, *plus ſatis excandeſcere ac jurgari, & à convitiis atque contumeliis diſputationem ſuam exordiri dicit.* Ita de Firmiliano §. 44. 46. 47. eandem ob cauſam: *iracundiæ igne inflammatum & furore concitatum in contumelias & probra ferri præcipitem, ſemelque menti tetra offuſa caligine falſa à veris minus valuiſſe diſtinguere*; eúmque *patentis* (ut ipſe loquitur) *mendacii*, tum fœdæ & *in Eccleſiam Rom.* & in Stephanum *procacitatis* damnat; ac eò denique provehitur, ut virum, quem & *doctrina & ſanctitate morum nulli propemodum illorum temporum ſecundum fuiſſe viſum*, quem & inter Sanctos ab univerſa Græcorum Eccleſia coli fatetur, *naufragium feciſſe* dicat. Unde non mirum, ſi ob eandem culpam ſimili nos hodieque notent carbone atque etiam pejus.

Firmilianus quis.

Alibi de Cypriano acturi, Firmilianum aliquatenus excutiamus. Fuit autem ſanctitate celebris, quem Græci ſuo Menologio inſeruerunt, & Baſilius S. Patribus & veritatis aſſertoribus adnumerat. (m) Eundem ita Theodoretus (n) commendat: Φιρμιλιανὸς ὁ Καισαρέων ἐπίσκοπος ἐπιφανὴς ἀνὴρ καὶ γνῶσιν ἑκατέραν ἔχων, καὶ τὴν θύραθεν καὶ τὴν θείαν. (o) De illo Euſ. l. 6. c. κζ. Lat. 20. Ab eodem ad Antiochenum Concilium contra ſchiſma Novati vocatus illuſtris Dionyſius Alexandrinus: Euſ. l. al. cap. poſtr. Poſt Dionyſium hunc præcipuus fuit Firmilianus ex illis, qui ad Concilium Antioch. contra Paulum Samoſat. evocati. idem l. 7. c. κη. L. c. 22. Et quia Dionyſius gravis ſenectutis infirmitate impeditus comparere non poterat, ſententiámque ſuam de hac peſte toti Synodo perſcripſerat, Firmilianus comparuit, præſedit, & coràm eruditè Paulum refutavit, unde Paulus ſententiam ſe mutaturum doloſè promiſit: poſtquam verò brevi Paulus fidem fregit, idem Firmilianus ad Antiochenum aliud Concilium profecturus, cum jam ad Tarſos uſque perrexiſſet, beatè moritur. Euſ. c. λ. L. 24. Ei nemo hactenus unquam aut hæretici, aut ſchiſmatici vel minimam labeculam

(m) *l. de Sp. S. c. 29.* (n) *de hæreſ. in Paulo Samoſ.* (o) *vid. Blond. de Epiſc. p. 44. Novis Mol. l. 3. c. 3.*

culam aſperſit. De eodem Annaliſta (*p*) quod nulli ſanctitate inferior fuerit. Huic contra Stephanum adſtipulatur hic ipſe quoque Dionyſius, ſanctitate & eruditione celebris Epiſcopus, prout apud Hier. in Catal. videre eſt; ita Euſebius (*q*) eundem unà cum reliquis Orientis Eccleſiis apud Stephanum defendiſſe teſtatur. Adeoque neuter ſe Epiſcopo R. ſubjectum agnovit. Haud tamen diffitemur id in Firmiliano durum, quòd Stephanum vocet *falſum Chriſtum, falſum Apoſtolum, & operarium fraudulentum: apertam & manifeſtam ejus ſtultitiam* appellat, quòd de Epiſcopatûs NB. ſui loco glorietur, & ſe ſucceſſionem Petri tenere contendat, ſuper quem fundamenta Eccleſiæ collocata ſint, adeoque multas alias petras inducat (*r*) *Judæos*, inquit, *Zelum Dei Apoſtolus habere profitetur: Stephanus, qui per ſucceſſionem Cathedram Petri habere ſe prædicat, nullo adverſus hæreticos Zelo excitatur.* Apertè ſcil. docet, quàm facilè Romani ipſos hæreticos admiſerint, auréſque illis præbuerint, ſic ut non gratis tales eò frequenter profecti legantur. Unde ſub finem epiſtolæ: *Non pudet Stephanum talibus adverſus Eccleſiam patrocinium dare, & propter hæreticos aſſerendos fraternitatem ſcindere.* (*s*) Profectò tota huc exſcribenda Firmiliani epiſtola foret, niſi alibi eam lector & commodius habere poſſet. An. 258.

§. 11.) Idem ib. ſcribit: *Eos autem, qui Romæ ſunt, non ea in omnibus obſervare, quæ ſint ab origine tradita, & fruſtrà Apoſtolorum authoritatem prætendere: ſcire quis etiam inde poteſt, quòd circa celebrandos dies Paſchæ, & circa multa alia divinæ rei Sacramenta, videat eſſe apud illos aliquas diverſitates, nec obſervari illic omnia æqualiter, quæ Hieroſolymis obſervantur.* Apertè Hieroſolymam Romæ præfert, nec aliàs Eccleſias Romanæ, ſed hanc illis accommodare ſe debere contendit. (*t*) Neque Aſiæ tunc & Africæ Epiſcopi admittebantur in munus ex Rom. Epiſcopi aſſenſu, multò minùs ab eo ſumebant Enthroniſticas: ſed, ut fatetur Æneas Sylvius: (*u*) *Sibi quisque* (olim) *vivebat, & ad Eccleſiam Rom. parvus habebatur reſpectus.* Sic Firmilianus (*x*) *neceſſariò apud nos fit, ut per ſingulos annos Seniores & præpoſiti, in unum conveniamus, ad diſponenda ea, quæ curæ noſtræ commiſſa ſunt; ut ſi qua graviora ſunt communi conſilio dirigantur &c. Omnis poteſtas & gratia in Eccleſia conſtituta, ubi præſident Majores natu, qui & baptizandi, & manum imponendi, & ordinandi poſſident poteſtatem.* Ergo tunc Presbyteri, majores natu Eccleſiarum erant præpoſiti: tingendi, pœnitentes reconciliandi & ordinandi poteſtate præditi, communi tamen conſilio omnia adminiſtrantes. Atqui hîc nihil de tot Orientalium Ordinibus ſacris, de quibus Carranza (*y*) in Cornelio. Graviſſimè igitur cùm Cyprianus, tum Firmilianus hoc Stephani immaturum judicium tulerunt, ut ex literis ipſorum conſtat, illius quidem ep. 72. ad Jubaja & 73. ad Pompejum, ubi ſententiam anteceſſoris ſui Agrip-

aa pini

p) §. 47. (*q*) *L. 7. c. 4.* (*r*) *De Dom l. 4. c. 1. §. 2.* (*s*) *Idem c. 8. §. 9.* (*t*) *Blond. de pr. p. 544.* (*u*) *Epiſt. 188. ad Martinum Mayerum.* (*x*) *Laudatâ Epiſtolâ.* (*y*) *p. 64.*

Digitized by Google

An.258. pini tenuit; hujus verò Epiſt.75. ad Cypr. Tantùm verò abeſt ut vel alteruter,vel ambo Stephani judicio ſe ſuáque ſubmiſerint, ut de illo Cyprianus Ep. ad Pomp. ita ſcribat: (Stephanus) *hæreticorum cauſam contra Chriſtianos, & contra Eccleſiam Dei aſſerere conatur: inter cætera vel ſupervacua, vel ad rem non pertinentia, vel ſibi ipſi contraria imperitè ac improvidè ſcripſit.* Sic Firmilianus eidem objicit, ipſum infamare Petrum & Paulum, quaſi hoc ipſi tradiderint. Ib §.14. *Poteſtas*, inquit, *peccatorum remittendorum Apoſtolis data eſt & Eccleſiis, quas illi à Chriſto miſſi conſtituerunt, & Epiſcopis, qui eis ordinatione vicaria N.B. ſucceſſerunt*, &c. Proinde Pamelius in ſuis annotationibus ait, *fortaſſis conſultius foret nunquam editam fuiſſe hanc Epiſtolam, ita ut putem conſultò illam omiſiſſe Manutium: verùm cùm à Morelio evulgata ſit, prætermittere nolui.* Nimirum eradenda, omittenda cenſent, quæcunque adverſus ipſos faciunt. Ita expurgant Patres. Et quot verò talia vel penitus aboleri, vel ad æternos arceres damnari exiſtimas bone lector. *(z)*

§.12.) Neq; vel Cypriani, vel Firmiliani furori, vel livori adſcribenda talia, quia laceſſiti à Stephano & ab eodem indignè habiti.(a) Pro utroq; fortiter ſtetit Dionyſius, eorúmq; cauſam, mitiori tamen ſtylo, defendendam ſuſcepit*(b)* cujus tandem ſtudio, & Cypriani patientiâ effectum, ut pax reſarciretur, & adhuc ante Stephani obitum motus iſti in Oriente planè conſopirentur, ita tamen, ut in ſententiam Stephani omnes concederent, non modò Patres Africani, verùm etiam aſſertores contrarii dogmatis Firmilianus, Dionyſius & alii: quod ex Auguſtino Epiſt 48. ad Vincentium, & de baptiſmo contra Donatiſtas l. 6. c. 2. item ex Hieron. cont. Luciferianos aliisque rationibus probat Baronius §. 47.-51. Spond. à §. 10. & inde Lipſtorp. part. 1. p.61. aliter tamen alii: de quo §.20. Factum autem hoc eſt poſt martyrium Cypriani. Nam ipſum retractâſſe quod ſenſerat, non conſtat: imò nec Baronius id aſſeverare audet, cùm ipſe Auguſtinus nuſquam id inveniri teſtetur; quamvis optimum de eo præſumat & retractâſſe ſententiam ſuam ſuſpicetur. Idem cont. Donat. c. 18. Cyprianum adfirmat ſolùm venialiter peccâſſe & ſalva caritate. Et Hier. adv. Lucif. eundem excuſat, quia non edidit cum Anathemate illorum, qui diſſentiebant, ſententiam ſuam. Illud tamen indubitatò conſtat ipſum Cyprianum nunquam à Stephano Romanæ Sedis communione privatum, & in eadem cum Rom. Eccleſia unitate uſque ad martyrium perſtitiſſe, ejúſque diem natalem ab Eccleſia occidentali ſummo honore anniverſario coli & honorari.

I. Carthag. Synodus. §. 13.) Tres ordine Carthaginenſes Synodi hoc anno in eadem cauſa de rebaptizatione habitæ: *(c)* Prima fuit Epiſcoporum XXXII. *(d)* indicta quòd

z) Vid. Morna. myſt. iniq. p.29.-33. Rivet. Crit. S. p.47. Dallæ. de Patr. 84. i. Molina. oper. T.5. p.163. & T.2 part 4. à p.212. §.12. (a) Blond. de pr 53. (b) Idem à p.54 inpr. Euſ. l.7. c.6. ex tertia ejus Epiſt. ad philem. (c) Bar. §.23. Spond. §.7. Iuſtel. T.1. p.313. ſeq. ex Epiſt. Cypr. ad Iubaj. (d) T.1. Conc. ed. Ven. p.406. & ed. Pariſ. 494. ex Cypr. Ep.70. & 71.

Digitized by Google

quòd Africani à Januario & ſociis Epiſcopis Numidiæ, ſuper rebaptizatione hæreticorum conſulti per Epiſcopum, unde definitionem Synodi per Cyprianum reſcripſerunt in hanc ſententiam: *Cùm unum ſit in Eccleſia baptiſma, neminem foris extra Eccleſiam baptizare poſſe. Illos verò, qui à Catholicis ritè baptizati, ad hæreticos defeciſſent, non per baptiſmum, ſed per ſolam manuum impoſitionem recipiendos eſſe, ſi ad Eccleſiam redire contendant.* An. 258.

Mox ſecutum *ſecundum Carthag. Concilium* LXXI. ex Numidia & Africa Epiſcoporum. (*e*) In hoc præter rebaptizationem decretum, ut & ii, qui in Eccleſia ordinati à fide defecerunt, revertentes ad Eccleſiam, nonniſi ad Laicam communionem recipiantur: & baptiſmus ab hæreticis collatus pro invalido & nullo haberetur. De his Cyprianus, Concilii præſes, Synodicam ſcripſit ad Stephanum (*f*) quâ acceptâ is reprobavit illud, contrarium Majorum morem obtendens. (*g*) Eodemque tempore Cyprianus à Jubajano Epiſcopo de eadem materia requiſitus in eandem ſententiam reſpondet, ſalvo tamen pacis & concordiæ vinculo liberum cuique relinquit judicium, & ut quisque alterum fratrem æquanimiter ferret, de Bono patientiæ ad eundem Jubajanum exarat, item de Zelo & livore (*h*) quod ſincerum ejus propoſitum Hieronymus & Aug. laudant, & meritò quidem, ſi Stephanum conſideres, quorum tamen hic errorem de rebaptizatione l. 2. cont. Donatiſtas refutavit.

Secunda Carthag. Synodus.

Vid. an. 254. §. 19.

§. 14.) *Aliam* inſuper *numeroſiorem Synodum* LXXXVII. Epiſcoporum ex Africa, Numidia & Mauritania Carthagine Cyprianus congregavit, in ea prælectis Stephani literis acriter in eum invehuntur, & tandem in priorem ſententiam ὁμοψύχως itur, de nullitate baptiſmi ab hæretico collati, cum conteſtatione de pace conſervanda cum iis, qui ſecus ſentirent: atque horum omnium ſententiæ illius celeberrimæ Synodi actis inſertæ, etiamnum apud Cyprianum & Aug. de Baptiſmo contra Donat. (*i*) Adeóque Stephani ſententiam rejicit Synodus, nec judicari ſe ab illo poſſe profitetur. (*k*) Solum autem hoc Carthag. Concilium poſtremum extat, & primum quidem quod inde ab Apoſtolorum temporibus in Tomis Conciliorum reperire eſt. Carranzæ ſub Cornelio habitum: T. 1. Conc. ed. Ven. (*l*) anno 254. Alſt. an. 260. Ipſe Cyprianus Concilium hoc, ſicut & præcedentia, convocavit, ipſe de hac materia plurima diſputavit: quæſtionem cum præſentibus definivit, ſicut & negocium de pace à martyribus data, ſua & Cleri ſui authoritate, nec ab Epiſcopo R. deciſionem unquam poſtulavit, etſi ad eum ipſa

Synodus Carthag. tertia.

aa 2 illa

e) *Bar. §. 27. Spond §. 7. T. 1. Conc. ed. Ven. 406 & Pariſ. 498 ex Cypr. ad Iubaj.* (*f*) *L. 2. ep. 1. ſeu Ep. 77. Bar. §. 28. T. 1. Conc. ed. Ven. p. 403. & Par. 499. inpr. Lipſt. de Mon. P. part. 1. p 59. m.* (*g*) *Cypr. p. 74. ad Pomp. Bar. §. 37.* (*h*) *Vid. Zonaram de Concil. à p. 271 & Balſam. à p. 587. Morna iniq. p 33 Lipſtorp. de Mon Pap. à p 58.* (*i*) *Vid. Bar. §. 42. T. 1. Concil. Binii p. 149.--155. ed. Crabbi à p. 406. Pariſ. p. 508. & 523 Balſam. p. 587. ad 591. Zonar. à p. 271. ad 285. Cypr. oper. à p. 232. Iuſtel. 314. Lipſtorp. part. 1. p. 60.* (*k*) *Forbeſ. Inſtr. l. 16. c. 1. §. 6.* (*l*) *p. 406.*

Digitized by Google

An.258. illa de re, ſemel, bis, terve ſcripſerit. Lib.2.ep.1. ad Steph. *Neceſſe habuimus conventibus in unum pluribus Sacerdotibus cogere & celebrare Concilium.* Et Ep.61. ad eundem. *Idcirco copioſum corpus eſt ſacerdotum concordiæ mutuæ glutino, atque unitatis vinculo copulatum, ut ſi quis ex collegio noſtro hæreſin facere, & gregem Chriſti lacerare & vaſtare tentaverit, ſubveniant cœteri.* (*m*) Diametraliter igitur contra Stephani ſententiam decreverunt, atque Iconienſe & Synnadenſe Concilium approbaverunt. Quare erroris meritò Geſnerus (*n*) convincitur, qui ex Euſ. l.6. c.4. (tu dic l.7.) Stephanum Anabaptiſmum probaviſſe dicit: at nihil tale Euſebius, vel quiſquam alius habet. Non igitur Oecum. poteſtatem habuit Stephanus in hoc Concilio. Unde Aug. (*o*) *In Concilio Carthag. ſub Cypriano Venantius à Tiniſa dixit: Chriſtus Dominus & Deus noſter ad Patrem proficiſcens ſponſam ſuam nobis commendavit: utrumne eam incorruptam & inviolatam cuſtodimus; an integritatem ejus, & caſtitatem ejus mœchis & corruptoribus prodemus?* Id dictum Auguſtinus ut verum admiſit, neque reprehendit ut arrogans. Quantum vel Papæ, vel traditionibus tribuerint, ex Liboſi ab Agra reſponſo liquet: *In Evangelio Dominus, Ego ſum,* inquit, *veritas: non dixit, Ego ſum conſuetudo: itaque veritate manifeſtata cedat conſuetudo veritati.* Honoratus à Tucca dixit: *Cùm Chriſtus ſit veritas, magis veritatem, quàm conſuetudinem ſequi debemus.* Etſi verò Patres malè applicent Scripturæ dicta, adeoque non benè decernant, docent tamen, quid tum de Papa, tum de traditionibus ſenſerint.

§. 15.) In Carthag. hoc Concilio liberè quemvis ſuam dixiſſe ſententiam acta oſtendunt: præſentes autem quinam fuerint & decreverint eadem docent, conveniſſe nimirum Epiſcopos plurimos cum Presbyteris & Diaconibus, præſente etiam plebis maxima parte: vid. act. 16.5. Atque omnes illi, qui nominatim ſententiam dixere ſuam, quaſi ſubſcripſiſſent habendi. Ita Cyprianus Ep.75. *Qua ex cauſa neceſſariò apud nos fit, ut per ſingulos annos ſeniores & præpoſiti in unum conveniamus ad diſponenda ea, quæ curæ noſtræ commiſſa ſunt, ut ſi qua graviora ſunt admiſſa, communi conſilio dirigantur.* Itaque probè nota, quòd, ſi motæ eſſent quæſtiones graviores, diſſenſiones, aut hæreſes, tum præſides privato conſilio nihil feciſſe, nec facere auſos, ne ipſum quidem Rom. Epiſcopum, ut patet ex Conciliis Rom. item ex Cypr. l.3. ep.19. & l.1. ep.12. atque aliis. In eandem ſententiam ad Cyprianum Romanus Clerus: quæ ſanè ratio pugnat cum Monarchia. In ejusmodi Conciliis aliorum Epiſcoporum Epiſtolæ lectæ, unde Cypr. l.1. ep.3. indicat, ſuas literas Romam miſſas à Clero & fratribus legi ſolitas: & à Cornelio petit, ut idem porrò fiat: idem l.3. ep.4. & l.5. ep.5. Quid ergo ſi Epiſcopi R. ſicut aliorum, literæ ad Synodos datæ idem obtinuerint? Nimirum, ut Cyprianus l.3. ep.13. habet, *dum aliqui Epiſcopi ſuo muneri deſunt & malè regunt,*

m) Vid. Cham. l.13. c.6. §.13. & c.10. §.14. (n) T.1. Concil. p.66. (o) L.7. de Bapt. cont. Donat. c.13.

Digitized by Google

regunt, imò & ſectas faciunt, ſubvenire tunc debent cæteri. Ita vulgò hoc fuiſſe obſervatum, continua actorum ſeries id evincit. Rectè Reggius (*p*) ex tam celebribus Synodis longè plures olim & frequentiores, quàm hodie Epiſcopos, ſeu nomine Epiſcoporum etiam Presbyteros venire probat. Neque impedit quòd Provincialis Synodus dicatur, quandoquidem non major Oecumenicis ἀσφάλεια, quàm Provincialibus: & Italicæ Synodi validæ ab adverſariis habentur, licet provinciales. Neque omnes Provinciales errori ſtatim obnoxiæ. Nec propterea erráſſe dicenda hæc Synodus, quia illam Rom. Epiſcopus improbavit, licet peſſimè impegerit; & ſic è converſo. Nec ejus ſententia, conſenſus, diſſensúsve ſtatim Eccleſiæ Catholicæ doctrina dicenda eſt, quia non ipſe, ſed Spiritus S. Judex, ejúſque verbum cynoſura nobis eſſe debet. An. 258.

§.16.) Cyprianus exhortatur & alloquitur ſingulos, ut quiſque liberè ſententiam dicat, obliquè Stephanum taxans, quòd imperioſiùs agat, ita autem affatur: *Supereſt ut de hac ipſa re, quid ſinguli ſentiamus, proferamus, neminem judicantes, aut à jure communionis aliquem, ſi diverſum ſenſerit, amoventes. Neque enim quisquam noſtrûm Epiſcopum ſe eſſe Epiſcoporum conſtituit, aut tyrannico terrore ad obſequendi neceſſitatem collegas ſuos adigit, quando habeat omnis Epiſcopus pro licentia libertatis & poteſtatis ſuæ arbi-[illegible] proprium, tanquam judicari ab alio non poſſit, cùm nec ipſe poſſit alterum judicare. Sed expectemus univerſi judicium D. N. J. Chriſti, qui unus & ſolus habet poteſtatem, & præponendi nos NB. in Eccleſia ſua gubernatione, & de actu noſtro judicandi.* Non admonitiones ſimplices, ſed leges adinſtar principis promulgâſſe Epiſcopum Rom. & ad ſubditos illas miſiſſe, quibus obedire debuerint, ait Rouſſel (*q*) ídque Stephani exemplo probare vult, qui lapſis pœnitentibus ſolam manuum impoſitionem indixerit, eámque legem dicto jam modo publicaverit: unde Cyprianus cum Concilio, ex hypotheſi Stephani, Epiſcopum Epiſcoporum eum vocet, quia ſcierit, Rom. Pontificem ſolitum eſſe pronunciare cenſuras in eos, qui Decretis ſuis contumaces eſſent. At non hic quæritur quid Rom. Pontifex fecerit, vel quid faciat modò (quanquam ne hoc, quod pro vero venditat adverſarius, ullatelargimur) ſed quo jure id fecerit. Licet non tantùm unus ex primatibus fuerit Epiſcopus Rom. ſed etiam ex primis primus, nihil tamen ejuſmodi ſequitur, ſi ordinis rationem tollas, quo reſpectu Sedes illa facilè adibatur, conſulebatur, audiebatur &c. Unde major Romanæ, quàm Carthag. Eccleſiæ auctoritas, ob quam cauſam, atque etiam ob rei ipſius veritatem, Auguſtinus (*r*) illam potiùs, quàm hanc ſequi maluit: iterum (*s*) non ad Sedem Rom. ſed ad Catholicam Eccleſiam, toto orbe diffuſam, ad Eccleſias Latinas, Græcas, barbaras, & ipſam Hebræam in hac ipſa cauſa reſpicere ſe profitetur.

aa 3

p) de ſtatu Eccl. Angl. præf. p. 53. (*q*) *l. 4. c. 3. § 7. ſeq.* (*r*) *l. 2. c. 2. de bapt. cont Donat.* (*s*) *ib. l. 3. c. 4.*

Digitized by Google

An. 258. fitetur. (*t*) Nec tam Sedem, quàm rem ipſam ſpectârunt, qui Stephano conſentiebant, ſicut ex aliis etiam, in quibus diſſentiebant, videre eſt. Neque majorem quàm Petrus, Romanus Epiſc. poteſtatem obtinet. Suprà laudata, quibus alloquitur Cyprianus Synodum, contra Stephanum dirigi eùmque ita ſuggillari non malè autumat Baronius (*u*) quòd tyrannicè ſe faceret hoc modo Epiſcopum Epiſcoporum, vellètque vi adigere alios ad ipſi conſentiendum, cùm tamen quiſque Epiſcopus liber ſit, ac ſoli Chriſti judicio immediatè ſubſtet in ſua regenda Ecclesia. (*x*)

§. 17.) Inſignis, ſi quis alius, hic Carthag. Concilii locus contra Eccleſ. Monarchiam, quo Lutherus tanquam laqueo in diſputatione Lipſiaca Eckium ſtrangulavit. Non hìc, ut fingit Eckius, de Epiſcopis conſtituendis, ſed de conſtitutis agitur, ut clariſſimè patet. Apertè negat Cyprianus convenire, ut ſibi in alios judicium ſumant, aut alios à communione pellant propter opinionis diverſitatem. Obj. (*y*) *Ipſe Cyprianus Epiſcopus Epiſcoporum fuit, dum ad Concilium convocavit eique præſedit.* Reſp. At non ſuo jure hoc fecit, nec cum authoritate, nec ut Epiſcopus Epiſcoporum, ſed quòd alios donis & gravitate atque prudentia antecederet, & urbis primariæ epiſcopus eſſet. Tanquam moderator præfuit, non ut Imperator, vel præſes aliquis provincialis: unde dicit, *quemque Epiſcopum habere arbitrium proprium* &c. Quod aliis, id jure etiam ſibi tribuit, & viceverſa; unde tyrannico terrore ad obſequendi neceſſitatem collegas adigere neutiquam tentavit. Inſt. *de præſentibus tantùm Epiſcopis Cyprianus loquitur* (*z*) Reſp. In genere de omnibus omnino, inpr. etiam de Stephano, de quo agebatur, aliàs dicere non potuiſſet, *Omnis Epiſcopus habet arbitrium proprium* &c. nec: *univerſi expectemus judicium D. N. J. Chriſti*; ſed ad Papam potiùs, cumpr. in re tam obſcura & intricata, adpellâſſet, ejúſque ſententiam ſine tergiverſatione ſecutus fuiſſet, nec illi ſe nunc & aliàs cum collegis oppoſuiſſet. Idem ferè loquitur Cyprianus Epiſt. ad Steph. P. (*a*) Non judicia aliorum Cyprianus evertit, ſed unius Epiſcopi abſolutam in alios, multò magis in omnes, poteſtatem damnat, eámque ſoli Chriſto per omnia tribuit. Impudens itaque Stapletonus (*b*) dum ait: Cyprianum ad erroris ſui defenſionem uti verbis errantium, & videri omnibus hæreticis mirè patrocinari. Scilicet nimirum quia nimis clara & aperta verba. Quomodo ergo Auguſtinus, cùm contra Donatiſtas ſcriberet, ſæpius (*c*) ea laudant, & toti Eccleſiæ ſuo teſtimonio commendat? Ex his autem colligas. 1. Nullum viſibilem Monarcham eſſe in Eccleſia, qui authoritate & poteſtate plus valeat quàm reliqui. 2. Nullum Epiſcopum poſſe alium cogere ut ſecum ſentiat;

t) vid. epitom. oper. Aug. T. 1. p. 50. edit. Auguſtana 1537. (*u*) *§. 42.* (*x*) *vid. T. 1. Concil ed. Pariſ. p. 524. item Nicol. de Antichr. 229. inpr. Bulling. de Epiſc. l. 2. c. 16 p. 144.* (*y*) *ex Sanderi l. 6. c. 4. de Viſib. Monar.* (*z*) *Sander. ib. Bellar l. 2. c 16 de R. P.* (*a*) *l. 2. ep. 1. al. 72.* (*b*) *l. 11. c. 7. de princ. de fid. doctr.* (*c*) *de bapt. l. 2. c. 2. l. 3. c. 3. l. 6. c. 7.*

Digitized by Google

tiat; quod tamen Synodi authoritatem non minuit,ſed ſtabilit. 3. Singu los Epiſcopos eſſe ſui juris, & habere proprium arbitrium pro licentia libertatis & poteſtatis. 4. Nullum Epiſcopum poſſe ab alio judicari; licet ab aliis. 5. Judicem Epiſcoporum non eſſe in terris Monarcham: ſed ſolum & unicum Chriſtum in cœlis. E proprio ergo cerebro contra apertam veritatem pro Papali Monarchia fingit Baronius & comminiſcitur §.42. Stephanum decretum edidiſſe,cui præfixerit titulum Epiſcopus Epiſcoporum: confer apud eundem, §.52. & 55. & in illas Lipſtorp. de Mon. P. part. 1. à p.65. item Lynde dans la voye eſgaree p.176. An.258.

§.18.) Ut ergo olim tempore Agrippini (anno 217.) ita & nunc rebaptizatio ſine omni exceptione concluſa, id quod ex omnibus actis patet. Nondum enim hi Patres crediderunt, abſque Romani Papæ judicio Canones ſive leges Eccleſiæ præſcribi non debere; imò ipſi Magiſtratus atque Imperatores Chriſtiani, ceu fideles Eccleſiæ nutritii, varia circa Eccleſiaſtica, videl. de ipſo etiam baptiſmo, anabaptiſmo &c. leges promulgârunt, uti Tomo priore Libertatis Gallicanæ videre eſt. (*d*) Non ergo Africani, ſed Stephanus in ſchiſma ruit,quando ſe ab illis ſeparavit. Et tamen illos ab Univerſalis Eccleſiæ communione privare non potuit. Itaque diſſentiens à Rom. Sede, & communione illius Sedis privatus,membrum tamen Catholicæ Eccleſiæ eſſe poterat: unde de Cypriano Auguſtinus (*e*) quod unitatem ſervaverit Eccleſiæ. At quem Acheronta hodie non moveret Papa contra ejusmodi obſtinaces? Nec illi ſtatim hæretici,qui ab Epiſcopo Rom. diſcrepant uti nec hi Orthodoxi illicò,qui cum eo communicant. Adde quòd modò longè alia Epiſcoporum Rom. & illius Eccleſiæ, quàm olim ratio. Non ergo genuina veræ Eccleſiæ nota eſt *Unio membrorum inter ſe & cum Romano Pontifice, tanquam Capite.* Proinde utut Africani in ipſo dogmate erraverint,meliores tamen longè hac in parte Stephano fuerant, quia hi,non item ille,charitatis vinculum obſervaverunt; quia is etiam non tam ratione, quàm poteſtate egit. Aperta autem Baronii (*f*) in Firmilianum calumnia, quaſi quartadecimanorum errorem in epiſtola inter Cypriani 65. profiteatur: atqui non hoc tractat, ſed multas eſſe Romæ diverſitates, nec obſervari illic omnia æqualiter, quæ Hieroſolymis obſervantur, inter quæ quidem unum hoc fuiſſe non negaverim. Etiamſi igitur aliqua in re Orthodoxos inter non conveniebat,nihil tamen ominus pacis & concordiæ vinculum inter ſe tuebantur: ea verò in re Romani Epiſcopi ſubinde exceſſerunt, & quidem magis magiſque,id quod Dionyſio Alex. & infinitis aliis minimè placuit,unde hoc contumaciam & præſumptionem Cyprianus ad Pompej. vocat. Quare epiſtolâ ad Quint. Petri exemplum ad Gal. 2. in ſcenam producit.

§.19.) Synodicam ad Stephanum miſerunt (*g*) at non ad illum ſolum,

d) *vid. p.639. alibi* (*e*) *l. 6. de Bapt. cont. Don. c. 5.* (*f*) *Spond. § 9.* (*g*) *Cypr. l. 2. ep. 1.*

Digitized by Google

An.258. lum, ſed ad Quintum etiam Mauritaniæ, & alios Numidiæ Epiſcopos: quæ memorabili ad Stephanum periodo clauditur: *Hac ad conſcientiam tuam, frater chariſſime & pro honore communi, & pro ſimplici dilectione pertulimus, credentes etiam tibi, pro religionis tua, & fidei veritate placere, qua & religioſa pariter & vera ſunt.* Numne ergo omnia Papæ arbitrio commiſit? Et Concilia, & Epiſcopum Rom. etiam ipſos Martyras errori eſſe obnoxios, ex dictis hactenus ſatis liquet. Stephanus peccavit dum quodvis baptiſma ſine diſcrimine probavit: unde Cypr. Ep. ad Pomp. *In tantum Stephani obſtinatio dura prorupit, ut etiam de Marcionis baptiſmo, item Valentini & Apelletis contendat filios Deo naſci.* Ipſum autem Stephani decretum fuit: *Si quis ergo à quacunque hæreſi venerit ad nos, nihil innovetur* &c. Ipſum verò Carthag. Concilium erravit, & reliqua conſentientia, quia anabaptiſmus malè fuit confirmatus: hinc *Rebaptizantes*, & *Agrippiniani*, in quo errore Græci adhuc ſunt, qui baptiſmum à Latinis ſeu Occidentalibus adminiſtratum iterant, licet eſſentialis illius forma, in nomine P. F. & Sp. S. obſervetur. utrunque & Stephanum & Cyprianum correxit Concilium Nicenum Can. 19. *Si quis confugerit ad Eccleſiam Catholicam à Paulianiſtis & Cataphrygis, ſtatutum eſt rebaptizari eos debere* &c. Diſtinguit ergo prudenter inter hæreticos, eos ſcil. qui eſſentiale baptiſmi vel ſervant, vel non ſervant. Sic Concilium Laodic. c. 8. idem de *Montaniſtis* & *Sabellianis*. Atque Baſilius epiſt. ad Amphilochium cap. 47. *Encratitas, Pepuzianos, Saccophoros, Apotacticos* adjungit. Confer de conſecr. d. 4. c. non licet. item rebaptizare.

§. 20.) Laudati modò Patres non tam Firmiliani & Cypriani, quàm Stephani opinionem, de receptione quorumvis hæreticorum improbâſſe deprehenduntur. Palinodiam ceciniſſe Firmilianum Pamelius & Baronius ajunt, contradicunt autem alii, quandoquidem Dionyſius apud Euſebium de concordia univerſali Orientalium loquitur, ſecuta ex repudiata Novati hæreſis pravitate. Eſto ſanè ſententiam in melius mutaverit Firmilianus, & reliqui ejus opinionis Epiſcopi circa hanc quæſtionem: certè de contempto Stephano, & adeò acriter objurgato, palinodiam nullam poſſunt proferre, quâ cenſuræ ſe ſubjiciat Firmilianus, & Papam eſſe Univerſalem agnoſcat, quem ut ſibi parem, non ut ſuperiorem, peſſimè acceperat. *De Cypriani recantatione nulla eſt vel levis conjecturas* inquit Rivetus (h) *de Firmiliano ex Epiſtola Dionyſii Alex. id conjiciunt. Verùm, qui inter ſe conciliati ſunt, non continuò dicuntur cum Pontifice & Occidentalibus unanimes facti, & qui Novati hæreſin ejurârunt, non propterea decretum de hæreticis rebaptizandis antiquârunt.* Unde Xiſti ſucceſſoris Stephani tempore hæc controverſia nondum fuit ſopita & ſublata, ac tum Dionyſius in illam inclinavit, & Firmilianus apud Baſilium (i) in eadem ſententia conſenuiſſe & mortuus perhibetur.

vid. ſuprà §. 12.

h) *Crit. S. tr. de auth. Patrum pag. 47.* (i) *Epiſt. ad Amphiloch. & l. de Sp. S. cap. 2.* Φιρμιλιάνω τῶ ἡμετέρω.

Digitized by Google

tur. (k) Exaggerat hoc Baronius (l) quòd Dionyſius interceſſerit apud Stephanum pro Orientalibus (m) At nulla hinc major Romani Epiſcopi prærogativa, ut nec inde, ſi omnes ſententiam ſuam mutâſſent. Interceſſit Dionyſius, vel cohortatus potiùs Stephanum, non ut illis ignoſceret, ſed ut reconciliaret ſemet cum illis, vid. Aug. cont. Creſc. l.3. c.3. & l.1. de Bapt. cont. Donat. c.18. & l.2. c.4. *Fortaſſe etiam factum eſt, ut veritati patefacta ceſſerit, ſed neſcimus,* &c. Et Epiſt. 48. ad Vincentium Donatiſtam: *Correxiſſe illum ſententiam,* ait, *non invenitur, non incongruenter tamen de tali viro exiſtimandum eſt, quòd correxerit, & fortaſſe ſuppreſſum eſt ab eis, qui hoc errore nimium delectati ſunt.* (n) Quid hîc certi & firmi? Imò quid non incerti? In unitate cum Eccleſia Catholica adhuc errori huic obnoxius & perſtitit, & mortuus; unde meritò mirificis præconiis fidelis Epiſcopus & ſanctus martyr adhuc poſt obitum celebratur. An. 258.

§. 21.) Porrò quo cenſu adverſarii Patres habeant, ſuprà §. 10. vidimus, ubi Annaliſta in ſanctiſſimos viros inſurgit. at verò immoderatum Stephanum occaſionem eis præbuiſſe, ac illis planè ſimilia effudiſſe in aperto. Obj. (o) Decretum illud ſuum (Africani) novo edicto condemnârunt, & cum Rom. Eccleſia conſenſerunt. Id verò ex Hier. contra Lucifer, extremo ferè Dialogo afferunt: *Illi,* inquit, *Epiſcopi, qui rebaptizandos hæreticos cum eo* (Cypriano) *ſtatuerant, ad antiquam conſuetudinem revoluti, novum emiſerunt decretum,* &c. Reſp. At nihil de ipſo Cypriano, Firmiliano &c. nec quòd ſubjecerint ſe Romanæ Sedi. (p) Ex eventu igitur totius hujus tragædiæ argumentantur adverſarii & concludunt: Ergo auctoritas Rom. Pontificis in traditionibus fundata. Reſp. Auguſtinus (q) plenarium Concilium definiviſſe, ſcil. ex verbo Dei, dicit: non igitur ad Papam provocat Rom. (r) Non fuit hæc traditio in Verbo Dei non fundata. Nullas quidpe in fide Spiritus S admittit, niſi quæ in Verbo ejus revelato & literis conſignato reliquit. In illo autem nihil de Viſibili Eccleſiæ Capite, nihil de Papa R. Non unius, ſed omnium Epiſcoporum, h. e. fidelium Chriſti Miniſtrorum auctoritas in eodem conſiſtit. Nullam habebat traditionem Stephanus de admittendis quibuſvis promiſcuè hæreticis, iis etiam, qui eſſentiale baptiſmi non acceperant. Nulla eſt traditio, quando Romani Epiſcopi nova decreta, leges & ſtatuta, ex proprio cerebro efficta obtrudunt. Neque conſuetudo mala quicquam præſcribit, quandoquidem Cypriano contra Epiſc. Romanum judice (s) impedire non debet, quò minus prævaleat veritas & vincat. *Conſuetudo* enim *ſine veritate vetuſtas erroris eſt: propter quod relicto errore ſequimur veritatem:* vid. Grat. diſt. 8. conſuet. Et epiſt. ad Cæcil. *Si ſolus Chriſtus audiendus eſt, non debemus attendere, quid alius ante nos faciendum pu-*

bb *taverit;*

k) *Ferb. l. 10. c. 2. §. 6.* (l) *Spond. §. 11.* (m) *Euſ. l. 7. c. 5.* (n) *P. Mol. Novit. l. 1. c. 47. & l. 4. c. 11.* (o) *T. 1. Conc. ed. Ven. p 405. ut & Bar.* (p) *Videſis Blond. de pr. à p. 55.* (q) *De bapt. l. 2. c. 9.* (r) *De Dom. l. 5. c. 12. § 9.* (s) *Epiſt. ad Pomp.*

Digitized by Google

An.259. *taverit; ſed quid, qui ante omnes eſt, Chriſtus prior fecerit. Neque enim hominis conſuetudinem ſequi oportet, ſed Dei veritatem, unde ſine cauſa colunt me* &c. Quæ ſententia emphatica apud Grat. d. 8. c. ſi ſolus. quoque extat. Apertè ergo Cyprianus ad Chriſtum & Verbum ejus provocat.

B. Maximilianus. §. 22.) Circa hæc tempora floruiſſe perhibetur B. *Maximilianus* Laureacenſis Epiſc. martyr factus an. 308. cujus memoria d. 12. oct. celebratur: de quo varia afferunt Brunnerus l. 4. Boicorum: Cuſpinianus, Hundius: confer Urſin. de Eccl. Germ. p. 33. & 36.

JESU CHRISTI *Annus* 259.

VALER. & GALLIENI } *Impp. An. 5.*

§. 1.) Stephani P. an. 3. Coſſ. Valerius Maximus & Acilius Glabrio. Ut nullum principem majore favore orbis accepit quàm Valerianum, ſic nullus eo calamitoſior Imperio Rom. præfuit. Ac initio quidem, ut habet Euſebius, mitis & benevolus fuit erga Chriſtianos, poſtea verò à Mago Ægyptio incitatus ut humanas hoſtias mactaret, crudeliſſimam *perſecutionem* promulgavit, quæ *octava* vulgò dicitur, de qua Hier. Aug. Oroſ. Lipſt. p. 56. Korth 351. alii. In ea, ſicut & in præcedenti, multi tormentorum & mortis metu fidem negârunt. At non diuturnus fuit hic furor. Eum Cyprianus (*a*) totum in malos Chriſtianorum mores, ac potiſſimùm in turpem Eccleſiaſticorum avaritiam refundit: *Deus*, inquit, *probare ſuam familiam voluit: & quia traditam nobis divinitus diſciplinam pax longa corruperat, jacentem fidem & penè dixerim dormientem cenſura cœleſtis erexit.* Et narratis aliquot vitiis communibus ad Eccleſiaſtici ordinis homines accedit & ait: *Epiſcopi plurimi, quos & ornamento oportet eſſe cæteris & exemplo, divina procuratione contempta, procuratores rerum ſecularium fieri, derelicta cathedra, plebe deſerta, per alienas provincias oberrantes, negociationis quæſtuoſæ nundinas aucupari, eſurientibus in Eccleſia fratribus habere argentum largiter, velle fundos inſidioſis fraudibus rapere, uſuris multiplicantibus fœnus augere &c.*

Perſecutio IIX.

§. 2.) Quæ tunc temporis Chriſtiani Templa ſeu loca publica habuerint dijudicatu haud difficile. De hoc Euſ. l. 7. c. 10. Quando Æmilianus præſes Dionyſium Alex. alióſque Chriſtianos, qui ad juſſum Valeriani deficere à fide nolebant, tandem alloquitur: *Video vos & ingratos eſſe, & non ſentire manſuetudinem Auguſtorum. Quapropter in urbe hac non eritis, ſed mittemini*

Templa.

a) *Ser. de Lapſis.*

mini in partes Libyæ ad locum, qui dicitur Cephro, haudquaquam autem licebit & vobis & aliis Synodos colligere, vel ad cœmiteria ingredi. An.259.

Ad pedes Stephani procidiſſe *Olympium* cum uxore, baptiſmi ſacramentum flagitantem Bar ʃ.28. dicit. Sic ad an.260. ʃ.10. idem ad Dionyſii P. pedes alium ſe projeciſſe. At verò varia ſimilia exempla apud Orientales atque alios occurrunt, quæ ex devotione & reverentia profecta; vid. act. 10. 25. Hi tamen actus omnes, oſcula & humiliationes, ex voluntate pia & devotione procedunt oſculantis ſeu honorantis, neque poſſunt, multò minus debent à quoquam homine puro, quamvis ſanctiſſimo & eminentiſſimo peti. *Geniculatio.*

In hac perſecutione *Priſcus* Cæſareæ in palæſtina ſublatus: Euſ. l.7. c.7.

Sempronius al. *Symphorianus*. Bar. ʃ.26. Mart. 26. Julii. Ejus & ſociorum vox obſervatione digna, quâ dixerunt: *Gloria tibi Chriſte, qui nos dignatus es cum Sanctis martyribus congregare* (*b*) ad nullum ergo Divum preces ſuas direxerunt.

b) *Vid. Bar.* § 30.

JESU CHRISTI *Annus* 260. VALERIANI & GALLIENI } *Impp. An.*6.

An.260.

ʃ. 1.) Sixti II. an.1. Coſſ. Valerianus IV. & Gallienus III. *Stephanum* P. ſacrificio peracto ante altare in ſede ſua capite diminutum Baronius ex actis ejus dicit, at non fideliter dicit, quos enim acta paſſionis Stephani P. manuſcripta exhibebant Valerianum III. & Gallienum II. Conſules, eos magno & proprio auſu ad alium annum transfert, quia ſcriptus ille conſulatus rebus geſtis non congruit. (*a*) Ita Stephanum ſedentem ſacrificâſſe alienum ab illis temporibus fuit, imò Miſſæ ſacrificium ne in rerum adhuc natura extiterat. Sedit an. 3. m.3. d.24. juxta Coſt. at Spondano & Pariſ. an.3. m.3. d.22. Starav. in catal. an.3. m.5. Damaſo, Plat. & Starav. an.7. m.5. d.2. Carranzæ an.7. Cœpit ſedere an.255. ex Damaſi ſententia, at Bar. Spond. Star. 257. De tempore obitûs dubitanter Platina: conquiſitus à Gallieno, ut quidam volunt: vel ab his qui ex Deciano edicto Chriſtianos perſequebantur. Sepultus in cœmiterio Caliſti. Nulla adhuc templa vel loca publica Chriſtianos habuiſſe Blondellus (*b*) inde probat, quòd celebravit *Stephanus P. fit martyr.*

a) *Dalle. de Patr. p.27.* (*b*) *De Epiſ. p.259.*

Digitized by Google

An.260. bravit Stephanus Miſſas atque Concilia per cryptas martyrum,&c. ejúſque corpus in tali crypta poſtmodum ſepultum fuit. (c) Presbyteros duabus ordinationibus fecit 6. Diaconos 5. Epiſcopos 3. Miracula, quæ circa Stephani martyrium acciderunt,ut & hiſtoriam de Rufina atque Secundina ſuis auctoribus relinquimus, eóque lubentiùs, quòd nec Damaſus, nec Platina, multò minus graviores ſcriptores quidquam de his referant. Multos gentiles ad Chriſti adduxiſſe fidem haut inviti damus. De eo Martyrol. ad 2. Aug.

Ejus 1. decretalis. §. 2.) Decretales duæ Stepano tribuuntur 1. ad Hilarium Epiſcopum, cujus tamen hiſtoriæ non meminerunt, nec ipſa hæc Epiſtola ſedem ejus aut provinciam ſignificat. Eam vid. T. 1. Conc. ed. Ven. p. 398. & ed. Pariſ. 447. Illam deplumat & eliminat Blondel. in Pſeud. præf. p. 68. & in tr. à p. 329. Agit autem de reverentia præpoſitis exhibenda; de infamibus non recipiendis ad officia Eccleſiaſtica & accuſationem Sacerdotum; de veſtimentis item Eccleſiaſticis. Adeoque nonniſi cauſidicos perſonati hi Epiſcopi egerunt, omiſſis ſinceræ religionis capitibus, ídque hac ratione, ut nonniſi centones conſuant, eadem perpetuò ingeminent, locis Scripturæ malignè abutantur. Hæc ut & ſeq. Epiſtola talia inter cœtera continet, quæ tempori minimè congruunt, utpote cùm infamiâ notantur omnes de bellis fugientes, & quos Eccleſiaſticæ, vel ſeculi leges infames pronunciant,&c. Cùm illi deſcribuntur, qui accuſare Summos Sacerdotes non poſſunt: ubi tamen penes Epiſcopos non ſtabat, ſed penes gentiles judices,&c. Ita non minus inconveniens dum ſtatuit, ut Sacerdotes & Levitæ ſacratis veſtibus in uſu quotidiano non uterentur, ſed tantummodo in Eccleſia: id Damaſo, Baronio (d) Caſalio (e) atque aliis placet. At hoc Sixto 1. tribuitur, nec uſpiam ita obſervatum. ubi tamen non tam Moſaicam ceremoniam, quàm magicam, & in primitiva Eccleſia inauditam ſuperſtitionem notabis (f) vid. d. 23. c. 9. Eccl. Inde Polydorus (g) ab *Hebræis ſumptum, ut veſtes ſacerdotales, cum altarium tegumentis, ac reliquis rebus, ad uſum templi neceſſariis ſacrarentur, & veſtimenta ipſa ſacerdotibus aliiſque initiatis aſſignarentur, etc. Quod Stephanus 1. apud noſtros primò faciendum ſtatuit: nam in exordio ſurgentis religionis ſacerdotes rem divinam facturi, nihil ſuperinduere conſueverunt, cùm potiùs ſeſe intrinſecus animi virtutibus veſtire, ac vitiis corporis exuere ſtuderent, quàm novos ſumere apparatus,*&c. Bene tibi ſit, mi Polydore, ob candorem! Vel potiùs ab Ethnico ritu hæc deſumpta dixeris. Sine veſtibus ſacris cultum peragens ſub maledicto eſt: de conſecr. d. 1. c. 57. nullus. adde In S. Ap. & veſtimenta,&c. Confer Rhabanum Inſtit. Cler. l. 1. à c. 14. Durand. Rat. l. 3. c. 1. à §. 1. Libellum, qui hortulus animæ dicitur. Martinum T. 2. Bonam. Liturg. l. 1. c. 24. §. 1. Arnd. p. 188. Authores hujus inſtituti præter Stephanum,

(c) *Conſule eund. p. ſeq. tota.* (d) §. 6. (e) *C. 35. p. 150. ſeq.* (f) *Cham. T. 2. l. 16. c. 8.* §. 14. (g) *L. 6. c. 12.*

Digitized by Google

phanum, feruntur etiam Clemens, Vigilius, Sylveſter, Zacharias I. Martinus: quibus etiam Anacletum addunt. Adi Collect. Pariſ. T. 1. p 450. Altarium tegumenta Bonif. III. accepta feruntur, Polyd. l. 5. c. 6. alii Felici I. Hoſpin. de Templ. p. 105. Viſe Durand. Rat. l. 6. c. 85. §. 1. An. 260.

§. 3.) Alteram Stephani Decretalem proſcribit eodem jure pſeud. Iſ. præf. ib. & in tr. à p. 333. Ad omnes Epiſcopos data, iterúmque de accuſationibus ſacerdotum, & Epiſcopis rebus ſuis ſpoliatis, aut à ſede pulſis agit, vulgóque in XI. partes diſpeſcitur. In ea Univerſalem ſe vocat Epiſcopum, ſed talem Cyprianus & cœteri eum minimè agnoſcunt, inde fratrem nonniſi & collegam nominant, ideo illi non auſcultant, nec imperioſuis ipſum agere vel dare mandata paſſi ſunt. Quòd in eadem ſtatuit, Epiſcopos ſpoliatos, ante accuſationem reſtituendos eſſe, ridiculum ſe præbet: vid. 3. q. 4. Clericus. In quem canonem Marca ſcripſit, de Clericis ſeculari brachio tradendis. Inter dira hæc tempora Chriſtiani, impoſtoris hujus ſententiâ, indefinenter vexârunt ſuos Epiſcopos. Vel ſanè Stephanus hîc, tanquam Ter. Max. Pontifex & utriusque gladii Dominus, gentilibus perſecutoribus hæc talia præſcripſit. *2. Ejus decretalis.*

Stephano ſubrogatus *Sixtus II.* natione Græcus, Philoſophus Athen. Electus poſt dierum 22. vacationem anno 257. Damaſo, 258. Coſtero. 264. Carranzæ. *Sixtus II. fit P.*

Hoc anno Bar. (*h*) de *Mellone* agit, de quo etiam Uſſerius (*i*) Mello, Mallo, Melanius Britannus, à Stephano P. baptizatus, & Rhotomagum ad prædicandum Evangelium miſſus, adeoque primus Archiepiſcopus Eccleſiam ibi rexit, at in Gallia Chriſt. (*k*) S. *Nicaſius* primus loci Epiſc. dicitur, de quo Martyrol. ad 5. idus oct. de Mellono ſucceſſore ad 11. Kal. Nov. Hunc *Avitianus* excepiſſe fertur, qui anno 314. I. Concilio Arel. interfuit. Ita *Auſonius* primus Engoliſmenſium Apoſtolus & Pontifex prædicatur: de quo eadem Gallia Chriſt. T. 2. p. 574. quem tamen in fine demum IV. ſeculi ſecutus *Dinamius.* III. fuit *Lupicinus*, qui Synodo I. Aurel. an. 511. ſubſignavit. *Mello.*

Edictum promulgatum, quo Chriſtiani prohibentur conventus agere & cœmiteria adire. (*l*) Præter plurimorum autem martyria Alexandriæ *Dionyſius*, & Carthagine *Cyprianus* exulare juſſi: *Nicephorus* verò Antiochenus ſublatus, de quo Martyrol. ad 9. Febr. Haud leviter prætereundum, quod Euſ. l. 7. c. 10. Gr. ια'. ex colloquio fidelium cum Æmiliano præfecto habito refert: inter alia Dionyſium reſpondiſſe: *Illum, qui ſolus Deus eſt, & nullum alium veneror.* item: *Non omnes* (Gentiles) *colunt omnes Deos, ſed ſinguli ſingulos pro arbitratu. Nos unum Deum, omnium rerum fabricatorem & colimus & veneramur. Huic etiam ſine intermiſſione pro Impp. regno, ut ſtabile ſit & firmum maneat, preces adhibemus.*

bb 3 §. 4. In-

h) §. 6. (*i*) *In Antiq. Brit. à p. 145. & p. 181. ad an. 256.* (*k*) *T. 1. p. 558.* (*l*) *Bar.* §. 17.

Digitized by Google

An.260. §. 4.) Interea Dionyſius Alex. Sixti conſilium & ſententiam requirit de eo, qui ab hæreticis ad Eccleſiam reverſus rebaptizari cupiebat: (*m*) Aſt capútne mox erit & Epiſcopus Univerſalis Eccleſiæ Sixtus? quid tritius olim, quàm ut vi communionis literis ad ſeinvicem datis alius ab alio conſilium requireret? Ita Cyprianus frequenter ab aliis conſultus reſponſa dedit, utpote de Baſilide & Martiali, cui tamen honorem ſuprematûs, & meritò, tribuere neutiquam volunt. Quid ergo, quòd pacis ſtudioſus Sixtum conſuluit Dionyſius, an propterea privilegio, arbitrio & poteſtate ſua ceſſit Romano? Imò meliùs de illo, quàm de Stephano ſperavit, eúmque exemplo tam illuſtri in ſuam perducere ſententiam potiùs voluit. quî ergo Baronius (*n*) ex eodem Euſebii loco, alîus Epiſtolæ Dionyſii mentionem facit, quâ Dionyſius cum Sixto & Eccleſia Rom. de baptiſmate multis argumentis & multo ſermone diſputat?

Sixtus P. conſulitur

Sabelliani *Sabellius* propagator Noëti præceptoris ſui, Sixti tempore exortus, unam nonniſi Perſonam in SS. Trinitate ſtatuit, adeoque ſimilis Patripaſſianis, qui Patrem incarnatum & paſſum crediderunt, ſicut & Praxeas putavit, contra quem Tertullianus ſcripſit, contra Sabellium autem Athanaſius ſuum Symbolum compoſuit perinde atque contra Arium. (*o*) Sabellii aſſecla *Hermogenes* fuit. De *Noeto* Epiphanius hær. 57. c. 1. ita inter cœtera: *B. Eccleſiæ Presbyteri cùm eum advocâſſent*, &c. ubi Presbyteri iidem qui Epiſcopi, ejuſdemque poteſtatis. (*p*)

Angelici. Vid. an. 314. §. 49. §. 5.) *Angelici* hæretici, ab Angelorum cultu: Aug. hær. 39. quam ob cauſam hoc ſibi nomen uſurpârint ignorat Epiphanius. Sive enim ex eo, inquit, quòd aliqui mundum ab Angelis factum dicunt, ſive quòd ſeipſos in Angelorum ordine eſſe jactant, & vitam eminentiſſimam inſtar Angelorum degunt, ſive à loco quodam. Bonóſne Angelos, an malos, num utroſque coluerint, non exprimitur. Si bonos, refutantur S. Scripturæ locis: Col. 2. 18. Apoc. 19. 20. & 22. 8. Deut. 17. 3. Patrum etiam Orthodoxorum authoritate, utpote Theodoreti in epit. Decretorum divinorum cap. de Angelis, & Auguſtini infinitis pene locis. utut verò aliqui Patres ex Pythagoræ & Platonis Philoſophia multa nimis curioſè de Angelis Philoſophati, unde Clemens (*q*) dicit, Septem fuiſſe primogenitos, quorum maxima ſit potentia: colendos tamen venerandóſve non cenſebant. Meminit Chryſoſt. (*r*) quorundam hæreticorum, qui nos Deo, non per Chriſtum, ſed per Angelos reconciliatos dicerent. Tu ſolas Latinorum Litanias evolve, & númne hujus hæreſeos maculâ conſtricti teneantur deprehendes. Angelicis, quales Epiphanius deſcribit, Capuccini hodierni ſimiles, dum vitam Angelicam ſe vivere profitentur, unde ſe Patres Angelicos, Cherubicos & Seraphicos etiam nuncu-

m) *Bar. à §. 9. Spond. §. 4. ex Euſ. l. 7. c. 8.* (*n*) §. 13. (*o*) *Bar. §. 61 Spond. §. 5. 6. Aug. de hær. c. 36.* (*p*) *Blond. de Epiſ. p 200. & 289.* (*q. L. 6. Strom.* (*r*) *In Col. 2. hom. 7.*

nuncupant. Angelorum θρησκείαν damnat Paulus apertè ad Col.2. & Theodoretus ad illum Pauli locum etiam monet, eos, qui Legem defendebant, Angelos colendos induxiſſe, dicentes, Legem per eos datam, & perdurâſſe tales diu in Phrygia & Piſidia: quocirca in Synodo Laodic. anno 314. ſtatutum, ne precentur Angelos. Et in hodiernum uſque diem apud eos videre eſt, & eorum finitimos S. Michaëlis cultum. Illi autem ita docentes humilitate utebantur, dicendo, Univerſorum Deum nec cerni, nec deprehendi poſſe, & oportere ſibi per Angelos divinam benevolentiam conciliare. Unde patet, quanta corruptio irrepſerit in editionem Latinam Conciliorum, ubi pro Angelis poſuerunt Angulos can. Laod. 35. & ubi prohibebat Synodus *ἀγγέλους ὀνομάζειν καὶ συνάξεις ποιεῖν*, ſtultè reddiderunt, *Ad angulos abominandæ idololatriæ congregationem facere*; & lemma canonis, etiam in Summa Conciliorum apud Carranzam eſt, *de his, qui Angulos colunt*. Nempe cùm ſcirent Monachi translatum eſſe in communionem Pontificiam Angelorum cultum religioſum, maluerunt corrumpere verba Concilii antiquiſſimi, & ſenſum illius perſpicuum evertere, quàm ex illis idololatriam abominandam è ſuo cultu rejicere & reſecare. An.260.

§. 6.) *Apoſtolici* ſimiles Encratitis: Epiph. hær. 61. Aug. c. 40. Apoſtolis ſe comparantes conjugia & res proprias abominantur. Nullum admittebant juramentum, pecunias non habuerunt, neque receperunt, nihil in craſtinum ſervârunt. (s) Hæc profectò doctrina fundamentum eſt Monachorum inpr. Mendicantium, qui ex libertate abſolutam neceſſitatem poſt votum illicitum faciunt. Ex arrogantia autem ſic ſe vocârunt, docente Auguſtino; ita & hodierni Monachi genus vitæ ſuæ ſummopere commendant tanquam Apoſtolicum, imò & Angelicum, unde etiam magno cum livore ordines varii inter ſe certant. Omnium faſtum illi ſuperant, qui Apoſtolos & Jeſuitas ſe nominant. Nullum conjugatum in conſortio ſuo ferunt Monachi, unde Franciſcus Aſſiſias noluit dici Sanctus, quia, dicebat, uxorem & filios habere poſſem. Bruno inſtituti Carthuſiani primus inventor, ideo animum applicuit ad iſtud Monachiſmi genus, quia exiſtimavit, nullam eſſe ſpem ſalutis iis, qui urbes incolerent in populi frequentia. Sic Monachi cœteros Seculares & mundanos appellant, ſe verò converſos. Cœterò Apoſtolici *Apotactici* etiam vocati, quòd renunciando opibus & uxoribus ſuis, viderentur caſtitatem & paupertatem elegiſſe, ac in eo perfectionis Apoſtolicæ apicem conſtituere: adeoque parentes Monachorum habentur. Hi præterea, ſicut Cathari & Montaniſtæ, lapſos non recipiebant. utebantur etiam actis Apocryphis Thomæ & Andrææ, in quibus magnum ponebant cauſæ ſuæ præſidium. Superſunt illi actus in hunc uſque diem, ex quibus Monachi & Pontificii colligere volunt ſacrificium Miſſæ: ſcil. quia nuſpiam in Literis Sacris ſtabilitur. *Apoſtolici*

§. 7.) Memo-

s) *Vid. Lutzenburg in Guillermus, inpr. in ipſa voce: Reſſ. 272.*

Digitized by Google

An.260.

Sacramentum domum portatum.

Vid. an. 167. §.8.

§. 7.) Memorandum quod Bar. (*t*) de *Tarſicio* Acolutho refert, eum Chriſti corporis Sacramenta portantem, à militibus offenſum & mactatum fuiſſe. Et ibidem in margine agnoſcit, urgente neceſſitate S. Euchariſtiam non tantùm Clericis, ſed & Laicis domum ferre conceſſum fuiſſe. At extra neceſſitatis caſum ſive extra perſecutionem Euchariſtiam ad abſentes, etiam per Laicos quoque miſſam, uti & Eulogia ad longè abinvicem diſtantes communionis gratiâ, exempla docent: vid. Larroq. de Euch part. 1. c. 15. p. 299. ſeq. Dallæ. de cultu Lat. l. 7. c. 27. p. 942. & l. 5. c. 1. p. 566. & de ador. l. 2. c. 9. p. 243. Vide Martyrol. Adonis, Bedæ, Romanum ad 15. Aug. Olim itaque ad abſentes absque ulla pompa, ulliſve cultûs inſignibus, etiam per laicos mittebant ac deferebant. Quod Baronius ad Martyrol. ita excuſat, ut dicat, olim ingruentibus perſecutionibus, ubi Chriſtiani convenire non poterant, laicis etiam domum ferre Euchariſtiam, certis diebus ſumendam, permiſſum fuiſſe. at extra perſecutiones non idem factitatum fuiſſe probandum erat. Baronio accinit Caſalius c. 81. p. 232.

Zeno Veron.

Zeno Veronenſis Epiſcopus, pietate & doctrina celebris, martyr hoc anno recenſetur: vid. Martyrol. ad 12. apr. Octavus dicitur urbis Epiſcopus Ughello in Italiæ S. T. 5. p. 553. De eo Panvinus l. 4. Ant. Veron. c. 6. Aloiſius Lipmannus Veron. Epiſcopus, electus anno 1546. demum ſolennem ejus memoriam inſtituit, ceu patroni tutelaris. Sub Zenonis nomine ſermones de plurimis Scripturæ locis, & rerum divinarum argumentis ed ti ab Eccleſia Veronenſe, habentur Biblioth. Patr. edit. Pariſ. T. 2. p. 359. ubi vita ejuſdem præmittitur. De eodem Cardinalis Auguſtinus Valerius Veronenſis in Epiſtola dedicatoria Sermonum Zenonis ad Sixtum V. Pſeudepigrapha eſſe vid. Rivet. Crit. S. l. 2. c. 19. Cocum p. 154.-157. His adde Bellar. Gerhard. Mejerum l. 1. c. 3. §. 5. Friſ. Biblioth. Baronius in Martyrol. agnoſcit multa Zenonis ſermonibus ineſſe, quæ non conveniant temporibus Gallieni, ſub quibus vixiſſe dicitur. Unde haud invitus duos Zenones Veronenſes fingeret, prout ſæpe ſolet in ſimilibus caſibus, ſi modò id Veronenſes ferrent. Quosdam illius ſermones vindicat Baſilio: ſermones in Pſalmos Hilario. De cœteris nihil habet quod ſtatuat, cùm nec Hieronymus in Catalogo, nec quiſquam veterum meminerit.

In Pſal. 94. tria ſacrificiorum genera conſtituuntur. 1. Gentilium. 2. Judæorum. 3. Chriſtianorum, & hoc ultimum ſacrificium laudis facit ex Malachia. Idem apud Rather. T. 2. Spicil. Dacherii p. 181. teſtatur, malos carnem Chriſti non edere, nec ſanguinem ejus bibere, &c. (*u*)

Idem invit. 2. ad fontem, exutos & nudos demerſos fuiſſe baptizandos docet.

t) §. 6. (*u*) *Larroq. de Euch. part. 1. c. 8. p. 157. & part. 2. c. 4. p. 393.*

JESU

JESU CHRISTI *Annus* 261.

VALER. & GALLIENI } *Impp. An.* 7.

§.1.) Dionyſii P. an.1.Coſſ. Aurelius Memmius Fuſcus & Pompo nius Baſſus. *Sixtus II.* capite feritur: unus autem Prudentius cruci affixum tradit. Sedit apud Bar. an.1. minus dies 18. Damaſo & Starav. an.1.m.10. d.24. in tabula an.1.m.11. Coſter. an.1.m.11.d.13. annos 2. Carranzæ. annos 2.m.10.d.23. Platinæ. Euſebio verò in Chron. an.8. & in hiſt. l.7. cap.22.an.11. Sepultus in cœmiterio Calixti. Duabus ordinationibus conſtituit presb. 4. Diaconos 7. Epiſcopos 2. At nonniſi unam ordinationem feciſſe Collector Concil. ed. Par. T.1.p.528. dicit. Duas Decretales ſcripſiſſe fingitur, quarum I. ad Gratum quendam Epiſcopum (utopicum ſanè) cujus argumentum T.1. Conc. ed. Ven. p.413. & ed. Par. p.528. Licere accuſatis vel damnatis Epiſcopis adpellare, ſive adire Sedem Apoſt. ſine cujus authoritate cauſæ eorum terminari non debent; longè aliter profectò quàm primitivæ Eccleſiæ praxis doceat. Apud Starav. Carranzam & alios agit hæc epiſtola de proceſſu perſonarum divinarum, quia ejus temporibus Sabellius omnem perſonarum diſtinctionem ſuſtulit: reliqui verò Chriſtum ante incarnationem nihil fuiſſe docebant. Quare autem ſolum Gratum de hoc inſtituit? Nec barbarus ſtylus, nec temporum acerbitas appellandi ad Sedem Rom. hujus fuiſſe permittunt. Ideo contra hanc jure inſurgit Blondel. in Pſeudiſ. præf. p.68. in tr. à 342. Hujus impoſtoris teſtimonio utitur Concil. Ven. Collector pro primatu defendendo T.1. pag.9. & pro more Grat.2.q.6.c. omnes Epiſcopi. & 3.q.6.c. accuſatus & 2.q.6.c. ſi quis putav.

Sixtus II. tollitur.

Ejus Decretales 2.

§.2.) Altera [illegible] data ad Epiſcopos Hiſpaniæ: agit de accuſationibus & perſecutionibus Ep[illegible]um. Illius fraudes detegit Blond. l. all. Inde quoque manifeſta ejus impoſtura quòd ait: *Fratres, quos timore terreno injuſtè damnâſtis, ſcitote à nobis juſtè eſſe reſtitutos. Quibus ex S. Petri & Apoſtolica authoritate omnia, quæ eis ablata ſunt, integerrimè reddi præcipimus, ſi non vultis vos & principes veſtri à collegio noſtro, & membris Eccleſiæ ſeparari.* Extat 9.q.3. Fratres quos. Sed quis non agnoſcat hæc ab hujus ſeculi hiſtoria aliena eſſe? ubi enim principes iſtos judices reperias? Nec exprimit rhapſodus, quos, quam ob cauſam, injuſtè damnatos reſtituat. Inepta etiam ratio, quod non prius reſcripſiſſent Romani & præſtolati eſſent Pontificis cenſuram: item, *quia major non poſſit à minori judicari, nec colligari, & quia ratum eſſe debeat omne quod magnum eſt.* Nimirum eximit Clericos, cumpri-

2. Epiſt.

Digitized by Google

An. 261. mis verò Papam R. Eodem jure hodie Lugdunenſis, vel alius Epiſcopus excommunicabit Baſſam Natoliæ, aut Algeriæ Regem, mandabítque ſub excommunicationis pœna ablata reſtitui. Hinc tamen adverſatos fuiſſe Hiſpanos Romano primatui & illius ſummæ poteſtati.

Ut Romani Epiſcopi leges ſe in Clericorum cauſis ferre poſſe pro lubitu & commodo ſibi fingunt, ita hoc quoque loco ſtrenuè ſubornatus hic Sixtus facit, inter alia: *Si quis contra Epiſcopum, vel actores Eccleſiæ, ſe proprium crediderit habere negocium, non prius adeat judices* &c. refertur c. 2. q. 7. c. ſi quis contra. ídque Alexandro tribuitur. Ita Sixto inſcribitur decretum: *Si quis putaverit, ſe à proprio metropolitano gravari* &c. at c. 2. q. 6. c. ſi quis put. Victori attribuitur.

Inepta planè argumentatio hujus Sixti, cùm ait: *Accuſatio Epiſcoporum non eſt facilè recipienda, dicente Domino, Non accipias vocem mendacii* &c.

Sixtus quid de altaribus. §. 3.) De Sixto hoc referunt nonnulli, quòd altaria menſarum loco erigenda eſſe decreverit. Idem tamen Vigilio, Gregorio VII. Felici I. & Hormiſdæ inſcribitur. Sine dubio, quia varia ad altare requiruntur, ſeu illi ſuperaddita fuerunt. Hujus Sixti juſſu verſus Orientem verti debere altare contendunt, quòd Chriſtus ſit Sol juſtitiæ. Lege d. 11. c. Eccleſiaſticarum. & de conſecr. d. 1. nullus Presbyter. item altaria. & eſt mutuatum ab Ethnicis, vid. Apulej. in 2. Inde mos eſt Pontiff. ut in orando ac ſalutando Deo quis in Orientem ſolem convertatur: contra Dei præceptum, qui prohibuit in V. Fœdere more aliarum gentium contra Orientem orare, ſed quoquo verſum intuentes contra Templum. (a) Ita ſimili argumento ſuper altari lapideo Miſſam celebrandam ajunt, quia Chriſtus dicitur Petra. In quolibet altari requiri Agnum Dei; corpus ſeu reliquias Martyrum d. 1. de conſ. c. placuit, ut alt. &c. Bonifacius III. auctor fuit, ut altaria candidis operirentur ac linteis pannis (b) alii Clementi id aſſignant: de conſecr. d. 1. c. altaris palla. Omnia iſthæc eò tendunt, ut altaris, & ornamentorum illius uſum nec à Chriſto inſtitutum, nec ab Apoſtolis uſurpatum videas; Menſam quippe Chriſtus primitus adhibuit, unde ipſa Cœna S. Menſa Domini vocata. Certè ex Moſe deſumpti hi ritus, vel potiùs ex Ethnicis, nam teſte Herodoto & Strabone (c) primi omnium Ægyptii Diis & aras, & ſimulachra, & delubra ſtatuerunt, ſacrificiáque curârunt. Conſtat ex Orig. (d) quòd fideles ſoliti ſint Chriſtianis exprobrare defectum altarium. Ac licet interdum apud Arnobium, præſertim ejus 2. lib. adv. Gentes & alibi mentio fiat altarium, nihil tamen aliud denotatur, quam erecta menſa Dominica, in qua collecta Eccleſiæ ponebatur, & Cœna Domini fiebat, ſicut explicat B. Auguſtinus in Joh. tr. 26. & Orig. l. 8. cont. Celſum ait: Noſtra altaria ſunt fidelium corda. Viſe omnino Dallæ. de cultu Lat. l. 8. c. 15. & 25. inpr.

vid. an. 102. §. 41. & 109. §. 16. & 121. § 3. & 158. §. 4.

a) Polyd. l. 3. c. 9. inv. (b) idem Polyd. l. 5. c. 6 (c) l. 17. (d) l. 4. 7. & 8. cont. Celſum.

25. inpr. 26. Neque ipſe Bona in Lit. l. 1. c. 20. §. 1. inficiari poteſt altaria lignea diu in uſu fuiſſe, ita in Africa tempore Optati. Altaria autem dicta ex uſu loquendi tum Ethnicis, tum Judæis uſitato. Romanenſes ſanè non Moſen tantùm, ſed ipſos Gentiles hac in parte longè ſuperant, dum præter recenſita, non tantùm altaria ſacerdotali benedictione ſacrant, ſed etiam Chriſmatis unctione conſecrant: de conſecr. d. 1. cc. altaria. quod Hormiſdæ adſcribitur: ib. c. nullus. An. 261.

Liber ſententiarum. §. 4.) Eidem Sixto librum ſententiarum ſeu proverbiorum nonnulli inſcribunt: citatur à S. Aug. lib. de Nat. & gratia cap. 64. Extat in Biblioth. Patrum ed. Par. T. 5. pag. 563. Sunt autem ſententiæ piæ & Chriſtianæ numero 430. teſte Friſio: alii librum plenum erroribus vocant, quem Rufinus Presbyter Aquileg. è Græco in Latinum convertit, ementito Sixti nomine, cùm Sixti ſint Philoſophi Ethnici, ut S. Hier. demonſtrat Epiſt. ad Creſiph. Origeniſmum hunc authorem reddere, & ſemiarianum quoddam Pelagianiſmi eſſe Pariſienſes dicunt. Baſileæ dudum impreſſus, & à B. Rhenano recognitus. Adi Crit. Riveti l. 2. cap. 19. i. Bellar. pag. 60. Gerh. 161.

Acrior perſecutio. Ob Valeriani abſentis ad Senatum reſcriptum, perſequutionem acriorem ſæviorémque decretam Bar. ex Cypr. Ep. 82. ad Succeſſum narrat, nim. præcepiſſe Imperatorem, ut Epiſcopi, Presbyteri & Diacones animadverterentur, Senatores & viri egregii, atque Equites Romani dignitate amiſſa, etiam bonis ſpoliarentur, & ſi, ademptis facultatibus, Chriſtiani eſſe perſeverarent, capite mulctarentur; matronæ ademptis bonis in exilium relegarentur &c. Hinc cum eodem Sixto ſex quoque Diacones occiſos Feliciſſimum, Agapetum, Januarium, Magnum, Vincentium & Stephanum, Damaſus narrat; quorum memoria d. 6. Aug. celebratur.

Laurentii paſſio. §. 5.) Triduo pòſt *Laurentius*, natione Hiſpanus, aliis unus ex VII. Diaconis Romanis, aliis Archidiaconus dictus, item Subdiaconus *Claudius*, *Severus* Presbyter, *Romanus* Oſtiarius, & *Creſcentius* Lector apud Damaſum deleti feruntur: vid. Martyrol. ad 10. Aug. de Laurentii Vigilia ib. d. 9. Aug. ubi Romanus miles mox poſt converſionem decollatus perhibetur. Octava B. Laurentii ad 17. Aug. Igne autem in craticula aſſatus Laurentius poſt diverſa tormenta. (e) De hoc Friſing. (f) *hujus* (Dionyſii Alex.) *diebus, vel prioris Decii tempore, B. Laurentius, juxta quoſdam, Romæ in craticula martyriô coronatur.* Unde fit, ut ejus paſſio diverſos annos habeat aſſignatos: alii ad an. 253. (g) alii ad 374. (h) alii aliter ponunt. vid. Hoſp. ad 10. Aug. & ſi Legendas velis vid. Lombard. hiſt. c. 12. Euſebius de perſecutione Deciana refert l. 6. ſed de Laurentio nihil meminit, ubi tamen longè leviora haud intacta reliquit. Illius tempore habuit Eccleſia R. pecunias, ſed quæ à Laurentio Diacono fideliter diſtribuebantur, inpr. etiam in egenos

cc 2 ſeu

(e) *vid. Korth. à p. 380.* (f) *l. 3. c. 37.* (g) *Bull.* (h) *Calviſ.*

Digitized by Google

An.261. ſeu alumnos Eccleſiæ, ſicut & in aliis factum Eccleſiis (i) unde hic præfectum urbis, opibus inhiantem ita alloquitur, ut quidem Prudentius hymno 2. de coronis refert:

> Eſt dives, inquit, non nego,
> Habétque noſtra Eccleſia,
> Opes & auri plurimum:
> Nec quisquam eſt in orbe ditior.

De hoc Ambr. l. 2. offic. c.28. Cùm quærerentur ab eo theſauri Eccleſiæ, promiſit ſe demonſtraturum. Sequenti die pauperes duxit. Interrogatus ubi eſſent theſauri, quos promiſerat, oſtendit pauperes dicens: Hi ſunt theſauri Eccleſiæ. Pios ergo pauperes veras Eccleſiæ divitias eſſe oſtendit. Unde liquet, quis olim bonorum Eccl. legitimus fuerit uſus, & quale Diaconorum officium, nempe curare Eccleſiæ βιωτικὰ atque pauperes. Quæ verò poſtmodum in Papatu R. bonorum ſacrorum diſtributio, quis inde etiam faſtus, luxus & crudelitas Pontificum R. orta ſit, nemo eſt, quem fugiat. Alii hunc in modum hiſtoriam referunt: Laurentius à Sixto ad ſupplicium ducto, juſſus diligenter theſauros Eccleſiæ adſervare, ſtatim comprehenſus ut theſauros Imperatori traderet, petiit ſpatium tridui ad id ſibi concedi. Interea convocavit omnes mendicos, pauperes, ægros. Hos conſtitutâ horâ poſt triduum oſtendit ſatellitibus, addens, hos Eccleſiæ theſauros eſſe, quibus ſiquid detur, hoc non perire, ſed cum ampliſſimo fœnore in cœlo reddi. Unde craticulæ ferreæ impoſitus cum alacritate animi gloriatur, ſe non torreri, ſed graviter refrigerari carbonibus. Decio dicit, *unum latus jam ſatis aſſatum, appone igitur & comede, & aſſaturam verte* &c. Tandem commendans animam ſuam Filio Dei ex hac vita deceſſit. At non ſub Decio, ſed Valeriano id accediſſe volunt. De hoc iterum Ambr. l. laudato l. 1. c. 41. Aug. tr. 27. in Joh. & ſer. 3. de Sanctis: item ſer. 37. 38. 111. 123. de diverſ. Maximus Taurin. ſer. 1. 2 3. &c. Fidem autem Metaphraſtæ hoc loco nota, quàm ſubleſtam agnoſcat Bar. unde malè eandem obtrudere nobis conatur. Contra Miſſam ſolitariam Bona l. 1. c. 13. §. 6 ex ejus actis, ubi ita Sixtum alloquitur Laurentius: *Tu nunquam ſine miniſtro ſacrificium offerre conſueveras.* Ita de calice populo etiam exhibito Caſalius c. 11. p. 66. *Mihi commiſiſti Dominici ſanguinis diſpenſationem.* (k)

Dionyſius fit P. §. 6.) Sixto II. ſucceſſit *Dionyſius*, poſt 35. dierum vacationem: ejus originem ſeu genus inveniri potuiſſe Damaſus negat, aliàs Græcum natione vocant. Ex Monacho electum iſdem Pſeudo-Damaſus, & exinde Platina atque Baronius falsò ajunt, quia necdum Monaſtica vita cœperat inter Chriſtianos, ſed paulò pòſt demum ſub perſecutione Diocletiana. (l) De hoc Blondel.

i) Zepper. pol. Eccl. l. 1. c. 23. (k) vid. Dalla. de cultu Lat. l. 5. c. 1. p. 565. (l) vid. Hoſpin. de Mon. p. 26. a.

Blondel. (*m*) ex actis Laurentii: *Poſt conſummatum martyrio Sixtum II. B. Juſtinus Presbyter collecto omni Clero, perquiſiverat quis in locum B. Sixti ſubſtituendus & ordinandus eſſet; & ordinaverant venerabilem virum Dionyſium, cúmque Julii 22. feria 6. conſecraverat Maximus Oſtienſis. Unde manifeſtum fit,* ſubjicit Blondellus, *Maximum poteſtate ab ordinante Clero delegata, non privato jure uſum Dionyſium conſecrâſſe.* Atqui canones Apoſtolorum tres Epiſcopos requirunt ad conſecrationem. Viderint ipſi Latini, num ea ratione Epiſcopo R. ſuperior conſtituatur Oſtienſis: ſaltem quia mos obtinet in papatu, ut quilibet Epiſcopus à ſuo demum ſuperiore metropolitano, vel archiepiſcopo ordinetur & conſecretur. Imò hoc ipſo fundamento ſuperiorem Papam Imperatore eſſe volunt, quòd ille huic coronam imponat, ubi tamen neutrum optimo jure noſtri largiri volunt. An.261.

§. 7.) *Cyprianus* Carthag. Epiſc. ob conſtantiam in fide, in exilium ad urbem Curubitanam proficiſci juſſus, poſt anni ſpatium capite truncatur. (*n*) De hoc Eutychius (*o*) anno VII. Gallieni Cæſaris interfectus eſt Cyprianus martyr in op. Arſagena. Ejus memoria d. 14. ſept. celebris. Vide Hoſp. ad 26. ſept. Hujus vitam Pontius ejus Diaconus deſcripſit, in qua refert, eum ſolido anno de martyrio, antequam id expleret, divinitus admonitum, totum illud tempus inſumpſiſſe partim rebus Eccleſiæ ordinandis, partim Servis Dei inſtruendis, & ad calcandas paſſiones hujus temporis contemplatione ſuperventuræ charitatis animandis; optantem ſic ſibi paſſionis vota contingere, ut dum de Deo loquitur, in ipſo ſermonis opere necaretur. Ita primùm atque mortis audivit ſententiam dixit: *Gratias ago Deo omnipotenti, qui me à vinculis hujus corporis dignatur abſolvere.* item: *Digneris me liberare ab igne & pœna perenni, & ab omni tormento, quod parâſti iniquis, per bonum & benedictum Jeſum Salvatorem noſtrum, per quem tibi laus, honor, virtus, gloria in ſecula ſeculorum, Amen.* Ultimam Epiſtolam ad Eccleſiam ſuam ſcripſit, quæ N.83. de inſtante morte. Quod verò ex Pontii relatione (*p*) Chriſtiani linteamina & oraria ante eum poſuiſſe dicuntur, ne ſanctus cruor defluens abſorberetur à terra, ac demum cum cereis & ſcholaribus deductus & ſepultus, in tam gravi perſecutione id tutò fieri licuiſſe haud vero ſimile; uti nec baſilicas duas in honorem ejus extructas. Verùm de primo audiamus Pontium: *Fratres flentes linteamina & oraria ante eum ponebant, ne ſanctus cruor defluens abſorberetur à terra.* Quid hîc idololatriæ? quid niſi tenerrimi amoris gregis erga fidum paſtorem indicium? Et liberi parentum, & hi illorum reliquias abſque ſuperſtitione ſervare poſſunt. Nihil de hoc Lombardica hiſtoria, ſed quòd ſpiculator linteamine oculos ejus texerit. De ſepultura & deductione rectè monet Dallæus. (*q*) *Ejus corpus, cùm primò propter Gentilium curioſitatem in proximo collocatum eſſet, nocte adveniente, ne à Gentilibus tolleretur,*

Cypriani paſſio.

m) De Epiſc. p. 366. & 379. (*n*) *Korth. à p. 374. Dalla. de ador. l. 1. c. 25.* (*o*) *395.* (*p*) *Bar. §. 34.* (*q*) *De ador. l. 4. c. 13.*

An.261. *tolleretur, ex eodem loco, ubi poſitum erat, ſublatum fuiſſe, tradunt acta, & inde cum cereis & ſcolacibus in area cujuſdem Candidi procuratoris cum magno triumpho ſepultum eſſe. ubi pro ſcholaribus cum Rigaltio ex M. S. exemplaribus ſcolacibus legendum docet; ſcolaces autem ſirpos, aut funes intortos ſignificare, ex quibus ceratis funalia in uſum nocturni luminis fiebant.* Igitur non ſcholæ aderant ſeu claſſes faces geſtantium, neque Cerei illi ſcolacéſque in funeribus ſolennes fuerant, ſed ex neceſſitate, pro nocturno lumine. Ita quando Aug. ſer. 113. de diverſ. teſtatur, locum illum, ubi ſanguinem fudit Cyprianus, dici poſtea cœpiſſe *Menſam Cypriani*, non propter altare, ut fingit Bar. (r) in ejus honorem erectum, ſed propter veram menſam, qua tum adhuc fideles in Synaxi uſi.

Ejus ſcripta. §. 8.) De opuſculis Cypriani genuinis River. Crit. S. l. 2. à c. 14. Cocus p. 139--152. Hier. Bellar. Gerhard. Tirin. Mejer. in Biblioth. l. 1. c. 3. Arnd. ant. p. 907.-912. Annaliſta noſter ad an. 34. §. 55. tractatum de operibus Chriſti cardinalibus vel Cypriani eſſe fœtum ſentit, vel ejuſdem ferme ætatis & probatæ fidei auctoris, ut inde ſacrificium Miſſæ probet, affirmare non veretur. Hunc ſequitur Vicecomes ut exorciſmum in baptiſmate in uſu fuiſſe non modò Cypriani, ſed ipſorum Apoſtolorum ævo obtineat. Ad quod Dallæ. (s) Bellarminus, Bar. Poſſev. Rigaltius & alii agnoſcunt non eſſe Cypriani, imò ipſe Vicecomes l. 4. c. 9. & l. 5. c. 3. auctorem autem eſſe hominem novem ferè poſt Cyprianum ſeculis natum, nim. Arnoldum Carnotenſem Bonævallenſem abbatem, laudatus Dallæus probatum. Varia Cypriani loca quomodo Latini malè corruperint & depravârint vid. eund. Dallæum de Patrib. p. 83. Sic Arnd. ant. p. 734. Cypriani tractatus de unitate Eccleſiæ corruptus paſſim legitur. Et Manutius in edit. Cypr. integram Epiſtolam Firmiliani Cappadocis omiſit, quoniam nimia, ut ipſi certè viſum fuit, libertate Papam tractavit. Buſæus in Epiſt. Hincmar. p. 191. Liber de XII. abuſionibus; neque Cypriani, neque Auguſtini eſt, tum quia ſtylus ab utroque alienus, tum quia ſequitur verſionem Hieronymi. Liber de aleatoribus citatur à Durante l. 2. de ritibus Eccl. c. 45. n. 2. ut probet Crucis ſignum infractum eſſe, & contra ſpiritualium hoſtium potentiam munitiſſimum. At in principio libri ſignificat author, ſe univerſali Eccleſiæ præſidere, & Apoſtolatum gerere, ſuper quem Chriſtus fundavit Eccleſiam, & Chriſti vicariam ſedem obtinere & ſibi traditas eſſe claves ligandi & ſolvendi. Unde ipſe Bellarminus hunc librum non Cypriano, ſed alicui Pontifici, eodem ſane errore, adſcribit: vide Cocum præf. col. 22. & in tr. p. 147. Eidem Cypriano tribuitur plenior epitome religionis ſingulorum capitum, quæ tamen Rufino Aquilejenſi rectius adſcribitur. Variæ ſunt Cypriani editiones, Eraſmi, Manutii, Morelli, Pamelii cum notis, Rigaltii, ultima Prioris, cui addita Octavius Minucius

r) §. 45. Spond. §. 5. (s) De cultu Lat. l. 1. c. 12. p. 66. & c. 14. p. 73. inpr. tr. de Patr. p. 15. m.

Digitized by Google

Minucius Felix, VII. libri Arnobii contra Gentes, liber Firmici Matern. An.261. ni de errore Religionum profanarum, & Commod. contra Deos Gentilium.

Varii errores Cypriano vulgò adſcribuntur, inter quos fuit Rebaptizatio hæreticorum, prout in præcedd. jam prolixè intelleximus: quod à præceſſore ſuo Agrippino hauſit, quem etiam alii plurimi inſequuti: vide maximè Dallæum de Patr. à p. 262. A Montanis autem habet, quando docet, abſolutionem non valere, niſi perſolutis ſatisfactionibus canonicis, ut in ſermone de eleemoſyna diſputat, peccata, quæ ante baptiſmum committuntur, Chriſti ſanguine & ſatisfactione dimitti, quæ verò poſtea committuntur, noſtrorum operum ſacrificiis purganda eſſe, unde dilatio baptiſmi. (u) Hinc etiam factum, ut Euchariſtiam quoque infantibus adminiſtrandam duxerit. *Errores ejus.*

§. 9.) Ex lib. Cypr. de hæret. bapt. & Epiſt. ad Quintin, apparet, Carthaginenſem Epiſcopum aliarum etiam Eccleſiarum curam geſſiſſe, idémque ex Cypriani hiſtoria, & ab eo celebratis Conciliis evincitur. Inde Marca (x) *Poſt Apoſtolorum tempora innovatio quædam circa provincias evenit: quæ tamen veterem illam metropoleon inſtitutionem* (Monarchicus loquitur,) *non abolevit, ſed auxit, eámque illuſtriorem fecit.* Et pro exemplo ponit Africam, quæ ab uno tantùm Metropolitano regebatur id eſt, Epiſcopo Carthaginis, licet diviſa fuerit in VI. provincias Eccleſiaſticas. Ita Cypr. (y) *Latiùs fuſa eſt noſtra provincia, habet enim Numidiam & Mauritaniam ſibi cohærentes.* Verùm ſolicitudinem olim non tam poteſtatis, quàm charitatis & communionis geſſiſſe excellentes & inſigniores Doctores communem, inpr. etiam Cyprianum, probè obſervandum. Haut enim tam ambitioſi fuerant, ut moneri ſe & emendari ab aliis paſſi non ſint. Inde Nazianz. orat. de Cypriano narrat, eum in Africa & Hiſpania, totóque oriente claruiſſe, ac illis præfuiſſe Eccleſiis. Sic Cypr. l. 4. ep. 4. ſcribit paſſim ad Presbyteros & Diaconos, eorum peccata arguens, &c. Ib. Ep. 6. Thibaritanos hortatur ad confeſſionem: Et l. 1. ep. 7. Suadet Epicteto & plebi Aſſaritanæ, ne ſinant Fortunatianum Epiſcopum ſuum, qui ſacrificaverat idolis, redire ad Epiſcopatum: & ſi qui nolint obtemperare, ſeſe ab illis ſeparare jubet. Ib. Ep. 10. Encratio de hiſtrione conſulenti reſpondet, quòd non debeat ei permitti, ut amplius eam artem exerceat. ib. ep. 9. Presbyteris, Diaconis & plebi Funis conſiſtenti indicat, Geminium Fauſtinum Presbyterum non debere tutorem agere, &c. ib. Ep. 11. Conſultus à Pomponio de Virginibus, ſuum & collegarum conſilium impertit. ib. ep. 3 Cùm Jovinus, Maximus & alii lapſos, ſine publica pœnitentia recipiendos docerent, per literas eos dehortatur. Numne ergo primatum ſtatim probabit, ſi ſimile Romæ acciderit? *Quantus Carthag. Epiſcopus.*

§. 10. Ad

(u) *Sueur ad an. 266. p. 192. ſeq.* (x) *L. 6. c. 6. § 11.* (y) *L. 4. ep. 8.*

An. 261. §. 10.) Ad Cyprianum, tanquam ad Univerſalis Eccleſiæ oraculum confugerunt Hiſpani. Sic in Martiani cauſa, Novatianam hæreſin in Gallia propugnantem, ita Cyprianus ad Stephanum (z) *Noſtrum eſt conſulere & ſubvenire.* Idem ep.42. teſtatur Romam ſe miſiſſe Caldonium & Fortunatum, ut componerent ibi ſchiſmata ſuſcitata. Quis tamen dicat, huic Epiſcopo Carthaginenſi ullam eſſe jurisdictionem in Eccleſiam Rom. tributam? Imò id ſe ipſe teſtatur feciſſe ſtatim initio Epiſtolæ, quod ſervis Dei, & maximè ſacerdotibus juſtis & pacificis congruebat. Ita Papa vulgò audiit, utpote ab ipſo Clero Rom. Ep.3. Ipſe fratrem & collegam, Cœpiſcopum vocavit Epiſcopum Rom. Unde veritatis vi victus Pamelius in Epiſt. 4. Cypr. dicit, uſos fuiſſe veteres Epiſcopos eo dicendi genere, quod eſſet magis comitatis, lenitatis, benevolentiæ, quàm prophanæ dominationis. Optime ſanè & veriſſimè! Ex quo ergo orco impiæ inſcriptiones Paparum, prophaniſſimæ dominationis tituli? Omnes quidem fratres ſumus: at vix ſe minores majoribus æquant: neque hoc loco commune Chriſtianorum nomen reſpexiſſe Cyprianus dicendus, ſed ipſum æquale officium atque dignitatem: unde enim ſanctiſſimum eundem nominâſſet? Adi omnino de Dom. l. 4. c. 8. §. 69.

Quæ Epiſcoporum poteſtas. Vid. an. 258. § 6. & 8.

§. 11.) Cyprianus ipſemet omnes Epiſcopos univerſales facit, dum ait. (a) *Etſi paſtores multi ſumus, unum tamen gregem paſcimus, & oves univerſas, quas Chriſtus ſanguine ſuo & paſſione quæſivit, colligere et fovere debemus.* Scilicet ſolicitudinem omnium Eccleſiarum ad quemlibet Epiſcopum pertinere credidit. At verò nonne plus Epiſcopo Rom. ad ipſum ſcribens Cyprianus tribuere debuiſſet, ſi illum Caput Eccleſiæ ſtatuiſſet? (b) Diverſa igitur curam habere omnium Eccleſiarum, & omnes Eccleſias ſive per ſe, ſive per alios regere. Ex officio igitur communi omnes Epiſcopi Catholicæ Eccl. ſunt Epiſcopi. Ibidem de Martiano in Gallia deponendo agens, non uni Stephano hoc tribuit, ſed ait: *Copioſum corpus eſt ſacerdotum, concordiæ mutuæ glutino atque unitatis vinculo copulatum, ut ſi quis ex collegio noſtro hæreſin facere,* &c. Non minus æqualem omnibus poteſtatem tribuit l. de Unit. Eccl. cùm ait: *Epiſcopatus unus eſt, cujus à ſingulis in ſolidum pars tenetur.* Quod quidem clariſſimum dictum malè in ſuas partes trahere tentant adverſarii. (c) At fieri nullo modo poteſt, ut unus ſit Monarcha & Summus Epiſcopus, qui plus quàm cœteri juris habeat; quandoquidem unus Epiſcopatus à Chriſto inſtitutus, cujus partem ſinguli in ſolidum tenent. Petrum unum hunc Epiſcopum nec Chriſtus, nec Cyprianus faciunt, nec Romæ unum Epiſcopatum alligavit Servator: inde Bellarminus Apoſtolos omnes immediatè à Chriſto factos concedit, & omnem jurisdictionem accepiſſe. Quòd ſi quidquam à Petro haberent, non eſſent omnes Epiſcopi æquales, neque partem hujus

z) *L.3.ep.13.* (a) *Ep.67. ſeu l.3.ep.13.* (b) *Fusè Blondel. de pr. à p.44.* (c) *T.1. Conc. ed Ven. p.10.*

huius Epiſcopatûs ſinguli in ſolidum tenerent. Non enim excluditur Petrus, vel ejus Cathedra. Quòd ſi non eodem modo à ſingulis pars tenetur, ergo nec in ſolidum, nec in totum: ergo diſſimilitudo erit & inæqualitas. Sic autem Cyprianus omnes inter ſe Epiſcopos comparat, ut nonniſi rami riviſque ſint, ne quidem Romano excepto. Nec verò de Epiſcopo, ſed de Epiſcopatu uno loquitur Cyprianus. Adhæc mentem ſuam explicat ubi addit: *Eccleſia una eſt, quæ in multitudine latius extenditur*, & paulò priùs: *Hanc unitatem Epiſcopi tenere debemus, ut Epiſcopatum ipſum unum atque indiviſum probemus.* Quare verò hanc ipſam materiam Cyprianus tractans Epiſcopum Rom. nunquam Caput & Univerſalem facit, cœteróſque Cœpiſcopos ad illum ſolum, ceu membra ad Caput dirigit? Obj. Apertè Cyprianus Sedem Petri comparat *Capiti, radici, fonti, ſoli*; in omni autem corpore virtus membrorum derivatur à capite; in omni arbore virtus ramorum oritur ex radice; in omnibus rivis aqua fluit ex fonte; omnium denique radiorum ſolarium lux eſt à ſole. Reſp. Intelligit Cyprianus Epiſcopatum non Petri, ſed Chriſti, h. e. ipſius Monarchiam, à qua ceu Epiſcopatu reliquorum Epiſcopatuum authoritas oritur: ſive non Romanam, ſed univerſam Catholicam Eccleſiam ita vocat; non modò ut ſchiſmatum oſtendat turpitudinem, ſed etiam ut ſignificet vitam fidei, ex Univerſalis Eccleſiæ radice ad ramos ſingulos pervenire. *(d)* An. 261.

§. 12.) Singulos Epiſcopos cum ſuis Cleris, Eccleſias, quibus erant præpoſiti, in ſolidum curâſſe, neque ullum aliud ſupra ſe in terris caput agnoviſſe, ex Cypriani hiſtoria & ſcriptis fit longè certiſſimum. Nihil quidpe minus, quàm quòd ſe Romano ſubjecerit, unde totiens inculcat: *Habere in Eccleſia adminiſtratione voluntatis ſuæ arbitrium liberum unumquemque præpoſitum ſive Epiſcopum, rationem actûs ſui Domino redditurum.* Vult ergo Cyprianus, ut nullus Epiſcopus in portione ſeu aſſignatione ſua perturbetur ſeu invadatur alia dioecefis, ſicut ſæpiſſimè concilia decernunt: confer Rom. 15. 20. Obj. ex Ep. Cypriani ad Cornelium, quæ eſt l. 1. ep. 3. ſeu N. 55. *Neque aliunde hæreſes ortæ, aut nata ſchiſmata, quàm inde, quòd Sacerdoti Dei non obtemperatur.* Reſp. Hunc locum quia ad an. 254 *§.* 5. diluimus, eò lectorem relegamus. Nunquam non ingeminant & inculcant iſthoc dictum adverſarii, tanquam de uno Papa R. agat, cùm tamen Cyprianus de ſeipſo præcipuè ita loquatur, quem Feliciſſimus, Privatus & alii hæretici, ab Epiſcopatu removere conati ſunt, ſuffecto in ejus locum Fortunato, quorum furoribus legitimam ſuam vocationem, & fidelem muneris ſui adminiſtrationem, ac paternam Dei in perſecutionibus protectionem opponit. *Cùm talis*, inquit, *frater à quibuſdam deſperatis & perditis, & extra Eccleſiam conſtitutis impugnari videtur, apparet quis impugnet, non ſcil Chriſtus, qui ſacerdotes aut conſti-*

dd tuit,

d) Fusè à ſtrophis vindicant hunc locum VVitak. de P. R cent. 4 q. 1. c. 3 §. 24. de Dom. l. 3. c. 1. §. 18. & l. 7. c. 4 §. 16.

Digitized by Google

An. 261. *tuit, aut protegit, ſed ille, qui Chriſti adverſarius, & Eccleſiæ ejus inimicus, ob hoc Eccleſiæ præpoſitum ſua infeſtatione perſequitur, ut gubernatore ſublato, atrocius atque violentius, circa Eccleſiæ naufragium graſſetur.* De injuriis ergo ſibi illatis conqueritur, nec in ſua tantùm, ſed in qualibet Eccleſia hoc uſu venire poſſe ſtatuit, ut hæreſes oriantur, & ſchiſmata naſcantur, ſi Epiſcopo, qui pro tempore Eccleſiæ illi præeſt, non obtemperetur. Imò poſtquam Cornelius cum erronibus his lenius egiſſet, eóſque in communionem admiſiſſet, graviter cum eo Cyprianus expoſtulat, Eccleſiarúmque jura defendit. Inſt. libro de Unit. Eccl. docet Cyprianus hæreſin fieri, dum ad veritatis originem non reditur, neque Caput quæritur, neque magiſtri cœleſtis doctrina ſervatur. Reſp. Atqui Caput hoc non eſt R. Pontifex, ſed Chriſtus, quem Magiſtrum cœleſtem vocat. Obj. ex Epiſt. ad Corn. N. 46. *Non ignoramus unum Deum eſſe, & unum Chriſtum eſſe Dominum, quem confeſſi ſumus, unum Spiritum S. unum Epiſcopum in Eccleſia Catholica eſſe debere.* Reſp. Eccleſia Catholica hîc unamquamlibet ſignificat Eccleſiam particularem, oppoſitam hæreticæ, aut ſchiſmaticæ, quales Novatiani fuerant: id quod Confeſſores ex Novatianiſmo Romæ reverſi agnoſcunt, dum Eccleſiæ Catholicæ (ſcil. quæ Romæ tum fuerat) Epiſcopum electum Cornelium profitentur: ubi contrà Novatiani Cathedram conſtituebant & proprium Epiſcopum inſtituebant. Ita Cyprianus ſuprà allegata Epiſtola 55. ad eund. Corn. quorundam ſchiſmaticorum abſtentorum in Africa, & juſtè damnatorum reprehendit diſcurſationes ad Rom. Eccleſiam, ab illa petentium, ut judicium Africanum reſcinderet, & de novo cauſam ipſorum cognoſceret & judicaret; quod fieri debere Cyprianus negat aliquot argumentis, quo etiam hoc præſens ſpectat.

§. 13.) Iterum l. de Unitate Eccl. ſeu ut aliis inſcribitur, de Simplicitate Prælatorum: *Quamvis Chriſtus Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam, parem poteſtatem tribuat & dicat: accipite Spiritum S. ſi cui remiſeritis, &c. tamen ut unitatem manifeſtaret, unam Cathedram conſtituit, ut unitatis ejuſdem originem ab uno incipientem ſua authoritate diſpoſuit. Hoc erant utique et cæteri Apoſtoli, quod fuit Petrus, pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis, ſed exordium ab unitate proficiſcitur. Primatus Petro datur, ut una Chriſti Eccleſia & Cathedra una monſtretur. Et Paſtores ſunt omnes, ſed grex unus oſtenditur, qui ab Apoſtolis omnibus unanimi conſenſione paſcatur.* Reſp. Per ſacrilegam audaciam corruptus hic locus ab adverſariis, dum addiderunt de ſuo, quæ nec extant in M. S. nec leguntur in vetuſtiſſimis editionibus impreſſis, nec in Codicibus Cypriani tempore Gratiani fuerunt, àlioquin ea non omiſiſſet primatûs Petri defenſor, hunc locum citans 24 q. 1. c. Loquitur. Imò ne in hodierna quidem i. e. Gregoriana editione Juris Canonici verba illa reperiuntur, quæ emendatores illius à Gregorio XIII. conſtituti non omiſiſſent, ſi ea in ſinceris Cypriani exemplaribus reperiiſſent. Hæc autem

ſunt,

ſunt, quæ aſſuta deprehenduntur: *Unam Cathedram conſtituit: primatus Petro datur:* & *Cathedra una*, quæ additamenta nec contextus verborum patitur, & ipſe ſcopus repugnat. Eodem ſenſu Unitatis Cathedræ origo à Petro incepit, quo Conſules Romani originem habuerunt à Bruto, Imperatores Monarchæ à Julio, quia in iis primis poteſtas fuit inſtituta, non quòd eam illi reliquis ſic communicàrint, ut ab iis ſucceſſores penderent. Et ſi primatus Petro adſcribatur, id nonniſi ordinis, temporis ſeu vocationis, ætatis &c. ratione fit, ut liquet Epiſt. ad Quint. *Nec Petrus*, inquit, *quem primum Dominus elegit, & ſuper quem Eccleſiam ſuam ædificavit, cùm Paulus de circumciſione diſceptaret, ſe vindicavit, ſeu aliquid inſolenter, aut arroganter aſſumſit, ut diceret, ſe primatum tenere, & obtemperari à novellis & poſteris* (en quem primatum Cyprianus intelligat) *ſibi potiùs oportere*, &c. quibus ſanè verbis arrogantiam Stephani modeſtè notat. (e) Prius illud Cypriani dictum afferunt Irenicum Forbeſii l. 2. c. 11. in exegeſi propoſ. 15. item ejuſdem hiſt. l. 12. c. 4. §. 26. & l. 15. c. 15. §. 1. Wit. de P. p. 217. & de Conc. p. 182. Mol. Novit. l. 2. c. 7. Blond. de pr. p. 965. de Dom. l. 1 c. 3. à § 6. & §. 23. An. 261.

§. 14.) Etiamſi verò Cyprianus diligenter omnium Apoſtolorum æqualitatem aſtruxit & vindicavit, maximè tamen omnium ad Petri primatum per ſummam violentiam à Monarchicis vel invitus trahitur, cujus varia dicta ſimul congerit Bellarminus de Rom. Pont. l. 1. c. 12. §. 25. Ad ea verò præter alios reſpondet M. Ant. de Dom. l. 1. c. 10. §. 17. & ad diverſa alia ex Cypr. idem c. 6. §. 47--51. & ib. §. 24. ubi ex Cypr. l. 1. ep. 3. *Petrus tamen ſuper quem ædificata fuerat Eccleſia, unus pro omnibus loquens ait*, &c. Igitur viciſſim Chriſtus uni reſpondens omnibus reſpondit. Idem Cypr. ep. 8. ſeu l. 4. ep. 4. Verba Domini ad Petrum: *Oravi pro te*, &c. non tantùm ad omnes Apoſtolos, ſed etiam ad omnes fideles extendit: *Quòd ſi*, inquit, *pro nobis, & pro delictis noſtris ille laborat, & vigilat, & precatur, quantò nos magis inſiſtere precibus & orare*, &c. Sic de unit. Eccl. explicans verba Domini, quibus ſe Petro daturum dixit claves regni cœlorum: eam poteſtatem, ait, traditam eſſe Apoſtolis & Epiſcopis, qui Eccleſiæ præſident. Ibid. Cypr. *Chriſtus Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuit & dicit: Sicut miſit me*, &c. Epiſt. 27. & 42. Eccleſiam ſuper Epiſcopos conſtitutam dicit; ceu ſucceſſores Apoſtolorum; ubi Epiſcopum R. à reliquis non diſtinguit, neque peculiarem Chriſti vicarium eum agnoſcit. Ad duas Bellarmini & Gretſeri diſtinctiones de æqualitate & inæqualitate Apoſtolorum Forbeſ. Inſtr. l. 15. c. 1. 2. 3. 4. & 15. Adi eund. Forb. l. 16. c. 1. § 3 -7. 9. 13. &c. Non modò non Oecumenicum facit Romanum Epiſ. ſed contrà eandem Eccleſiam parem reddit cœteris quibuſcunque particularibus. Hinc patentiſſima æqualitate & ſe Epiſcopum cum Cornelio Rom. & ſuam Carthag. Eccleſiam confert cum Romana: *Nam cùm nobis*, inquit l. 1. ep. 1. *& Eccleſia una*

e) *De Dom. l. 7. c. 5. § 15. Morna. myſt. p. 30.*

Digitized by Google

An.261. *ſit, & mens juncta & individua concordia, quis non ſacerdos in conſacerdotis ſui laudibus, tanquam in ſuis propriis gratuletur.*

Romani Pont. dignitatem Cypriani temporibus eò deveniſſe Caſalius c.56.f. pertendit potentiæ, ut Ethnicis principibus qui rerum potiebantur, inviſa & ſuſpecta eſſet, ex his Cypriani Epiſt. ad Anton. verbis: *Cùm multò patientiùs & tolerabiliùs audiret levari adverſus ſe æmulum Principem, quàm conſtitui Romæ æmulum Sacerdotem.* Verùm nihil minus, quàm ut de potentia & ſplendore R. P. hoc Cyprianus intelligat, ſed de magno Imperatoris erga Chriſtianam religionem odio. Unde mox inter glorioſos confeſſores & martyres Cornelium P. reputat.

§. 15.) Epiſcopos in Synodis ætate Cypriani depoſitos inſcio Rom. Pontifice, aut eo id non approbante, ad eum perfugiſſe ait Rouſſelius (*f*) unde quia Cypriano diſplicuerit, dixiſſe, *Juſtum eſt: ut uniuscujusque cauſa illic audiatur, ubi eſt crimen admiſſum.* Reſp. Eo ipſo adpellationes ad Rom. Sedem prohibitas docet Cyprianus, tam quod ad ſecundam, quàm quod ad primam inſtantiam. Inde transfugas hoſce perditos & deſperatos vocat. Neque verò adpellâſſe dicendi, prout variè jam ſuprà demonſtravimus. De hoc Marca (*g*) *Per me licet dicant* (quidam) *Cyprianum eo nomine graviter commotum, quòd Epiſcopi quidam in Africa damnati Romam ſe contuliſſent: Cùm ſtatutum ſit* (*h*) *omnibus Epiſcopis, & æquum ſit pariter ac juſtum, ut uniuscujusque cauſa illic audiatur, ubi eſt crimen admiſſum, & ſingulis paſtoribus portio gregis ſit adſcripta, quam regat unusquisque & gubernet, rationem ſui actûs Domino redditurus,* &c. Certè non modò de eorum appellationibus loquitur, qui de manifeſtiſſimis erroribus convicti & judicati fuerunt, ſed in genere ſine ulla exceptione hæc ita profert. Obj. ex Cyp. Ep. 3. l. 1. *Navigare audent* (Nvoratiani) &c. Callidam audaciam Rufini hunc in locum vide ejus parte 2. cont. Car. Molinæ. à p. 42. Nec eſt cur in Cathedræ nomine myſterium ullum quærant, quia hac voce omnis Eccleſiaſtica poteſtas quæ directiva eſt, non coactiva, ſignificatur. Ad ipſum Cypriani dictum reſpondent noſtri 1. ut Paulus Rom. 1. 8. non unius Epiſcopi R. fidem laudat, ita hoc loco Cyprianus non de ſolo Cornelio, ſed de omnibus Romanis fidelibus loquitur. Unde tamen neminem Romanorum errare, concludi non poteſt. 2. Senſus verborum: fieri non poſſe, ut Romani mendaciis horum erronum circumventi aſſentiantur, & calumniis illorum fidem adhibeant: quod ſi faciant, diſſimiles eſſe antiquis Romanis 3. ex confidentia & humanitate dicit *Non poteſt perfidia habere acceſſum*; clarè patet dum Cyprianus poſtea ſe cum ſuis Cornelio & Stephano tantopere opponunt, Sedi & ſententiæ Romanorum ne tantillum cedunt, imò eos apertè incuſant; errores, temeritatem & incogitantiam impingunt; vel potius his verbis monere eos vult officii, ne errent. Quare errant Canoniſtæ, Rouſſelius (*i*) & Rufus (*k*) dum hinc Papam

Vid. 254. §. 6.

(*f*) L. 4 c. 6. §. 3. (*g*) L. 1. c. 10. §. 8. (*h*) Cypr. l. 4. ep. 55. (*i*) L. 1. c. 3. §. 10. (*k*) p. 37.

Papam eximere volunt ab omni errore in doctrina,ac de facto nullum nec An.261.
hæreticum, nec ſchiſmaticum fuiſſe volunt. Tu verò audi quid Cypr. Ep. ad Pomp. de Stephano loquatur: *quo lecto magis ac magis ejus errorem denotabis, qui hæreticorum N. B. cauſam contra Chriſtianos & Eccleſiam Dei aſſerere conatur*,&c. Ita Firmilianus fatetur. Romanos non ſervare, quod Apoſtoli tradiderunt. quartò Fatetur Scriptura contrarium de illa Eccleſia: Rom.11. 21.22.5. Cyprianus plenarium judicium ſibi ſuæque Carthag. Eccleſiæ tribuit, unde ſubjicit: *Statutum omnibus nobis, & æquum pariter, & juſtum, ut uniuscujusque cauſa illic audiatur*,&c. *Jam cauſa eorum cognita eſt, jam de eis dicta ſententia eſt*,&c.

§. 16.) Utut verò exordium ſacerdotii à Petri unitate profectum agnoſcat, tamen cœteros quoque poſtea Apoſtolos idem fuiſſe quod Petrus, pari conſortio honoris & poteſtatis etiam affirmat, unde infert: Cornelium in Africanos poteſtatem nullam habere,neque appellationes ſeu diſcurſationes Africanorum ſuſcipere, aut res ab Africanis judicatas reviſere debere. Nec refert quòd Epiſcopus Rom. Petri ſucceſſor dicitur, quippe ſucceſſio non in Apoſtolatu, ſed in epiſcopatu, ſeu Eccleſiæ adminiſtratione intelligitur, planè ſicut Epheſiorum Epiſcopi Johannis & Pauli ſucceſſores,& Hieroſolymitani Jacobi dici potuere. Univerſalis poteſtas falsò Petro, ſive prærogativa ſeu præeminentia illa obtenditur, quam quia non habuit, transferre Romam non potuit. Et ſi vel maximè habuiſſet, Antiochenæ potiùs, quàm Romanæ Eccleſiæ conveniret. quare peculiarem Sedem Romæ non fixit. Licet etiam Rom. Epiſcopi ſupra alios Epiſcopos majoritas quædam apud veteres agnoſcatur, non tamen aliunde eam habuit, quàm unde cœteri Patriarchæ, primates & metropolitani, ſupra ſibi ſubjectos Epiſcopos inferiores, nim. ex Eccleſiaſtica ordinatione, juréque humano, non autem divino. Sic Cypr. l. 1. ep.3. Eccleſiam Rom. *Principalem* vocat, quia perſpicua fuit & pura præ omnibus occidentis Eccleſiis. Ita tamen in honore fuit hæc Rom. Eccleſia, ut ab ejus doctrina & conſuetudine diſcedere fas eſſe exiſtimarent, & liberè ab ea diſcreparent, ſi quando eam errare judicarent.

§. 17.) Cypr. ep.65. ait, Dominum Apoſtolos & Epiſcopos elegiſſe, Apoſtolos autem elegiſſe Diaconos. Nihil hîc Petro ſingulare tribuitur, quin epiſcopi hîc iidem qui Presbyteri, nî malè omiſſos dixeris. Idem Cypr. de aleat. Epiſcopos à Deo aſſerit habere ducatum Apoſtolatûs h. e. ut ſint duces in Eccleſia, quales Apoſtoli fuerunt. quanquam verò Cypr. l. 1. ep.3. Sedem Rom. Petri Cathedram, id tamen nonniſi communi errore fecit, quia ibi docuiſſe credebat, & quia illa cathedra doctrinam Petri tenuit; at potiùs profectò Pauli cathedra dicenda fuiſſet. Adhæc qui non erat Apoſtolus, non eſſe poterat ſucceſſor ullius certi Apoſtoli, ſed Apoſtolorum in genere; & ille propriè dicebatur illius Sedis primus Epiſcopus, unde apud Cypr. l. 4. ep. 10. Præpoſiti Apoſtolis vicaria ordinatione ſuccedere dicuntur. Licet

 verò

Digitized by Google

An. 261. verò Petrus proprius ac ordinarius Romæ fuiſſet Epiſcopus, non tamen vel affirmativum, vel negativum ex ſucceſſionis ſerie, argumentum peti poſſet, quia hæreticus ſuccedere poſſet, ut revera in ipſa Sede Rom. accidit: ita Neſtorius, Dioſcorus & alii Epiſcopi, qui primi in aliqua Sede hæretici, vel etiam hæreſiarchæ facti ſunt, ſucceſſionem ab Apoſtolis numerare potuerunt. Ita Bellar. (*l*) faſſus, argumentum affirmativum ex ſucceſſione peti non poſſe: negativum autem validum eſſe putavit. Ipſe Cyprianus (*m*) ita queritur: *Non in ſacerdotibus religio devota, non in Miniſtris fides integra, non in operibus miſericordia, non in moribus diſciplina. Quin Epiſcopi plurimi, quos & ornamento oportet eſſe cæteris* &c. Adhæc primus Eccleſiæ alicujus novè inſtitutæ Epiſcopus nemini ſuccedit: & tamen vera Eccleſia & ſucceſſio ſequentium eſſe poteſt. Proinde rectiùs Forbeſius (*n*) *Succeſſio in loco quandoque utilis eſt & neceſſaria: aliquando inutilis & fallax. Hinc Cypr. de Novatiano: Hi ſunt, qui ſe ultrò apud temerarios convenas ſine divina diſpoſitione præficiunt* &c. Ep. 52. ſeu l. 4. ep. 2. Novatianum falſum & illegitimum declarat eſſe Rom. Epiſcopum, quia nemini ſuccedens à ſeipſo ordinatus eſt &c. Ac licet apud Patres ſeries ſeu ſucceſſio Rom. Epiſcoporum aliquoties occurrat, tamen non hujus ſolius, ſed aliarum quoque Eccleſiarum ſeriem invenias, neque veritatem Eccleſiæ hinc Patres ſtabilire voluerunt. Ideo Firmilianus ſtultitiam Stephani vocat, quòd de Petri gloriari ſucceſſione veritus non fuerit.

Epiſcopi & Presb. æquales. §. 18.) Epiſcopos & Presbyteros æquales facit, unde l. 4. ep. 9. Omnes præpoſiti (ita Presbyteros etiam comprehendere ſolet, unde plures uni Eccleſiæ aſſignat) vicaria ordinatione Apoſtolis ſuccedunt. utut Cyprianus eximius & famoſus fuerit Epiſcopus, & velut orbis magiſter, ſine tamen Presbyteris, ſive Presbyterio præpoſitis nihil ἀρχοντικῶς ἢ αὐθεντικῶς toto adminiſtrationis tempore aggreſſus eſt, ſed partita cum comminiſtris cura ac poteſtate, gregem gubernavit: de quo prolixè Blond. de Epiſc. à p. 41. Ita Epiſt. 10. dicit Presbyteros illos, qui temerè & præter diſciplinam peccatores admittebant *acturos apud ſe, & apud confeſſores ipſos, & apud plebem univerſam cauſam ſuam.* Et ep. 12. ad plebem Carthag. *Cùm, pace nobis omnibus à Domino priùs data, ad Eccleſiam regredi cœperimus, tunc examinabuntur ſingula præſentibus & judicantibus vobis &c.* Et ep. 6. teſtatur, *ſe à primordio epiſcopatûs ſui ſtatuiſſe nihil ſine conſilio fratrum ſuorum Presbyterorum & Diaconorum, & ſine conſenſu plebis, privata ſententia gerere.* Extra controverſiam itaque quòd ejus ætate Presbyteri ſimul cum Epiſcopis exercuerunt poteſtatem juriſdictionis externæ. Conf. l. 2. ep. 7. l. 3. ep. 5. 10. 14. Itaque ad Epiſcopi & mancipiorum ejus forum non recurrendum fuit. Unitatem non Epiſcopi alicujus dominio, neque Papali imperio conſervari, ſed copioſo corpore ſacerdotum concordiæ mutuæ glutino & unitatis vinculo

l) *de notis Eccl. c. 8.* (*m*) *de lapſis* (*n*) *inſtr. l. 16. c. 6. à §. 2.*

culo copulatum. (o) docet. At hæc ſanè cohærentia paritatem ſupponit An.261.
(p) Forbeſius (q) Diaconos etiam conſtituiſſe Presbyterium, ſeu ipſorum quoque conſilio adminiſtrata Eccleſiaſtica fuiſſe malè hoc argumento negat, quia Presbyterium ſit Presbyterorum collegium: at ita neque Epiſcopi juxta Monarchicos admiſſi fuiſſent, utpote quos à Presbyteris diſtinguunt. Diaconos ut Miniſtri Epiſcoporum & Presbyterorum, non ut ex officio aſſeſſores & judices, quibus non aſſidere, ſed adſtare in Conciliis, atque adeò etiam in Presbyterio conceſſum fuiſſe dicit, juſſis tamen permiſſum ſedere. At aliud longè in Apoſtolicæ & primitivæ Eccleſiæ cœtibus obſervavimus. Neque enim his dicendi libertas in Conciliis adempta fuit. Inferioris gradûs fuiſſe Diaconos nemo negat, adeóque Presbyteris ſubordinatos, attamen κωφὰ πρόσωπα fuiſſe haud damus, unde ad carceres commeantes martyrum deſideria conſiliis ſuis & Scripturarum præceptis gubernârunt: Cypr. l. 3. ep. 15. conſecratum calicem fidelibus miniſtrârunt: & ſi Presbyter repertus non fuerat, & urgere exitus cœperat, apud Diaconum quoque exomologeſin facere delicti ſui pœnitentes poterant, ut manu eis impoſita cum pace ad Dominum migrarent: idem ep. 17. (r) imò à diſciplinæ exercitio ne ipſam plebem fuiſſe excluſam multoties docet. (s) Hinc ep. 28. ſeu l. 5. ep 3. *Cui rei* (de receptione quorundam lapſorum agit) *non potui me ſolum judicem dare, cùm multi adhuc de Clero abſentes ſint, nec locum ſuum vel ſerò repetendum putaverint, & hæc ſingulorum tractanda ſit & limanda pleniùs ratio, non tantùm cum collegis meis, ſed & cum plebe ipſa univerſa.*

§. 19.) Sicut totius cœtûs Eccleſiaſtici, aut ſaltem Presbyterii, cui tota Eccleſia adminiſtrationem diſciplinæ concredidit, conſenſu excommunicatio fieri debet; ita excommunicatis pax dari, ſeu reverſio ad communionem, nonniſi Eccl. totius conſenſu concedi debet (t) Hinc Cypr. (u) *vix plebi perſuadeo, imò extorqueo, ut tales patiantur admitti: & juſtior factus eſt fraternitatis dolor, ex quo quod unus atq; alius, obnitente plebe & contradicente, mea tamen facilitate ſuſcepti, pejores exſtiterunt, quàm prius fuerant.* Neque ſingularis erat hoc loco Cypriani conditio ſeu erga plebem obſtrictio, ſicut nugatur Bellarminus, ſed etiam in reliquis Eccleſiis recepta conſuetudo, ut ex ep. 23. ad Clerum Rom. apparet (x) & l. 5. ep. 12. lapſos non eſſe reconciliandos, niſi conſultis omnibus Epiſc. Presb. Diaconib. confeſſoribus, & ipſis ſtantibus laicis Romanæ Eccleſiæ Clerus commemorat. Abſtentionem autem ſeu communionis privationem, quam excommunicationem minorem vocant, cenſurā non eſſe, nec

Diſciplina Eccl. à quibus exerc.

à cla-

o) l. 3. ep. 13. & inde Reggius de ſtatu Angl. præf. p. 39. 43. 44 47. & 52 (p) de Dom. l. 3 c. 1. §. 14. conf. Blond. de Epiſc. p. 297--300. & 304. 391. &c. (q) l. 16 c. 1. §. 15. (r) confer Bar. § 92 ſeq. ad an. 253. & Spond. ad eundem § 14. de Dom l 2. c. 4. §. 50 (s) vid Arnd. l. electio Miniſtr. inpr. à §. 21. (t) Pet. Mart l. c. cl. 4. c. 5. §. 10. (u) ep. 55. ſ. l. 1. ep. 3. § 17. (x) vid. Cham. T. 2. l. 10. c. 7. §--11.

Digitized by Google

An.261 à clavibus pendere, quòd ſolam corporalem intendat ſeparationem, & conſortii cum fidelibus prohibeat conſuetudinem negamus: quandoquidem externa hæc excluſio aliam ſignificationem habet, non minus efficacem & validam, ſi non reſipiſcat reus.

vid.250. §.1. *§*.20.) Si contigit Epiſcopum aliquem à recto tramite deviare, vicini & proximi Epiſcopi fideles inſpectores, cenſores & judices agebant. *Copioſum*, inquit Cypr. (y) *corpus eſt ſacerdotum* (non de ſolis Epiſcopis loquitur) &c. Si inemendabilis fuerat, ab iiſdem abjiciebatur, deponebatur, excommunicabatur, & alius illius vice ſubſtituebatur. Nimirum ſi morbus id poſtulârat, plures alios Epiſcopos ad opem ferendam advocabant: & ſi opus fuerat, etiam univerſam Eccleſiam convocabant. Ita l. 1. ep. 4. ſ. 68. *Plebs maximè poteſtatem habet vel eligendi dignos ſacerdotes, vel indignos recuſandi* &c. (z) neque in ſola Africa, ſed alibi quoque in uſu hæc ratio fuit: (a) neque mera erat δοκιμασία per plebem facta, unde Caroli M. & Lud. Pii conſtit. diſt. 63. *Aſſenſum ordini Eccleſiaſtico præbemus, ut Epiſcopi per electionem Cleri & populi ſecundùm ſtatuta Canonum eligantur.* Non tantùm vero auditorum ſeu plebis calculus olim non ſpernebatur: ſed ab Imperatoribus etiam & Regibus poſtea electos Rom. Epiſcopos, ut & alios, Gallos etiam & Germanos, confirmatos quoque vide apud Goldaſtum in antiqua Alamannia (b) ubi docet, electionem Epiſcoporum penes Clerum atque populum fuiſſe: Imperatorem autem (vel Magiſtratum Chriſtianum) eam ratam habuiſſe, vel irritam: vid. Otton. Friſing. de geſtis Frid. I. l. 4. c. 70. 71. in Papæ electione.

§.21.) Cyprianus l. de Unit. Eccl. hanc theſin prolixè tractat, Unionem Chriſtianorum & pacem eſſe rem præclaram atque expetendam, ſed in Chriſto, in eadem vera fide & cum bonis: alioquin melius & utiliùs eſſe fidelibus, ſi à malis apertè oppugnentur & perſecutionem patiantur, ſícque fideles à malis ſe diſſidere ingenuè profiteantur & ſe ab illis ſeparent. Unde iterum Cyprianus à conſuetudinis prætextu totus abhorret, ita ut nec Apoſtolus, nec Angelus de cœlo, multò minus alius aliquis, vel ulla Eccleſia contra Verbum Dei præſcribere aut diſpenſare queat. unde Bellarminus l. 4. c. 12. de Verbo D. errorem illi adſcribit. Eccleſiæ Catholicæ h. e. Orthodoxæ & puræ, quemvis adjungere ſe debere docet, qui ſervari cupit: hujus tamen Eccleſiæ non Caput, ſed membrum & partem Romanam ſtatuit. Hinc (c) *Unum Caput eſt & origo una, & una mater, fœcunditatis ſucceſſibus copioſa. Illius fœtu naſcimur* &c. Ita fideles Cypriani temporibus ab Eccleſia Rom. diſſidere, à communione illius excludi, ſe illi opponere &c.

y) l. 3. ep. 13. (z) Marca l. 8. c. 2. toto. Juſtell. T. 2. p. 1418. Reggius præf. p. 39. 40. Dana. in Aug. p. 220. & 833. Illyr. in Cat. T. 1. p 95. (a) Arnd. de elect à § 7. (b) Tr. 3. ex Vadiano de Mon. l. 1. p. 6 & 129. ex Ferrar. pract. & Anſegiſi l. 1. c. 78. (c) l. de Unit.

Digitized by Google

re &c. abſque ſalutis jactura potuere. *Nec Eccleſia jungitur*, inquit l. de Lapſis, *qui ab Evangelio ſeparatur.* Ergo externa profeſſio non eſt nota Eccleſiæ Catholicæ, ſed doctrinæ puritas. Hinc ex eodem c.24.q.1. alienus: *quomodo poſſunt duo aut tres in nomine Chriſti colligi, quos conſtat à Chriſto, & ab ejus Evangelio ſeparari.* Ita Novatiani Catholiciſmum (*d*) ſic explodit: *Novatianus ſimiarum more, quæ cùm homines non ſint, homines tamen imitantur; vult Eccleſiæ Catholicæ authoritatem ſibi & veritatem vendicare, quando ipſe in Eccleſia non ſit, imò adhuc inſuper contra Eccleſiam rebellis & hoſtis exſtiterit.* An.261.

§.22.) *Indulgentia* quoque Cypriani tempore fuit in uſu, at minimè talis, qualis poſtea obtinuit, ſicut in hiſtoria de lapſis videre eſt. Unde non eſt quur Caſalius c.95. ad indulgentiarum antiquitatem provocet. Satisfactiones imponebantur Eccleſiaſticæ, at non meritoriæ, ſed quæ fuerant ſine ulla meriti Chriſti violatione (*e*) Remiſſionem peccatorum tam quoad pœnam, quàm quoad culpam, nulli contingere, niſi propter ſolius Chriſti λύτρον (*f*) docet. Unde (*g*) *nemo ſe fallat, nemo ſe decipiat: ſolus Dominus miſereri poteſt.* Ea autem ſic fuit exercita, ut juriſdictio ſeu plenitudo poteſtatis æquè in omnibus & ſingulis Epiſcopis ac Presbyteris, non autem in ſolo Romano fuerit (*h*) hinc Cypr. (*i*) de Diacono pervicace, ſuum Epiſcopum contemnente: *Quòd ſi ultra te contumeliis ſuis exacerbaverit & provocaverit, fungeris circa eum poteſtate honoris tui, ut eum vel deponas, vel abſtineas.* (*k*) Ita tamen limitibus circumſcripta erat Clericorum poteſtas, ut negociis ſecularibus immiſcere ſe non debuerint: unde l.1.epiſt.9. non vult pro ejus dormitione offerri, & nomen ejus ad altare nominari, qui Presbyterum actorem ſeu tutorem nominaverat; non quòd ſentiret, ipſum ideo in æternum damnatum eſſe; ſed ne Eccleſiaſtica celebratione poſt mortem honoraretur. Sic etiam pro vivis dicit Cyprianus offerri ſeu ſacrificari, quando in precibus quæ fiebant in adminiſtratione Euchariſtiæ, gratiæ pro iis agebantur, vel aliquid orabatur. (*l*) *Quæ indulgentia.*

Abſolutio pœnitentialis ſola fiebat manûs impoſitione, poſt pœnitentiam ſeu ſatisfactionem; in neceſſitatis caſu etiam Diaconi recipiebant, itaque abſente ſacerdote Diaconus poterat moribundos reconciliare, & hoc deficiente etiam quivis alius. Abſolutionem adſtringunt hodie ad ſacerdotes & neceſſitatem morientibus imponunt. Morinus l. de pœnitentia capite ſingulari oſtendit Diaconos confeſſiones in extremo periculo audire & pœnitentes reconciliare à multis Latinis & multorum ſeculorum ſpatio permiſſum fuiſſe: imò l.8.c.24. in ſimili caſu à laicis etiam præſtitutum hoc officium,

ee

(*d*) *ep.73. ad Iubaj.* (*e*) *vid. de Dom. l. 5. c.7. §.33. & c.8. §. 14* (*f*) *l. ad Demetr. §.19.* (*g*) *l. de lapſis* (*h*) *Blondel. de Epiſc. p.296. de Dom l 5. c.3. §.9.* (*i*) *l.3. ep.9. ad Rogat.* (*k*) *adiſis Zimmerm. in Tertull. §. 235. ad 239.* (*l*) *vid. Mareſ. cont. Prideaux. p.73. Hoſp. def. Chr. p.12. Illyr. in Catal. T.1. p.106.*

Digitized by Google

An. 261. ficium, multóſque doctores aliquot ſeculis non improbâſſe, ſed laudâſſe & credidiſſe. Ita Cypr. ep. 9. ſ. l. 3. ep. 14. Presbyteris & Diaconis Carth. *Nam cùm in minoribus peccatis peccatores agant pœnitentiam juſto tempore, & ſecundùm diſciplinæ ordinem ad exomologeſin veniant, & per manus impoſitionem Epiſcopi & Cleri jus communicationis accipiant* &c. Idem epiſt. ſequente 15. *ante manum ab Epiſcopo & Clero impoſitam*. Et ep. 16. *niſi prius ab Epiſcopo & Clero manus fuerit impoſita.* Apertiùs ep. 17. *Si incommodo aliquo & infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectent præſentiam noſtram, quin apud Presbyterum quemcunque præſentem, vel ſi Presbyter repertus non fuerit, & urgere exitus cœperit, apud Diaconum quoque exomologeſin facere poſſint.* Fiebat ſine hodierna Latinorum formula Abſolvo te à peccatis tuis: ſed in nomine Chriſti, ſeu per gratiæ divinæ implorationem. Neque ſpecialis erat omnium delictorum dinumeratio &c. Ita Firmilianus illuſtris Cæſar. Cappad. Epiſcopus: *Non quaſi à nobis remiſſionem peccatorum conſequantur, ſed ut per nos ad intelligentiam delictorum ſuorum convertantur, & Domino pleniùs ſatisfacere cogantur.* (*m*)

Hora Canonica. *Horarum Canonicarum* ævo Cypriani non modò tempus, ſed & modus differebat: unde l. de Orat. numerum quinarium ponit: ita non modò Clerici, ſed & laici eas frequentabant. (*n*)

Cleric. numerus. §. 23.) Hoc ſeculo, quia Clericorum numerus augeri cœpit, ordinis gratiâ inter *Diaconos*, plura diſcrimina perſonarum facta in quibuſdam Eccleſiis, unde Cyprianus in Epiſtolis meminit *hypodiaconi, lectoris, acoluthi, exorciſtarum*. Extant in Cæſarea Bibliotheca aliqui illuſtres veteres Codices N. T. manu exarati, in quibus lectiones notatæ per totum annum, ita ut, ſicut Judæi Legem & Prophetas, ſic etiam Chriſtiani N. T. ſingulis annis abſolverent: quod ſine dubio *Lectores* præſtiterunt. Inceperunt autem Græci annum à Septembri, finierunt in Auguſto. (*o*) Ita de Rom. Eccleſiæ uſu vid. Euſ. l. 6. c. *μγ*. ubi notandum Exorciſtas non eos denotare, qui in S. Baptiſmatis fonte hodie illum actum adminiſtrant, ſed qui veros energumenos ope divina ſanant, ut ex ep. Cypr. 67. ſeu l. 4. ep. 7. apparet. (*p*) Abrenunciare autem Satanæ, operibus ac pompis ejus cogebantur tingendi adultiores, pro infantibus autem reſpondebant teſtes: (*q*)

De Virgg. ſeu cœlibibus idem Cypr. (*r*) *quòd ſi ex fide ſe Chriſto dicaverunt pudica & caſta, ſine ulla fabula perſeverent, ita fortes & ſtabiles præmium virginitatis expectent: ſi autem perſeverare nolunt, aut non poſſunt, melius eſt ut nubant quàm* &c. Et lib. 4. epiſt. 10. Numidicum Presbyterum laudat, qui in Chriſti confeſſione, uxorem adhærentem lateri ſuo, concrematam

m) vid. Viſſt. Drelinc. T. 2. præf. p. 139. & 141. (n) Zimmerm. §. 127. p. 314. (o) Vid. Lambec. Bibl. Vindib. T. 3 p. 58. (p) Arnd. l. de bapt. à § 53. & §. 91. ſeq. Dallæ. de cultu Lat. l. 1. c. 13. p. 65. (q) Arnd. ib. §. 87. ex Cypr. de diſcipl. & habitu Virg. §. 6. (r) l. 1. ep. 11. ad Pomp.

crematam ſimul cum cœteris, lætus aſpexit. Sic l.5. ep.15. Felicem Presbyterum conjugatum habemus. Cæcilius Presbyter conjugatus ipſi Cypriano Presbytero ſimiliter conjugato uxorem martyrium ſubiturus commendat. (s) An.261

Quinam reditus, ſeu quænam Presbyterorum ſuſtentatio ejus tempore fuerit docet l.4.c.5. ubi *diviſionem menſurnam*, h. e. menſtruam, æquatis quantitatibus, vocat, eáſque partes *ſportulas* nominat. Unde & ii, qui Eccleſiaſticæ partis h. e. talium ſportularum erant participes fratres, ab eodem l.1. ep.9. dicuntur *ſportulantes*. Et quoſdam ſuos Clericos, ob abſentiam ab Eccleſia, punit idem Cyprianus ablatione menſurnæ diviſionis. *Honorem* nominat alimenta, ex 1.Tim.5.17. (t)

De obedientia erga Magiſtratum idem ad Demetr. *Inde eſt, quòd nemo noſtrûm quando apprehenditur, reluctatur, nec ſe adverſus injuſtam violentiam noſtram, quamvis nimius & copioſus noſter ſit populus, ulciſcitur. Patientes facit de ſecutura ultione ſecuritas. Innocentes nocentibus cedunt.*

§.24.) De idolis idem (u) *quid præſtare colentibus poſſunt, qui ſe de non colentibus vindicare non poſſunt? Nam ſi eo qui vindicatur, pluris eſt ille, qui vindicat, tu Diis tuis major es. Si autem iis, quos colis, major es, non tu illos colere, ſed tu ab ipſis potiùs coli debes & timeri ut Dominus.* Et: *pudeat te eos colere, quos ipſe defendis: pudeat te tutelam de iis ſperare, quos tu ipſe tueris.* ib. *quid ante inepta ſimulachra & figmenta terrena captiva corpus incurvas &c.* idem (x) *Sacerdos ante orationem præfatione præmiſſa, parat fratrum mentes dicendo, Surſum corda, ut, dum reſpondet plebs, Habemus ad Dominum, admoneatur nihil aliud ſe, quàm Dominum cogitare debere.* (y) Ergo lingua nota hæc fiebant. Idem (z) *Solus Deus miſereri poteſt: ſolus ille poteſt largiri, qui peccata noſtra portavit, quem Deus tradidit pro peccatis noſtris.* Idem (exhort. ad Mart. c.5.) *quod ſi ante adventum Chriſti circa Deum colendum, & idola ſpernendo hæc præcepta ſervata ſunt: quantò magis poſt adventum Chriſti ſervanda ſunt?* Idem de interpellationibus Sanctorum: in altera etiam vita agens, non quidem mortuos invocavit, ſed viventes, priuſquam ex hac vita diſcederent, admonere cœpit, ut poſt mortem ſui apud Deum memores eſſent. Ita l.1. ep.1. ad Corn. *Memores*, inquit, *noſtri invicem ſimus, utrobique pro nobis ſemper orantes. Et ſi quis noſtrûm prior divinæ dignationis celeritate præceſſerit, perſeveret apud Deum noſtra dilectio pro fratribus & ſororibus noſtris apud miſericordiam Patris, non ceſſet oratio.* Et (a) *durate fortiter, ſpiritualiter pergite, pervenite feliciter, tantùm mementote tunc noſtri* &c. Quæ ſanè nova & privata Cypriani devotio, unde tamen nec invocatio Sanctorum,

s) Arnd. l. cœ'ib. § 29. ex de Dom. l. 2. c. 10. §. 17. (t) Arnd. l. Clerus. § 226. ex de Dom. l. 9. c. 1. § 7. (u) ad Demetr. (x) de Orat. Dom. (y) Dallæ de ador. l. 1. c. 19 p. 161. & l. 3. c. 12. pag 405. inpr. ex ead. Orat. Dom. fusè c. 9. p. 392. (z) ſer. de lapſis (a) l. 2. de habitu Virg.

Digitized by Google

An.261. rum, neque cultus hodie uſitatus ſtabilitur. Ita crediderunt Beatos in genere pro afflictione Eccleſiæ militantis intercedere, neque hoc contra S. Scripturam facit. (*b*)

Vid. an. 254.§.22. Fruſtrà Bell. pro cultu Sanctorum pugnans Cyprianum objicit, quòd l. 3. ep. 6. ſolicitus fuit, ut dies, quibus martyres pro fide animam ponebant, diligenter annotarentur: at hoc non petit ut adorentur, ſed ut commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare poſſimus. Non de iis fidelibus loquitur, ut Bellarminus putat, qui publicè ob fidem occiſi, ſed de iis, qui in carcere vel ex infirmitate, vel ex tormentis, ante latam mortis ſententiam, mortui, quos unà cum martyribus conjungi vult. Addit quidem à ſe celebrari oblationes & ſacrificia ob commemorationem eorum, at nulla hîc invocatio. Ita Ep. 34. de Laurentio & Ignatio martyribus: *Sacrificia pro eis ſemper, ut meminiſtis, offerimus, quoties martyrum paſſiones & dies anniverſaria commemoratione celebramus.* Laudes ſignificat, quas Chriſtiani ſacris anniverſariis Deo dicebant, commemoratis eorum nominibus qui martyrium obierant, ut ipſiſſima Rigaltii verba habent. Ideo Bar. præf. in Martyrol. R. c. 4. verba *ſacrificia pro Martyribus offerre*, ita explicat: *Nemo putet pro peccatis illorum expiandis id fieri ſolitum, cùm omnia mundentur in ſanguine* (Martyrum) (*c*) Ad veſtigia autem & exempla Martyrum atque Confeſſorum ſectanda tales commemorationes fuiſſe inſtitutas ne ipſe Cardinalis negat citatâ præf. in fine.

§. 25.) Memorabile quod de Majorum religione refert Ep. 63. §. 13. ſ. l. 2. ep. 3. *Si quis de anteceſſoribus noſtris, vel ignoranter, vel ſimpliciter non hoc obſervavit & tenuit, quod nos Dominus facere exemplo & magiſterio ſuo docuit poteſt ſimplicitati ejus de indulgentia Domini venia concedi: nobis verò non poterit ignoſci, qui nunc à Domino admoniti & inſtructi ſumus.* (*d*)

Idem Ep. 74. *Si aut in Evangelio præcipitur, aut in Apoſtolorum Epiſtolis, aut in actibus continetur, &c. obſervetur divina hæc & ſancta Traditio.*

Idem in expoſ. Symboli libros Canonicos utriusque Fœderis recenſet, eoſque ab Apocryphis diſtinguit, ac uſum illorum oſtendit.

Conſcientiam Deo ſoli deberi, Presbyteri & Diaconi Romani ad Cypr. ep. 31. §. 1. vel l. 2. ep. 7. profitentur.

Idem ſerm. de bapt. Chriſti: *Sacrificium Chriſti*, inquit, *quod in cruce obtulit, ſic in beneplacito Dei conſtat acceptabile, & perpetua virtute conſiſtit, ut non minus hodie in conſpectu Patris oblatio illa ſit efficax, quàm ea die, quâ de ſaucio latere ſanguis et aqua exivit:* l. 4. ep. 4. *Per Chriſtum Deo Patri ſatisfacere debemus.*

Nonniſi

b) *Vid. Bulling. de Or. err. p. 27. Chemn. Conc. Tr. p. 631. conſ. Hoſpin, de Templ. p. 155. Arnd. l. Sancti. à §. 5.* (*c*) *Vid. Dalla. de Ador. l. 3. c. 3. p. 352. de Dam. l. 7. c. 12. §. 8. Hoſp. d. f. chr. p. 12. a. & à p. 22.* (*d*) *Uſſer. de ſucceſſ. p. 182.*

Digitized by Google

Nonniſi duo Sacramenta agnovit Cyprianus, piéque de illis ſenſit: in S. Cœna corporalem manducationem exploſit. (*e*) Ejus tempore utraque ſpecies exhibebatur, neque panis in os ingerebatur, ſed in manus dabatur. Inter alia ſer. 5. de lapſis: caſus, qui in filiola idololatriæ rea accidit, notatu dignus, in cujus corpore atque ore violato Euchariſtia permanere non potuit: ſanctificatus in Domini ſanguine calix de pollutis viſceribus erupit. Ergo infantes etiam communicabant (*f*) Manu tractabant Euchariſtiam: unde ſer. 1. de idol. *Partem cum cæteris auſus eſt latenter accipere, & contrectare non potuit, cinerem ferre ſe apertis manibus invenit.* (*g*) Panis fermentatus ejus tempore adhibitus, ex oblationibus ſcil. communicantium. (*h*) In carceribus etiam communicabant. (*i*) ubi ergo altaria? Ritum S. Cœnæ quàm ſimpliciſſimè, & nulla prorſus cum ceremoniarum pompa celebratum, atque Domini inſtitutionem unicè ſpectatam idem l. 2. ep. 3. docet: Non eſt, ait, frater chariſſime, quòd aliquis ſequendam exiſtimet quorundam conſuetudinem, ſi qui in præteritum in calice Dominico aquam ſolam offerendam putaverunt. quærendum eſt enim, ipſi quem ſecuti ſint, &c. (*k*) Bis communicabant, manè quidem publicè, privatim ſub veſperam. (*l*) Idem de Orat. Dom. loco elevationis hoſtiæ cordis elevationem commendat. (*m*) An. 261.

§. 26.) Fruſtrà Bellarminus pro Monialibus Cypriani librum de habitu Virginum objicit, quia nihil prorſus ibi agit de S. Virgg. ſed in genere de Chriſtianis Virgg. (*n*) Nec enim in monaſteriis, ſed apud ſuos habitabant (*o*) Gratis autem Spond. ad an. 377. §. 4. duplex S. Virginum in Eccleſia antiqua fuiſſe genus ſomniat, quarum aliæ in monaſteriis, aliæ in domibus paternis egerint: Omnes primitus apud ſuos vixiſſe dicendum fuerat: imò quî monaſteria extrui ſub furioſis tyrannis & inhabitari potuiſſent? Unde Hoſp. (*p*) ſub Conſtantino M. demum Virginum monaſteria & contubernia erecta docet. Neque refert quòd Spond. ad an. 326. §. 13. ex Ruf. l. 1. c. 8. Socr. l. 1. c. 13. Theod. l. 1. c. 18. Soz. l. 2. 1. narrat Helenam Auguſtam Hieroſolymis Virginibus S. prandium exhibuiſſe & famulatam fuiſſe; quia nondum concluditur antehac unà ceu in monaſterio vixiſſe. *Vid. 326. §. 10.*

Ad hunc an. à Bar. referuntur paſſiones *Pontii Diaconi* Cypriani (*q*) ejúsque exilii comitis, ac vitæ conſignatoris: vid. Martyrol. & Hoſp. ad 8. Martii (*r*) Hic Pontius ita inter alia de Cypr. *Judicio & plebis favore ad officium ſacerdotii et epiſcopatùs gradum, adhuc neophytus* (modò S. baptiſmate lotus,) *et, ut putabatur, novellus electus eſt.* Malè hic confunditur interdum *Martyres.*

e) *Lampad. de Conc. T. 2. 159. ſeq. fusè M. Ant. de Dom. l. 5. c. 6. à § 45.* (*f*) *Bona l. 2. c. 19. § 2.* (*g*) *Vid. Zimmerm. §. 132. f.* (*h*) *Dallæ. de cultu Lat. l. 3. c. 2. ex Cypr. de oper. eleemoſ. & ipſe Bona card. l. 1. c. 23. §. 3. & 4.* (*i*) *Caſalius c. 9. p. 73. ex Cypr. ep. 15. ad Clerum.* (*k*) *Bull. or. err. à p. 108.* (*l*) *Arnd. l. Cœna D. §. 12 ex Cypr. ep. 63.* (*m*) *Larroq. de Euch. part. 1. c. 9. p 194.* (*n*) *Plura Hoſpin. de Mon. p. 26.* (*o*) *p. 75. a.* (*p*) *p. 75.* (*q*) *§. 38. 39.* (*r*) *& ad illud Bar. pref. c. 1. f. Mejer Bibl. l. 1. c. 3. § 5. Inpr. Hier.*

Digitized by Google

An.261. dum cnm Pontio præfecto, de quo Bar. 246. §. 9. Spond. ad hunc an §. 7.

Vid. an 303. §. 6. Carthagine ſimul cremati 300. quorum cinis *maſſa candida* dicta. (s)

Ad hunc an. collocantur à Spond. § 7. *Privatus* Epiſc. Gabalitanus, Florentius Ep. Vienn. quos Bar. ad an. 262. §. 58. recenſet. Florentii memoria ad 3. Jan. celebris.

Fructuoſus Epiſc. Tarrac. in Hiſp. cum duobus Diaconis: Spond. §. 8. at Bar. ad an. 262. §. 59. vid. Martyrol. ad 21. Jan. In hujus actis extat, eum à præfecto ſacrificare juſſum reſpondiſſe: *Ego unum Deum colo, qui fecit cœlum & terram, et omnia quæ in eis ſunt.* Ita & ejusdem Diaconum: *Ego Fructuoſum non colo, ſed ipſum colo, quem & Fructuoſus.* Fructuoſus coram judice ſtans reſpexit ad Dominum & orare cœpit intra ſe. *In ipſo igni Dominum precatus eſt.* Reliquias martyrum olim non aſſervatas, ſed reconditas fuiſſe ipſe Bar. ad an. 262. §. 68. atteſtatur, quando ex actis ait, Fructuoſum poſt paſſionem apparuiſſe fratribus & monuiſſe, ut quod unusquisque per caritatem de cineribus uſurpaverat, reſtituerent ſine mora, unóque in loco ſimul condendos (cineres) curarent.

§. 27.) Eodem anno *Ingenuus*, qui Pannoniam regebat, à Mœſiacis legionibus Imperator appellatus, per Celerem Verianum victus atque proſtratus, de quo Trebellius pollio de XXX. tyrannis.

s) Bar. §. 48 49. Korth. 379 Martyrol. ad 24. Aug. Prudent. hymn. de Cypr.

An.262.

JESU CHRISTI *Annus* 262.

VALER. & GALLIEN. } *Imp. An.* 8.

Valeriani Imp. ſatum. §. 1.) Dionyſii P. an. 2. Coſſ. Gallienus IV. & Valerianus junior, pro quo alii habent Petronius Voluſianus. *Valerianus* Imp. à Sapore dolo captus in Perſidem abducitur, ſubſellii loco Regi equum conſcenſuro eſſe debuit. Addit Friſingenſis luminibus orbatum, ignominioſè in Perſarum ſervitute conſenuiſſe. Et Agathias in extrema ſenecta viventi cutem à cervice ad pedes detraxiſſe. (vid. Korth. à p. 395. Rup. hiſt. univ. p. 367.) Sub hoc Licinio Valeriano Rom. Imperium primùm collabeſcere cœpit, undiq; in Imperio R. ſeditionibus & bellis ortis. (a) Ab hoc plures fuerunt, qui oblatū ſumpſerunt

XXX. tyranni. imperium, de quibus Pollio in XXX. tyrannis: fuerunt autem. 1. Syriades. 2. Poſthumus. 3. Poſthumus Junior. 4. Lollianus. 5. Victorinus. 6. Victorinus

a) Chr. Funcc. in Imp. Ger. Rom. p. 34.

Digitized by Google

rinus Junior. 7. Marius. 8. Ingenuus. 9. Regillianus. 10. Aureolus. 11. Macrianus & filii ejus. 12. Macrianus Junior. 13. Quietus. 14 Odenatus. 15. Filius ejus Herodes. 16. Mœonius. 17. Baliſta 18. Valens. 19. Piſo. 20. Æmilianus. 21. Saturninus. 22. Tetricus Senior. 23. Filius ejus Tetricus junior. 24. Trebellianus. 25. Herennianus 26. Timolaus. 27. Zenobia. 28. Celſus. 29. Titus. 30. Cenſorinus. An. 262.

Gallienus

§. 2.) Securè interea *Gallienus* impuriſſimus & ignaviſſimus capto Valeriano regnavit. De illo Eutychius (*b*) Crudelis fuit Galienus in Chriſtianos. Ejus filium captum Perſarum Rex Bahramus capite truncavit, quo audito magna triſtitia affectus Imperator, & à malo Chriſtianis inferendo ceſſavit. In eundem ſenſum Oroſius l. 7. c. 22. & Friſing. l. 3. c. 39. tam miſero ſocii permotum exemplo Chriſtianis mitiorem factum, & datis decretis inſtituiſſe, ut *quo quisque putet more exoret, quod divinum eſt.* (*c*) Inpr. Euſ. conſule l. 7. c. 17. ubi etiam ex altero decreto, quod ad Epiſcopos dedit: Loca illa, quæ cœmiteria nominabantur integram adeundi occupandíque fecit poteſtatem. Unde liquet tunc temporis Chriſtianos nulla adhuc templa, ſeu loca publica, multò minus ſplendida ædificia habuiſſe. Extra urbem autem erant, tandiu à fidelibus, hac accepta libertate, frequentata, uſque quò templa extruere publica licuit: Caſalius dicit (*d*) ceſſaſſe hujusmodi fidelium ſtudia, poſtquam ea, quæ ibi erant ſita corpora ſanctorum ſub Chriſtianis Impp. delata ſunt in urbem. at ſanè templa præceſſerunt translationes. Cœmiteria ab Africanis uſitatè Areæ dicta: quæ non eò frequentata, quòd loca mortuorum cadaveribus oppleta ſanctiora putarent, ſed quod Eccleſiæ loca, præter hæc, ampla & multitudinis capacia nulla publicè & in communi poſſiderent. Itaque cœmiteria & areas noſtris ea tempeſtate eripere idem erat quod iis publicè ad ſacra conveniendi libertatem adimere. Ita in paſſione Cypriani extat, Valerianum & Gallienum præcepiſſe, ne in aliquibus locis conciliabula à Chriſtianis fierent, nec cœmiteria ingrederentur.

§. 3.) Gallieni temporibus invaſiones in Galliam, Italiam, Græciam, Macedoniam, Pontum, Aſiam, Pannonias, Hiſpaniam, Meſopotamiam, Syriam à diverſis factæ. (*e*) Quiscunque verò fuerit Gallienus, prævaluit tamen hoſtibus plurimis, quia pacem conceſſit Chriſtianis. (*f*)

Martyres.

Sub eodem contigiſſe ajunt *Marini* inſignis militis paſſionem, de qua Euſ. l. 7. c. 16. Lat. c. 14. de eodem Martyrol. ad 3. Martii. Hic pro more veterum ſepultus honeſtè dicitur, non autem qnod ullas illius reliquias ſervaverint, vel coluerint fideles.

Paſſus etiam *Theogenes* Hiſpan. Epiſc. 26. Jan.

Montanus in Africa: de quo copioſè Bar. §. 5. 14. 18. 20. item Martyrol.

b) *P. 395.* (*c*) *Vid. Korth. p. 396.* (*d*) *c. 66. p. 268.* (*e*) *Friſing. l. all.* (*f*) *Spond. §. 3.*

Digitized by Google

An.262. tyrol. ad 24. Febr. de eodem, ut & aliis Africanis, Cypriani diſcipulis Korth. 376.ſeq. ubi Flavianum Diaconum uxoratum notabis. (*g*)

Privatus Epiſc. Gabalitanus. Bar. §.58. Martyrol. item Hoſpin. ad 21. Aug. inpr. Gall. Chriſt. T.3. p.726.

Paulus Samoſat. fit Ant. Epiſc.

§. 4.) Eodem anno Demetriano Antiocheno defuncto (alii ad 264. ponunt) *Paulus Samoſatenus*, opido Samoſata oriundus, quod in Syria ad fontes Euphratis ſitum, in gratiam Zenobiæ ſufficitur. Non modò hæreſiarcha fuit impurus, ſed avarus etiam, ambitioſus & luxurioſus. Epiphanius hær.65. non rectè eum ſub Aurelio & Probo Impp. Epiſcopum Antioch. creatum dicit. De illo Eutychius (*h*) *Anno Claudii* 1. *factus patriarcha Paulus, qui annos* 8. *ſedit. Somaiſetanus dictus, quod ex incolis Somaiſet: auctor hæreſeos Paulucianorum.* Illum partim faſtu & animi elatione, partim ſtudio præpoſtero placendi Zenobiæ Palmyrenorum Reginæ, de qua tandem Aurelius triumphavit, in unum congeſſit hæreſes Theodoti, Artemonis, Nœtianorum & Sabellianorum: quas poſtea quoque Photinus ſuo loco propugnavit.

(*g*) Bar.§.16. (*h*) p.396.

An.263.

JESU CHRISTI *Annus* 263.
GALLIENI *An.* 9.

Mala diverſa in Imperio.

§.1.) Dionyſii P. an.3. Coſſ. Gallienus V. & Victorinus, ſeu ut alii Fauſtinus. Hos alii ad an. 262. rejiciunt. Orbis Rom. peſte, fame, bello, terræmotibus atque aliis cladibus duriſſimè vexatus fuit, nec non Ægyptus, ac cumpr. Alexandria civilibus factionibus, ac ſævis mortis graſſationibus, in quibus Chriſtiani vario cum vitæ diſcrimine laudabilia charitatis opera erga ipſos etiam infideles edidere, ubi tamen alii Chriſtiani nonnulli eò etiam abrepti, ut unà cùm paganis miſeros & afflictos expilârint. Acceſſere barbaricarum gentium inundationes, qua occaſione Gregorius Thaumaturgus, Neocæſ. Epiſc. Epiſtolam ſuam, quam Canonicam vocant, ſcripſit de pœnitentia delictorum, quæ XI. Canones complectitur: & d.16.c. quoniam. recipiuntur. Dubitant autem alii, num ſint Gregorii, quod ſi ita, videntur Chriſtiani hac quiete conventuum publicorum domos extruere cœpiſſe. Eam Epiſtolam vide apud Balſam. p 902--916. De hac Bibl. Patr. ed. Baſ. præf. p.12. ipſa Epiſt. in oper. T. 2. p.22. Nimirum Gothis Pontum devaſtantibus, ſicut in bellis fieri ſolet, captivi cibis interdictis veſcebantur, mulieribus vis fiebat: avari alienis opibus inhiabant, exulum bona ac prædia occupantes: inventa alii aut ſervabant, aut reddituri mercedem inventionis

Gregorii Thaumaturgi Canonica Epiſt.

exige-

Digitized by Google

exigebant. De quibus à ſacerdote quodam conſultus hac epiſtola ita re- An.263.
ſpondit, ut agat de eſu ciborum interdictorum, de avaritia, déque pœnitentium locis quinque, de quo poſtremo ita ait: πρόσκλαυσις, extra portas ora- *vid. an.*
torii eſt, ibi peccatorem ſtantem, à fidelibus, qui ingrediuntur, flagitare *266 §.3.*
oportet, ut pro ſe orent. ἀκρόασις intra portam eſt, in loco, quem νάρθηκα *Templi*
(malè κάρθηκα) vocant, ibi ſtat peccator poſt Catechumenos, & inde egre- *partes.*
ditur. Ait enim, ubi audierit Scripturas & doctrinas ejiciatur, nec dignus habeatur, qui precibus interſit. Νάρθηξ Chriſtianis dicebatur Ethnicorum πρόναος. Poſt νάρθηκα erant οἱ πυλῶνες, ingreſſus templi. Deinde Templum ipſum quod dicebatur *Navis* templi. ultimo loco ad Orientem *Abſis* ſeu *Concha* & *intimum ſacrarium*, hodie *chorus*; erant ſepta cancellato opere facta, quibus ſanctuarium à populo diſcernebatur. Dictus aliàs *Tranſenna, Caulæ & Cancella.* At primis temporibus ita fuiſſe diſtincta loca quis credat? ὑπόπτωσις, *ſubſtratio*, intra portam templi, ut ſtans cum Catechumenis egrediatur. Σύστασις, ut ſimul ſtet cum fidelibus, & non exeat cum Catechumenis; non verò ipſe Sacramentorum particeps fiebat. Μέθεξις ἢ κοινωνία τοῦ ἀγαθοῦ (*S. Cœnæ participatio*) & ſic ad τὸ τέλειον, *conſummationem* perveniebat, omnibúſque Eccleſiæ theſauris frui poterat. De eadem materie Bona Lit. l.1.c.16.§.4. *Catechumeni in varias claſſes olim diſtincti: infideles declarabant ſe Chriſti fidem amplecti velle, ac privatim in aliqua domo paganiſmi falſitatem edocebantur: poſt hæc in Eccleſia admittebantur ad conciones audiendas: deinde in eadem Eccleſia precum & orationum participes effecti poterant in genua procumbere: demum datis nominibus in albo eorum ſcribebantur, qui mox S. fonte abluendi erant.* vid. Can.7. Concilii I. Conſtantinop. & Can.95. Conc. Trullani. *Apud Latinos*, inquit, idem, *omnes claſſes ad* 4. *redactæ ſunt: Audientes ab infidelitate ad fidem converti deſiderantes, audiebant in Eccleſia Verbum D. ſed nondum petebant baptiſmum.* 2. *Subſtrati ſ. genua flectentes, audito ſermone procumbebant in genua, & orationum Eccleſiæ aliquo modo participes erant.* 3. *Competentes, in fide rectè inſtituti baptiſmum petebant.* 4. *Electi, qui ex iſtis in albo baptizandorum deſcripti erant.* utut verò hæc diſciplina Eccleſiaſtica ab Apoſtolis tradita non ſit, quod ad ſingulos ritus, pro libertate tamen Eccleſiæ reíque neceſſitate efflagitante, talia præſcribi & exerceri rectè potuerunt: atque utinam majus aliquod & accuratius diſciplinæ exercitium apud plures Eccleſias in uſu eſſet! *(a)* Pulchrè de his Jac. Grynæus. (*b*) Eſt teſtimonium non vulgare & de libertate Chriſtiana in eſu ciborum, & de rigore diſciplinæ in veteri Eccleſia. Eum ad quem Canones hos ſcripſit, Papam nominat: nec uſquam in illis ad Romani Epiſcopi conſtitutiones provocat, nec illius Eccleſiæ praxi ſeſe accommodat, quod utique feciſſet, ſi eum pro Capite Eccleſiæ agnoviſſet. Vel

ff quid

a) vid. Lipſtorp. de Mon. Pap. p.51. Dilheri item Electorum l.2.c.1. (b) præf. in Bibl. Patr. ed. Baſ. p.12.

Digitized by Google

An.263. quid tandem adverſarii dicerent, ſi Romanus Epiſcopus talem Epiſtolam Canonicam, ſeu ejuſmodi Canones conſultus ediaiſſet?

Synod. Alex. contra Sabellium.

§. 2.) Cùm in Ægypto & Pentapoli Sabelliana hæreſis, quæ Perſonarum diſtinctionem aufert, ab ipſo authore validius propagaretur, *Synodus* particularis (μερικὴ) *Alexandriæ* à Dionyſio collecta, quæ Sabellium abdicavit, ut quidem habet Libellus Synodicus. Prior itaque Dionyſius cum Synodo Sabellium judicavit & damnavit. Idem Dionyſius cùm ex officio adverſus illam hæreſin ad Ammonium & Euphranorem nimis accuratè ſcripſiſſet, in contrariam inflecti viſus eſt partem, quaſi non perſonarum tantùm & attributorum, ſed & naturæ ſeu eſſentiæ diſtinctionem ac diverſitatem tueretur. Hinc accuſatum apud Dionyſium Rom. & ab eodem ad *Concilium Romæ* indictum fuiſſe citatum Coriolanus, Starav. Spond. ex Bar. §. 31. dicunt. Idem Collectores Conc. T. 1. ed. Ven. pag. 420. & Pariſ. 542. affirmant, unde Apologia edita ſe purgârit. Et adhuc ſubtilius Annaliſtà noſtro, Dionyſium Papæ mandato paruiſſe, & epiſtolam ad eum miſiſſe cum 4. Apologeticis libris pro ſui defenſione & purgatione, ita ut omnium Epiſcoporum calculis abſolutus fuerit. Reſp. Nunquam vel Dionyſius hic Alex. vel Athanaſius, qui eundem defendit, Rom. Epiſcopum judicem in hac cauſa, vel Caput Eccleſiæ agnoverunt, ita verò hic libro de ſententia illius: *quidam ex Eccleſiæ fratribus rectè quidem ſentientes, qui tamen non interrogaverant eum* (Dionyſium) *ut ab eo ſcirent, quomodo ſcripſiſſet, Romam aſcendunt, & detrectant de eo apud ei cognominem &c.* Quid verò hæc ad Oecumeniſmum? Καταλαλεῖν τινος non eſt aliquem judicialiter accuſare, ſed infamare aliquem; de fama alicujus detrahere. Et verò contigit etiam, ac meritò factum, ut malè errantes accuſati fuerint apud exteros, verùm non ut apud Judices, ſed ut apud veritatis amatores atque patronos. Quia hìc juxta Canones, in ipſa provincia, ubi diſſidium exortum, recurrere ad Synodum provincialem contra Dionyſium non poterant adverſarii, factum ut diffamare eum ubique, inpr. etiam Romæ ſtuduerint. Legibus Eccleſ. cautum fuerat, ut ſi unus Patriarcha in culpa foret, ad alium delatus, aut ad Synodum, ſe purgaret: itaque potuit unus Patriarcha alterius cauſam cognoſcere, ſæpeque hoc factum legimus. Itaque non ſtatim ille Univerſalis habendus Epiſcopus, qui in cauſa & lite judex ſeu arbiter eligitur. Dionyſius Romanus huic Alexandrino ut compareat nunquam præcepit, nec ullum hac in cauſa judicium tulit, ſed epiſtolam nonniſi illi ſcripſit (b) quâ ſignificat, Epiſcopos Synodi ob terminos nonnullos, qui in ejus ſcriptis, offenſos fuiſſe, quocirca ſuadet ſcripto ſe purget, quod etiam fecit. Nulla verò judicis, aut ſuperioris actio ullibi adparet.

Rom. Conc. contra Dionyſ. Alex.

§. 3.) Nec ab Epiſcopo R. ſolo, ſed à toto Concilio fuit monitus, iſque

b) *Athan. de ſyn. arim. & Seleuc.*

idque meritò, quia Romana fuit præ cœteris florens & maximè ſpectabilis An.263.
Eccleſia: idque in hunc factum finem, ut tum ipſa Romana, tum cœteræ Eccleſiæ communionem cum Dionyſio Alex. vel ſervare, vel ei auferre poſſent: proinde ut fidem ſuam declararet, fuit requiſitus. (c) Dedicavit hoc ſcriptum ſive IV. libros contra Sabellium Dionyſio R. ceu amico. Quid mirum, ſi S. hic vir, confeſſione & eruditione clariſſimus, monitus ab eo fratre & Coepiſcopo, apud quem fuit diffamatus? Si tantâ calumniâ ſe liberavit, apud eos præſertim, apud quos eo nomine fuit traductus? At hæc in illo animi promptitudo num forum Eccleſiaſticum erit? Vel núm ne Athanaſius forenſem actionem agnovit? Sanè Romanus Dionyſius Alexandrinum, quid contra ipſum proponatur, certiorē facit, qui illicò apologiâ miſſâ omnibus facit ſatis. Hoc totum quid niſi duorum Epiſcoporum fraterna communicatio? (d) Jurénе itaq; cum Baronio inde Rom. ſupremum judicem in omnibus Eccleſiis concludat quis? Quaſi frater ad fratrem, Epiſcopus ad Coepiſcopum de cauſa communi ſcribens, alterum Dominum, ſuperiorem & judicem agnoſcat. Agnovit ergo Cornelius hunc Dionyſium ſuperiorem, cùm ad eum ſcripſit de Novatiani ſchiſmate. Quòd ſi hic Dionyſius ſuperiorem ſuum & judicem Romanum agnovit, quare in cauſa de rebaptizatione tam animoſè illi reſtitit ſeque Rom. Eccleſiæ fortiter oppoſuit? (e)

§.4.) Hic certè Alex. Dionyſius nec Cornelio, nec Stephano, nec Sixto, ad quos plures dedit epiſtolas, ullum præ cœteris primatum tribuit. Fratres eos appellat, non autem Epiſcopos Oecum. (f) imò Heraclam ſuum anteceſſorem Papam nominat: nec Stephani probat conatum, quo retinctores excommunicare ſtatuit, ſed cum Cypriano & cœteris ſentit, uti Hier. in Catal. teſtatur. Idem apud Euſ. l.7.c.8. ſimpliciter conſilium à Sixto R. petit: & c. 5. Lat. cap. 4. ait Stephanum Syriæ & Arabiæ Eccleſiis doctrina & conſilio vehementer adfuiſſe: non igitur authoritate & mandato, quod tamen planè dicendum fuiſſet, ſi eam Stephanus poteſtatem habuiſſet.

§.5.) *Anatolius* Laodicææ in Syria Epiſc. ſublatus: Bar. à §. 8. de *Anatolius.* eod. Hier. in Cat. & Martyrol. ad 3. Julii. Non ſolùm religioſis viris, ſed & Philoſophis admiranda ſcripta reliquit. De illius promotione Euſ. l. 7. c. 32. quod ad urbem adveniens à fratribus, qui ibi erant, detentus fuerit.

Romæ commemoratio S. Presbyterorum, Diaconorum & aliorum plurimorum, qui peſte graſſante, morbo laborantibus miniſtrantes libentiſſimè mortem oppetere voluerunt: Martyrol. 28 Feb. ex Euſ. l.7.c.17.

Hoc anno Albaniam Britannicam incolentes ſeu Albienſes Scotos *Scotorum converſio.* Chriſti dogma accuratiſſimè amplexatos fuiſſe Uſſerius (g) ex Hectore Boethio recenſet. De eod. Blond. (h) ex Joh. Fordono: *Ante Palladii adventum*

ff 2

(c) *de Dom. l. 4. c. 10. §. 18.* (d) *vid. Suenr. ad an. 261. f.* (e) *Adiſis Blond. de prim. à p. 58. 60. 62. 619. 828. 966.* (f) *Euſ. l. 6. c. 46. & l. 7. c. 5. 9.* (g) *Antiq. Brit. p. 1081. coll. cum p. 636. ſeqq.* (h) *de Epiſc. à p. 314.*

An.263. *ventum habebant Scoti fidei doctores ac Sacramentorum miniſtratores Presbyteros ſolummodo vel Monachos, ritum ſequentes Eccleſiæ primitivæ.* Ex ipſo Hectore Boethio (*i*) *Capere eo tempore* (circa an. D. 263. ſub Findoco) *Chriſti dogma accuratiſſimè amplexari Monachorum quorundam ductu & adhortatione, qui ab incolis cultores Dei ſunt appellati; unde omnes ſacerdotes vulgò Culdei, Colidei, Keldei dicti.* Ergo ſinè Epiſcopis inde abinitio uſque ad an. 430. rexerunt illam Eccleſiam, quo primùm à Cœleſtino P. Palladuis ordinatus. Culdei autem non modò demortuis ordinis ſui hominibus ſucceſſores dederunt, ſed ipſum Collegii ſui Caput, participato cum plebe conſilio, elegerunt & ordinârunt; nec poſt Palladii κατάςασιν concidit auctoritas, quia in diebus illis totum jus Keledeorum per totum Scotiæ regnum tranſiit in epiſcopatum S. Andrææ.

i) Scotor. hiſt. l. 6.

JESU CHRISTI *Annus* 264. GALLIENI *Imp. An.* 10.

An.264.

Nepos. Dionyſii P. an. 4. Coſſ. Albinus & Maximus. *Nepos* Epiſc. Ægyptius, cœtera magnus, doctus & eloquens, qui hymnos ſacros compoſuerat, Cerinthi ſomnium de 1000. annis judaico ſeu Epicuræo ſenſu omnia intelligens, reſumpſit & multis perſuaſit, quem Dionyſius Alex. validè voce & ſcripto confutavit. (*a*) Hunc tamen Apollinaris Laodic. Epiſcopus contrariis impugnare ſcriptis eſt auſus. *Porphyrius.* Eodem anno *Porphyrius* Romam venit ex Græcia, ubi Plotino adhæſit. Omnes autem, qui contra Chriſtianiſmum ſcripſerunt, ingenii ſubtilitate ſuperâſſe cenſetur, quidpe Theologorum gentilium peritiſſimus, de quo Euſ. l. 4. πρὸς. 4. v. 5. Niceph. l. 5. c. 13. inpr. nuper de eo libellum evulgavit doctiſſimum Petrus Lanojus Gallus.

Mazabani Hieroſ. ſuccedit Hymenæus. *Mazabanes* (Μαζαβάνης Euſ.) Epiſcopus Hieroſ. moritur: cui ſucceſſit *Hymenæus*, quem ſediſſe dicunt annos XXXI. vid. Euſ. l. 7. c. ιδ.

Invaditur Imperium. Non modò autem ſub Gallieno diſſoluto principe plures tyranni ſurrexere, ſed plures etiam provinciæ vel rebellavere, vel exterarum nationum invaſiones ſenſere. Germani circa hæc tempora ingentes inſtructas copias in 4. partes diviſere, unde Franci Galliam ad montes uſque Pyrenæos expilârunt: Catti & Saxones Ravennam in Italia ceperunt, & Romæ jam minati ſunt: Pannoniam Suevi ingreſſi: Gothi juncti cum Scythis in Græcia & Aſia minori ruinæ omnia dedere.

a) Euſ. l. 7. c. κγ. ſ. & κδ.

JESU

An. 265.

JESU CHRISTI *Annus* 265.
GALLIENI *Imp. Annus* 11.

Dionyſii P. an. 5. Coſſ. Gallienus VI. & Saturninus: quos alii ad an. 264. referunt. *Odenatus* Palmyrenorum in Syria Princeps, fortibus contra Perſas factis, totius Orientis Dominus fit: tandem vel à Meonio conſanguineo ſuo, quòd Imperatoris titulum aſſumpſerat, vel ab uxore propria Zenobia, quæ Herodem privignum regnare noluit, cum Herode ſublatus, ipſa verò Zenobia ſtrenuè rem geſſit: inſtituta à Longino Philoſpho, deinde à Paulo Samoſateno Epiſcopo Antioch. qui eam judaizantem Chriſtianam vel hæreticam potiùs reddidit.

Odenatus. *Zenobia.*

An. 266.

JESU CHRISTI *Annus* 266.
GALLIENI *Annus* 12.

§. 1.) Dionyſii P. an. 6. Valerianus Gllieni F. & Lucillus: al. Cœſonius Rufinianus. *Antiochena* habita *Synodus* contra Paulum Samoſat. Antioch. Epiſcopum. Crebrò autem Epiſcopi Antiochiæ (ubi nim. cauſa fuerat orta) convenerunt, ejusdem negocii gratiâ: hac autem prima vice convenere Epiſcopi, Presbyteri & Diaconi magno numero, qui plurimis habitis ſeſſionibus eum condemnârunt, & confeſſioni ſubſcribere juſſerunt, nî canonicam ſubire cenſuram malit. Mollius itaque hac prima vice, cum eo actum, quòd nunc & aliàs ſæpe admonitus promiſit ſe revocaturum errorem, verùm quia non ſtetit promiſſis, deinceps, inpr. anno 272. in alio frequenti Concilio Antiocheno damnatus & depoſitus fuit. Tum in gratiam Zenobiæ, quæ illi patrocinata, toleratum fuiſſe in hoc Concilio, tum quòd promitteret emendationem & ſubſcriptionem confeſſionis orthodoxæ ajunt. Habitum hoc Concilium anno 264. Blondello, 265. aliis placet. Extat Synodi Confeſſio T. 1. Conc. ed. Par. p. 544. Hoc autem præſens inter Concilia à Balſamone (*a*) & à Zonara (*b*) non reputatur. Sine dubio quia Paulus virus ſuum occultare potuit, vel quòd ſaniorem mentem promiſit. Affirmavit μὴ εἶναι χριστὸν Θεῷ ἐνυπόστατον, & Deum ita habitâſſe in Chriſto, ut fuerint δύω φύσεις διῃρημένως ἔχουσαι, καὶ ἀκοινώνητοι, πρὸς ἑαυτὰς παντάπασι. In nomine SS. Trinitatis minimè baptizabat. Pſalmos cantari ſolitos vetuit. Ejus diſcipuli

Antioch. Synodus contra P. Samoſat. *P. Samoſat. dogmata.*

(*a*) P. 810. (*b*) p. 285.

An. 266. puli vocati *Samoſateniani, Samoſatai*, Σαμοσατῖται; *Pauliani, Pauliſtæ, Paulianiſtæ*; in Niceno can. 19. Παυλιανίζοντες & ἀνυπόστατοι; Idem docuerunt *Monarchiani*, ita dicti, quòd unum eſſe mundi monarcham ſeu Perſonam divinam ſentirent. Venenum hoc ex Artemonis ſchola hauſtum dicit Lampadius. Confer Danæum in Aug. c.44. iidem adpellati poſtea *Photiniani, Luciani, Marcellini*, à Marcello, qui docuit Chriſtum naſcendo ex Virgine etiam divinitatis initium accepiſſe; & antequam ex virgine naſceretur, Deum non fuiſſe, teſte Aug. de Eccl. dogmatt. c.22. Hos ſecuti *Ariani*, & poſtea *Muhammedani*.

Qui Synodo interf. §. 2.) Et in hoc, & in ſequenti anno 272. habito Concilio infinitus penè numerus Epiſcoporum, Presbyterorum & Diaconorum adfuit: de præſenti teſtatur hoc Euſebius l.7. c.xx. Lat.22. Non dubitandum quin orthodoxa Eccleſiæ Antioch. membra tum vicinos, tum longè poſitos ad iſtud vocârint, ab iiſque poſtulârint auxilium. Tota autem fraternitas ſeu Eccleſiaſticorum virorum collegium hoc negocium tractabat, & ad ſimilia peregrina collegia quoque referebat, tam ad Diaconos & Presbyteros, quàm ad Epiſcopos, unde infiniti comparuerunt. Dignum autem notatu, quòd acciti & quidem etiam famoſiſſimi Epiſcopi apud Euſ. ἐκκλησιῶν ποιμένες, Eccleſiarum paſtores appellantur, adeoque idem cum Presbyteris munus obeunt, niſi quòd Epiſcopi (quemadmodum de Maximo Boſtrenſi refertur) τῶν λοιπῶν ἀδελφῶν ἡγῆσι, præſunt reliquis fratribus. At quid Epiſcopus hodie? In hac Synodo Firmiliani Cappadocis, Græa gorii Cœſareenſis & ſi qui alii, de quibus ib. Euſebius, præcipuæ partes fuere. Ad eam autem Epiſcopus Rom. neque vocatus, neque pro Epiſcopo Oecum. agnitus fuit: contrà Dionyſius Patriarcha Alex. poſtulatus, ſenectutem & imbecillitatem prætendens, literis ſententiam ſuam orthodoxam âperuit, id quod ſi de Romano dici poſſet, procul dubio Magiſterii & Dominii ſignum ſive præſcriptionem explicarent Romaniſtæ. Ita non minus Grægorius Neocæſ. confeſſionem edidit de tribus Perſonis ὁμοουσίοις. Judicavit ergo hoc Concilium de dogmate omnium graviſſimo: utut autem frequentibus congreſſibus Paulum tentârint, occultare tamen & obtegere omnia molitus. Unde vafrum ejus & corruptum ingenium facilè cognoſcas, qualè altera Antiochena Synodus in Synodica ſua depingit. De eodem Polyd. (c) *Hic Paulus vir* (fuit) *intolerabili ſuperbia, ſimulatque eſt Epiſcopatum adeptus, cœpit inter viam præ inſolentia literas relegere, & dictare, multis conſtipato agmine præcedentibus ac ſubſequentibus: unde per hominis arrogantiam plerique Chriſtianam religionem deteſtabantur. Ab hoc Paulo opinor noſtros Pontifices pomparum ordinem, quem nunc ducunt, accepiſſe*, &c. Illuſtre, ita me Deus amet, teſtimonium. Huc refer Ravvium de Concil. c.5. de temporali Pontificis poteſtate p.197. inpr. philalethen de motibus Eccl. Scot. p.180.

§. 3.) Dio-

c) *Inv. l.8. c.5.*

An. 266. Dionyſius Alex. moritur. de eo vid. an. 253. §. 19. an. 263. §. 1.

§. 3.) Dionyſius Alex. moritur d. 17. Nov. poſt ſedem ferè 18. annorum. Olim Heraclæ tum in ſchola, tum in Eccleſia ſucceſſor, nobiliſſimus inter Epiſcopos, ac multis Epiſtolis apud Euſ. clarus: inter eximia virtutis ſuæ documenta, ait Friſing. (*d*) de abjecta Novati præſumptione, paceque Eccleſiæ Dei reddita, Stephano R. P. (quem fratrem nonniſi vocat) ſcripſit &c. ita non minus fratribus per Ægyptum conſtitutis de pœnitentia, in qua Epiſtola conſtitutiones etiam de emendandis delictis fecit: aliam ad Baſilidem, (*e*) ut & ad Eccleſiam Alex. aliam, ſeu librum potiùs, contra Paulum Samoſat. quæ extant in Biblioth. Patr. ed. Par. T. XI. à p. 273. de iiſdem Bellar. Gerh. Friſius, Tirin. ea tamen revera Dionyſii propria eſſe nolunt, unde Mareſius: *Ex præclaris ejus ſcriptis nihil reſtat præter fragmenta illa, quæ leguntur apud Euſ. cum pauculis illis, quæ refert Athanaſius libro de ſententia Dionyſii: quoniam Ariani, quæ ille diſputabat contra Paulum Samoſat. in rem ſuam ſtudebant convertere. Reſtat etiam epiſtola una ſatis brevis, quæ extat inter Canones Eccleſiæ Gr. cum annotationibus Balſamonis.* Confer præf. in Zonaram de Conc. (*f*) Probantur ejus ſcripta apud Grat. d. 16. quoniam. Iſdem cum aliis piis Eccleſiæ doctoribus oppoſuit ſe Stephano Rom. quando excommunicationem Heleno & Firmiliano atque aliis propter rebaptizationis dogma minatus eſt: Euſ. l. 7. c. 5. idem c. 24. refert, hunc Dionyſium ſchiſma in Arſenoite compoſuiſſe, ubi quidem illuſtre exemplum occurrit verè Chriſtiani conventûs & amicæ συζητήσεως ſeu collationis. (*g*) Sub Decio Imp. ad martyrium quæſitus fugâ ſe ſalvavit, poſtea ſub Valeriano expulſus multos in Cephro Libyæ convertit, tandémque à militibus ad aſperiora loca abducendus, ex compoſito à ruricolis captus & ſervatus eſt; reverſus tandem Alexandriam ubi anno epiſcopatûs 17. diem obiiſt. Ejus M. S. apud Lambec. T. 3. p. 231. & T. 4. 229.

Epiſc. Alex. electio.

§. 4.) Hactenus Alexandriæ à Marco uſque ad Heraclam & Dionyſium Epiſcopos, Presbyteri ſemper unum ex ſe electum Epiſcopum nominabant, teſte Hier. (*h*)

Apud Euſ. l. 6. c. 37. Gr. μέ. Dionyſius Novato ſcribens docet Majus ſcelus eſſe ſcindere Eccleſiam, quàm idolis ſacrificare.

Conjugatus fuit hic Dionyſius, unde apud Euſ. l. 6. c. 33. Gr. μ΄. de liberis ſuis loquitur. Idem epiſt. ad Fabianum Antioch. Epiſcopum apud Euſ. l. 6. c. μβ΄. ſcribit, quòd *Chæremon* Epiſc. Nicop. in Ægypto cum multis fidelibus in exilium ejectus una cum uxore grandæva in monte Arabico amiſſus ſit.

Idem nonniſi 6. dies ante paſcha pro jejunio ponit, eóſque diverſimodè obſervatos ait, ut habet Balſamon in canonibus ipſius. (*i*)

Ex com-

(*d*) *L. 3. c. 37.* (*e*) *Vid. Bevereg. T. 2. p. 1. & ſchol. 220.* (*f*) *à V. ed. par. item Dallæ. de uſu Patr. p. 5. Sueur ad an. 265.* (*g*) *Zepper. polit. Eccl. l. 3. c. 4. p. 665.* (*h*) *Epiſt. ad Evagr. Polyd. inv. l. 4. c. 6.* (*i*) *p. 881.*

Digitized by Google

An. 266. Excommunicatis in agone conſtitutis S. Euchariſtiam dare, vel mittere ſolebat, uti Serapioni, quam per puerum transmiſit, & dari præcepit apud Euſ. l. 6. c. 44. (*k*) ubi nihil de auriculari confeſſione, neque de extrema unctione. Ita Euchariſtia ab ingeniculatis non excipiebatur, unde ſimpliciter *Accedere* ad S. menſam huic Dionyſio, & cœteris dicebantur communicaturi. (*l*) Lingua nota omnia fiebant, unde plebs *Amen* dicere poterat. (*m*)

S. Cœna.

Idem apud Æmilianum præſidem profeſſus eſt, Unum ſolum Deum, qui fecit cœlum & terram, adorandum. Euſ. l. 7. c. 10. Gr. ια'.

Chriſtiani non tantùm ad cœmiteria, ſed ad quævis etiam loca ad pœnam illorum à tyrannis deſtinata conveniebant: Eûſ. l. 7. c. 22. (*n*)

Ex eodem Euſebius l. 7. c. 19. Gr. κδ'. *In aliis quidem multis ego amplector & diligo Nepotem* (Millenarium) *vel pro fide ſua, vel pro eruditione & ſtudio Scripturarum, & præcipuè pro exercitio pſallendi, &c. ſed revera plus omnibus & amanda & præferenda eſt veritas. Laudare oportet & abſque invidia amplecti, ſi quid rectè dictum eſt: diſcuti verò & diſcerni, ſi quid minus ſanè ſcriptum eſt.*

Maximus fit Ep. Alex. Porrò huic Dionyſio Alexandriæ *Maximus* ſuffectus eſt (quibusdam Maximianus dictus) cui 18. anni aſſignantur.

Gregor. Thaumaturgus. §. 5.) Circa hæc tempora *Gregorium Neocaeſ.* vulgò *Thaumaturgum*, item *Magnum*, ob varia edita miracula vocatum, mundo vale dixiſſe ultimum Annaliſta cenſet. Seriùs id accidiſſe rectè judicant alii, qui Concilio poſteriori Antiocheno anno 272. celebrato contra Samoſatenum interfuerit. (*o*) Priùs *Theodorus* nominatus. Parentibus gentilibus natus, Alexandriæ primùm Philoſophiæ, poſtea S. Literis deditus fuit, per integrum quinquennium Cæſareæ palæſtinæ Origenis diſcipulus fuit, ab ejus tamen erroribus immunis; unde panegyricon valde juvenis illi recitavit coram magna multitudine, ipſo etiam præſente. Religionem contra Sabellium & Gentiles acriter defendit. (*p*) Inter genuina ejus opera habentur ἐκφράσεις ſeu Metaphraſis in Eccleſiaſten: (*q*) hanc nonnulli perperam Gregorio Naz. tribuere voluerunt. Symbolum etiam compoſuit, quod vulgò Expoſitio, Regula ſ. Formula fidei vocatur; (*r*) ſcripſit contra Ælianum, alii dicunt contra Paulum Samoſ. vocatur aliàs Confeſſio de tribus Perſonis SS. divinitatis, propoſita in Concilio Antiocheno. Dum autem calumniam diluit, quâ plurium

Illius ſcripta.

k) *Larroq. de Euch. part.* 1. *c.* 15. *p.* 296. & 299. *Bona l.* 2. *c.* 17. § 5. (*l*) *Dalla. de Lat. cultu l.* 6. *c.* 1. *p.* 725. *ex epiſt. Dion. ad Baſil.* (*m*) *Idem Dalla. ib p* 723. *ex Euſ. l.* 7. *c.* 9. *Larroq. l. all. part.* 1. *c.* 6. *p.* 124 (*n*) *Bona l.* 1. *c.* 19 §. 3. (*o*) *Vid. Balſam. p* 810. & *Dalla. de ador. l.* 3. *c.* 18. *conf. Euſ l.* 7. *c.* κη'. & λ'. (*p*) *Socr. l.* 4 *c.* 27. *Niceph l* 6. *c.* 17. (*q*) *De qua Hier. item Bibl. Patr. ed. Baſ. præf. p.* 16 & *in opere p.* 94 (*r*) *Eam habet Carolus M. in ſuo Pſalterio Hadr.* 1. *transmiſſo, quam vide Lambec. Bibl. T.* 2. *à p.* 270. *Eadem M. S. extat ib. T.* 3. *p.* 101. & 196. — & 237. & *apud Bevereg. T.* 2. 24. & *ſchol.* 220.

Digitized by Google

rium Deorum cultores Orthodoxi dicebantur, calumniam paſſus, quaſi faviſſet Sabellio, quem defendit Baſilius ep. 64. ad Neocæſ. & de Spiritu S. c. 29. De Canonica ejus epiſtola habes jam ad an. 263. §. 1. Cœtera doctorum cenſuram adhuc experiuntur: vid. Hier. Bell. Gerh. Friſ. Tirin. Mejeri Bibl. l. 1. c. 3. §. 4. inpr. Rivet. Crit. S. l. 2. c. 16. Arnd. à p. 912. & Dallæ. de Patr. p. 13. ubi oſtendit librum, cujus titulus ἡ κατὰ μέρος πίστις, fides ſigillatim expoſita, item XII. Anathematiſmos hujus Gregorii non eſſe, utpote qui contra hæreſes Neſtorii & Eutychetis conſcripti. De ſermonibus in annunciatione & Theophania, item libello de anima ad Tatianum nihil pronunciat Bellarminus, niſi quòd eorum nulla extet mentio apud veteres: ſermones illos ſuis nixus argumentis meritò rejicit Perkinſus. Hujus Gregorii memoria d. 17. Nov. celebratur. An. 266.

Ejus miracula.

§. 6.) De ejus miraculis multi multa, inpr. Baronius, Caſalius c. 68. parabolicum eſſe ſenſum cùm montem tranſtuliſſe dicitur, rectè ſtatuunt. Neque verò negamus propter Gentiles ſæpe Deum miracula per ſuos edidiſſe. Morti vicinus totam diœceſin ac civitatem perſcrutans, cum XVII. tantùm Ethnicos in ea reperiſſet, gratias Deo egit, quòd tot ſolummodo relinqueret infideles, quot is initio miniſterii ſui inveniſſet fideles. Oppidò tamen probè notandum, quòd Gregorius Nyſſ. in vita hujus Gregorii de illo narrat, eum additamentum & quaſi corollarium ſtudii erga Deum apud omnes ubique populos ſanciviſſe, inſtituentem, ut dies conventùsque feſti celebrarentur in eorum gratiam, qui pro fide decertaverant. quæ eſſet autem iſtius inſtitutionis ratio, ſtatim pergens ita explicat; *Cùm animadverteret, quòd propter corporales oblectationes ſimplex & imperitum vulgus in idolorum errore permaneret; quo maximè id, quod præcipuum eſt interim apud eos corrigeretur, nempe ut pro vanis cultibus & ſuperſtitionibus ad Deum reſpicerent, permiſit eis, ut ad Memorias S. Martyrum ſeſe exhilerarent & oblectarent atque in lætitiam effunderentur.* En ſuperſtitionis incrementa! *Ut Paganorum vulgus,* inquit Dallæus (s) *ad ſe traduceret ac retineret, ita inſtituit, ut quæ in Ethnicorum feſtis ad populi oblectamenta fiebant, utpote convivia & ludi, eadem quoque diebus ad Martyrum memoriam celebrandam ſolennibus, apud noſtros fierent, & quod in Baroniano ad ſecundum Tomum indice habetur, Ludos Diis exhiberi ſolitos convertiſſe in honorem Martyrum.* Vide laudatum Dallæum de cultu Lat. l. 1. c. 11. p. 56. adde Hoſpin. de feſt. chr. præf. col. 7. inpr. in ipſo opere c. 3. p. 8. & 13. & 15. Polyd. l. 6. c. 8. Caſal. p. 426. B. C. Non igitur Apoſtolicus eſt uſus. Revera martyr non fuit: Lambec. Bibl. T. 2. 270.

s) *De ador. l. 3. c. 28.*

Digitized by Google

An.267.

JESU CHRISTI *Annus* 267.
GALLIENI *Imp. Annus* 13.

Dionyſii P. an.7. Coſſ. Gallienus VII. & Sabinillus. Dum Eccleſia ſub Gallieno aliquandiu pace fruitur, crevit fidelium numerus, unde ſucceſſor Claudius hoc videns perſecutionem movit.

An.268.

JESU CHRISTI *Annus* 268.
GALLIENI *Imp. Annus* 14.

Dionyſii P. an. 8. Coſſ. Paternus & Arſecilaus.

An.269.

JESU CHRISTI *Annus* 269.
CLAUDII *Imp. Annus* 1.

Gallienus Imp. tollitur.

Dionyſii P. an.9. Coſſ. Paternus II. & Macrianus al. Marinianus. *Gallienus*, aliàs inertiſſimus, contra Aureolum movens, una cum fratre Valerio, & filio Gallieno apud Mediolanum à conjuratis occiſus, Claudium ſive Aurelium Flavium Claudium, ab exercitu electum, à Senatu autem lætante approbatum ſucceſſorem habuit: qui licet vix biennium imperârit res tamen magnas geſſit, refertum hoſtibus imperium invenit, Gothicis inpr. armis afflictum, quos tamen feliciter fudit & diſſipavit. (*a*) Certum in Chriſtianos, ſine dubio ob incrementum illorum, perſecutionem moviſſe, at Romæ nonniſi graſſatum ajunt, unde anno imperii ſecundo edictum promulgavit, ut qui in carcere tenerentur Chriſtiani, vel foris in vulgo inventi absque interrogatione punirentur.

Cyrillam virginem nobilem, ob fidei conſtantiam ſuſtulit. (*b*) ita 46. milites delevit Romæ, d. 25. oct. Bar. §.6. & Juſtinum Presb. Romanum d, 17. ſept. Bar. §.6.

a) Sueur ad an.269. (b) Bar. §.5. vid.28. oct.

JESU

JESU CHRISTI *Annus* 270.
CLAUDII *Imp. Annus* 2.

§. 1.) Dionyſii P. an. 10. Coſſ. Claudius II. & Paternus. Igitur varii Martyres ex Imp. edicto periiſſe Romæ feruntur.

De *Quirino* Bar. à §. 10. item Mart. ad 25. Martii. Multa Legendæ de hoc fabulantur & nugantur ceu de Norici Apoſtolo quodam: vide Urſinum de Eccleſiis Germ. à p. 33. ex Brunnero, Cuſpiniano, Hundio, Metello Monacho, Caniſio & Andr. Presbytero. De eodem Caſp. Murerus tr. de Vienna Auſtr. c. 2. *Circa an 250. fundamenta Chriſtianæ religionis in Bavaria & Auſtria jacta, quando Quirinus in Hungaria, Florianus in Bavaria, Maximilianus in Stiria, Narciſſus & Hilarius Auguſtæ Vindelicor docuere.* *S. Quirinus.*

Quæ tum temporis ratio unius Dei colendi & adorandi fuerit, id ipſe Bar. (*a*) ex Surio docet, utpote quando B. Calliſtus oravit: *Domine Deus, Pater D. N. J. Chriſti, qui diſperſa congregas, & congregata conſervas, auge fidem & fiduciam ſervis tuis, per Chriſtum Dom. noſtrum, qui vivit cum te Deo Patre omnipotente, & Spiritu S. in ſecula ſeculorum.* Sic ibidem Marius & Audifax laudant Dominum: *Gloria tibi Domine J. Chriſte, & gratias tibi agimus Domine.*

§. 2.) Hoc anno Dionyſium P. decretalem ad Severum Epiſcopum Cordubenſem ſcripſiſſe Bar. (*b*) ait: hanc vide T. 1. Conc. p. 417. ed. Ven. & 540. ed. Par. quam jure decollat Pſeudiſ. præf. p. 69. & in tr. à p. 350. Agit autem de parochiarum diviſione, ſeu ut ſingulæ ſingulis dentur Presbyteris, & ut nullus alterius parochiæ terminos ſeu jus invadat. Idem ſe feciſſe Romæ ait: vid. 13. q. 1. c. Eccleſias. quomodo ergo hoc idem aliis anteceſſoribus, utpote Anacleto, Evariſto, &c. tribuitur? Nec ſatisfaciunt, cùm ajunt, in perſecutione Valeriani ab Eccleſiis avulſos Presbyteros, & cœmiteria prohibita, adeoque omnia confuſa fuiſſe: illo verò ſublato, & à Gallieno reſtituta pace, Dionyſium eaſdem parochias & cœmiteria iterum recta ratione aliis Presbyteris aſſignâſſe. (*c*) At nihil omnino in hac Decretali de veteri, ſed de recenti & antehac inuſitato more, tum quod Romam, tum quod cœtera ſpectat loca. Unde primum hoc feciſſe Romæ & alibi auctor des Eſtats affirmat; item Polyd. (*d*) Et rectè M. Ant. de Dom. (*e*) apocrypham, nullius momenti, & multis temporibus poſt Dionyſium confictam Epiſtolam vocat. quare etiam futile atque vanum, quando in eadem Epiſtola Dionyſius à B. Petro primatum ſuper alias Eccleſias ſe accepiſſe gloriatur. *Decretalis Dionyſii P.*

Hoc tempore *Longinus* Orator & Philoſophus tantam ſibi acquiſivit famam, *Longinus.*

gg 2

(*a*) à §. 5. (*b*) Bar. 17. Spond. §. 5. (*c*) Pariſ. p. 542. (*d*) l. 4 c. 9. (*e*) l. 4 c. 7. §. 34.

Digitized by Google

An.271. famam,ut viva diceretur Bibliotheca. Tractatum fecit cui nomen de ſubtili dicendi genere, ubi Moſis, tanquam viri non vulgaris, mentionem facit, inter alios Porphyrium auditorem habuit.

Gorgonius apud Nicomediam patitur hoc tempore: anno autem 764. in Gallias transfertur: Hoſpin. ad 9. ſept.

JESU CHRISTI *Annus* 271.
AURELIANI *Imp. Annus* I.

Claudius Imp. periit. Dionyſii P. an. II. Coſſ. Antiochianus & Orfitus, quos alii ad an. 270. rejiciunt. *Claudius* confecto feliciter Gothico bello formidoloſo, Sirmii in Pannonia lue tactus occubuit, magno omnium mœrore, qui ſane extra odium in Chriſtianos, omnibus imperandi virtutibus inſtructus fuerat. Eundem frater & ſucceſſor Quintillus ſive ſpontanea, ſive violenta morte 17. ab electione die Aquilejæ inſequutus. Hunc *Lucius Domitius Aurelianus*, *Aurelianus.* obſcuro loco natus excepit, homo & æqui amans & delictorum judex ſeverus. Inde confeſtim pace in Pannoniis firmata regreſſus in Italiam adverſus Marcomannos, eam ingenti multitudine & magna ipſius urbis trepidatione, invadentes. Unde magno cum apparatu atque devotione ad illud ſe præparabant. Inde de inſpicendis Sibyllinis libris ſic inter alia Imperator ad Senatum: (a) *Miror vos, Patres ſancti, tamdiu de aperiendis Sibyllinis dubitâſſe libris, perinde quaſi in Chriſtianorum Eccleſia, non in templo Deorum omnium tractaretis*, &c. Inde rectè conjiciunt noſtri, veteres Romanorum libros Sibyllinos non eoſdem fuiſſe, qui poſtea Chriſtianorum, quandoquidem hos legere nunquam Chriſtianis vetiti erant, neque cultum omnium Deorum docebant, ſed damnabant. Victus primo, vicit altero prælio Aurelianus, Marcomannorum reliquias remigrare in patriam coëgit, rebelles Romanos punivit, urbis muros ampliavit

Eodem anno *Plotinus* miſerè periit.

a) *Apud Vopiſcum in Aurel.*

An.272.

JESU CHRISTI Annus 272.
AURELIANI *Imp. Annus* 2.

§. 1.) Dionyſii P. an. 12. Coſſ. Aurelianus Aug. & Baſſus. Quoniam Paulus Samoſatenus abnegatam ſemel & convictam impietatem reſuſcitare fuit conatus, ideo *altera* hac vice congregati *Antiochiæ* infiniti pene Epiſcopi, Presbyteri & Diaconi, qui erroris convictum communi conſenſu damnârunt, & ab univerſa Catholica Eccleſia penitus eum exturbârunt & ejecerunt. Diaconos & Presbyteros male omittit Collector Conc. ed. Pariſ. p. 548. in breviario, de quibus rectè Blondellus (*a*) Epiſcopi olim non tantùm Epiſcopos, ſed & vicinos Presbyteros & Diaconos conſulere ſolebant, ſuis hortamentis eoſdem ad officium excitare, de ſingulis Eccleſiarum ſuarum negociis ad Presbyteros Diaconóſque referre; à Synodis non ad ſolos Epiſcopos, ſed ad Eccleſiarum Clerum abſolutè relatio fiebat: ídque præſenti exemplo comprobat. Inter Synodicos, actores & præſides (*b*) Malchion literaturæ humanioris Antiochiæ Magiſter diſertiſſimus, ac poſtea Presbyter eximius, diſputatione eum ſuperavit, fraudéſque detexit. (*c*) Tam Diaconos, quàm Presbyteros vocant congregati præſules in hoc Concilio Comminiſtros: Samoſato Domnus, Demetriani, Pauli præceſſoris, filius, omni virtutum genere exornatus, Epiſcopus conſtitutus ab Epiſcopis, Presbyteris, & Eccleſiis Dei, prout ex Encyclica Concilii apud Euſ. l. 7. c. λ. conſtat (*d*) igitur Demetrianus Patriarcha in conjugio vixit & filios peperit. Eam epiſtolam mox evulgârunt Patres; non autem ad ſolum Rom. miſſam, prout fingit Starav. ipſa ἐπιγραφὴ docet, quæ ſic ſe habet: *Dionyſio, Maximo, & omnibus ubique in orbe terrarum, collegis, Epiſcopis, Presbyteris & Diaconis, & univerſæ ac Catholicæ ſub cœlo Eccleſiæ: Helenus & Hymenæus, & Theophilus, Theotecnus, & Maximus, Proclus &c. & reliqui omnes Epiſcopi, & Presbyteri, & Diaconi* &c. En æquè Presbyteri & Diaconi ad Presbyteros & Diaconos! num ergo nonniſi auditores fuiſſe dixeris? Num hodie de Papiſticis unquam tale auditum? Imò Malchionem Presbyterum haſce adornâſſe Annaliſta (*e*) ex Hier. adſerit. Quo jure Helenus Tarſenſis præmiſſus vid. Blondel. de prim. p. 530. & 825. Eundem libellus Synodicus præſidem facit, ut & Theodorum Mopſueſtanum, Greg. Thaumaturgum & Anatolium Laodicenſem. Hanc autem Synodum ad an. 274. collocat: Blondel. (*f*) ad an. 265. Alſtedius (*g*) ad an. 269. Certè illo tempore

II. Antioch. Con. contra P. Samoſ.

gg 3 re

a) *De Epiſc. p.* 203. (*b*) *vid. Hier.* (*c*) *Euſ. l.* 7. *c.* κϑ. *L.* 23. *Philalethes de Eccl. Scot. p.* 160. & 163. *m.* & 134. (*d*) *Blond. l. al. p.* 423. *de Dom. l.* 7. *c.* 3. §. 34. *Pariſ. l. cit.* (*e*) §. 10 (*f*) *l. al.* (*g*) *Chron. c.* 33.

Digitized by Google

An.272. re habitum Concilium conſtat, quando Antiochia non amplius ſub Zenobiæ, ſed ſub Aureliani Imp. poteſtate fuit, utpote qui pro Concilii ſententia contra Paulum reſcripſit, ut domo excederet. Non plus, imò non tantum hîc Romano, quàm aliis tributum Epiſcopis inde liquet, quòd illum ad Concilium non vocârint, quem tamen honorem Ægypti, Aſiæ & Ponti Epiſcopis exhibuerunt: nec poſt latum judicium ullam confirmationem ab eodem petierunt, ſed ſimpliciter illi & aliis omnibus hæc ſignificârunt communibus literis: *Iſtum tam Deo adverſarium, támque contumacem, eramus cœtu excludere, & alium ſubſtituere &c. Ac vos de ejus electione per epiſtolam certiores fecimus, ut illi ſcribatis, & ab eo literas accipiatis communis* (κοινωνικὰ γράμματα.) Quid verò tum poſtea etiamſi ordinis gratiâ primo loco Dionyſium nominent? *(h)* abſoluta ergo auctoritate hoc Concilium decrevit, nec aliud à Romano, quàm ab Alex. Epiſcopo requiſivit. (*i*)

§.2.) Obj. Ex Athanaſii libro de Synodis: Dionyſii duo, inquit, Samoſatenſem ſuſtulerunt. Reſp. At hic nullum inter utrunque diſcrimen facit: Quin Concilium Antiochenum præceſſit Papæ Rom. actum, qui ſecutus demum, quando ab Aureliano Imp. præter alios Italiæ Epiſcopos arbiter pronunciatus. Mandatum ſeu voluntatem Romani non expectabat hæc Synodus; quidpe abſque quo damnatus fuit. Hoc tempore jam eſſe deſierat Alexandrinus Dionyſius, imò ne primo quidem Antiocheno Conc. (ubi fucatè recantavit Paulus) etiamſi vocatus, præ imbecillitate corpore adeſſe potuit, ſed ſolo ſcripto in hunc Paulum. Hac Circulari epiſtolâ ſuâ Patres dogmata Pauli perverſa, ejúſque ſcelera grandia deſcribunt, quin & Symbolum ſeu confeſſio edita, quæ reperitur in actis Concilii III. Oecum. parte 3. Concilii Epheſini cap. 5. poſt Cyrilli diſſertationem de incarnatione. Deſcripſit illud Forbeſius Inſtr. I. 1. c. 4. §. 15. confer c. 2. §. 4. Arnd. 1076. Huic acceſſit auctoritas Concilii Niceni, à quo Chriſtus Patri ὁμοούσιος vocatur: imò hoc Concilium in oculis habuiſſe Patres Synodi Nicenæ, Conſtantinop. Epheſ. & Chalced. rectè judicant, ut ex collatione ſummarum fidei edita patet.

§.3.) Quemadmodum igitur Act. 1. & 6. & 15. & 20. v. 17. Apoſtolorum auctoritate Eccleſia convenit, ita hoc loco ſub infideli Magiſtratu Antiochenæ Eccleſiæ Presbyteri communi Eccleſiæ nomine convocârunt: unde ſcribunt: Multos quidem etiam ex remotioribus Epiſcopis literis noſtris ad medendum lethiferæ doctrinæ huc vocavimus &c. Sine dubio autem Malchion non poſtremus fuit, qui ſe Epiſcopo ſuo oppoſuit, ita ex Concilii ſententia ipſe diſputando Paulum confudit, atque etiam encyclicam communi nomine ſcripſit, nec ſimpliciter cum Epiſcopis, Presbyteris & Diaconis ſubſcripſit, ſed plurimis Epiſcopis qui interfuerunt Concilio, in ſubſcriptione præmiſſus. (*k*) Simul itaque hi omnes ſuffragium deciſivum habuerunt

h) Blond. de pr. p. 63. (i) Bullіald. de Luſit. p. 41. (k) Blond. de Epiſc. p. 206.

runt in damnando, excommunicando, alium ſubſtituendo. Ita Zonaras (*l*) teſtatur primùm in hoc Conc. damnatum Samoſatenum. Diſcimus ſolita olim Concilia non tantùm Romanum, ſed æquè alios Epiſcopos atque Eccleſias de actis ſuis edocere, quò ita ab iiſdem etiam rata acta haberentur, communio & unitas obſervaretur. (*m*) Putat nonnemo mortuum jam fuiſſe Dionyſium Rom. quando ſcripta hæc epiſtola: quod ſi ita, rectè colligit, Eccleſiam Orientalem olim non magnum cum Occidentali commercium habuiſſe, quia Concilium iſthoc ignoravit Dionyſium hinc emigrâſſe. Antiochiam autem convocatum Concilium pro veteri inſtituto, quia lis & crimen ibi originem habuit. Quia igitur olim in Synodis juriſdictio δογματικὴ exerceri ſolita, inſcio etiam Rom. Epiſcopo, atque in iis deciſiva ſuffragia tuliſſe Presbyteros & Diaconos æquè ac Epiſcopos certum eſt; evidenter ſequitur, poteſtatem dogmaticam veteres illos Epiſcopos ſibi ſolis non vendicâſſe. Certè propter eandem cauſam omnes convenerunt, eadem ſuffragia tulerunt, eadem poteſtate licet ordinis rationem non tollamus, ſubſcripſerunt, communéſque literas dederunt: planè ſicut Sozomenus (*n*) de Niceno narrat Concilio, ubi ne majus aliquod jus tribuat Epiſcopis, ſubjicit idem Sozomenus, *Aderant etiam unà viri diſſerendi periti, qui illis* (loquitur de Epiſcopis, Presbyteris & Diaconis) *inter diſputandum ſubſidio erant.* Et (*p*) *Omnes ſacerdotes, qui Niceæ congregati fuerunt, ſuffragiis confirmâſſe, Filium eſſe Patri conſubſtantialem.*

§. 4.) Narrant hi Patres in Circulari ſua quanto cum ſtudio atque diligentia antehac Dionyſius Alex. & Firmilianus Cappadociæ Epiſcopus allaborârint in viam reducere Paulum, ne in tam turpem incideret hæreſin: poſtea vivis coloribus vitia depingunt hujus hominis, à quibus num multi ex Latinis Prælati hodie liberi ſint, tu videris. Tandem poteſtatem ſuam judicandi explicant, & eadem ſe uſos teſtantur: *Coacti eramus*, inquiunt, *illum excludere, & alium Epiſcopum, qui huic Eccleſiæ Catholicæ præeſſet, in ejus locum ſubſtituere* &c. ubi particularem Eccleſiam ſcil. Antiochenam, Eccleſiam vocant Catholicam; adeoque Eccleſiæ Rom. ſoli hic titulus non convenit. Quæcunque ergo Eccleſia eſt Catholica, quæ puram & ſinceram fidem retinet. Ita hanc ſuam epiſtolam quoque inſcribunt *Dionyſio, Maximo, & omnibus ubicunque in orbe terrarum Collegis, Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, & univerſæ ac Catholicæ ſub cœlo Eccleſiæ.* Sic Auſpicius, Vaſenſis Eccleſiæ Epiſcopus, *Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus* dictus. (*q*)

§. 5.) Vi igitur Apoſtolici mandati ad Gal. 1. 8. anathemate, & primùm quidem, ut Zonaras docet præf. in Ancyranum Concilium, fuit percuſſus, atque ab Eccleſia extruſus: verùm quia Paulus ex Epiſcopali domo, ejus Eccleſiæ propria, exire noluit: Imperator Aurelianus ea de re rogatus ſenten-

An. 272.

l) de Conc. p. 285. (m) de Dom. l. 4 c. 8. §. 10. (n) l. 1. c. 16. mihi 17. (p) c. 9. (q) Larrcq. de la nature de l'Egl. p. 163. & 166.

Digitized by Google

An.272. ſententiam, ſanctiſſimè quid eſſet agendum decrevit, nulla confirmatione ſingulari à Rom. Epiſcopo petitâ, neque eidem ullo ſpeciali jure ab Imp. tributo, quidpe præcepit ut domus Eccleſiæ illis tribueretur, quibus Chriſtiani Italiæ & urbis Romæ Epiſcopi per literas tribuendam præſcriberent. Si judex & Dominus fuiſſet Epiſcoporum Romanus, ecqui Aurelianus alios & æquales illi judices adjungit? Ne verò inſcitiæ Imperatoris quis hoc adſcribat, Euſebius dicit, eum αἰσιώτατα, convenientiſſimè, vel, ut Chriſtophorſonus reddit, ſanctiſſimè hoc ita feciſſe. Sic demum Paulus ſummo cum dedecore ſecularis Imperii ac poteſtatis authoritate ab Eccleſia penitus extruditur. (r) Atque hinc primatûs & monarchiæ ſuæ arcem extruere, nec abſque fallaci cæmento, ſatagunt adverſarii. *Ergo*, ait Baronius, *Imperator, licet Ethnicus, Romani Pontificis toto orbe poteſtatem, agnoſcebat.* At textus non dicit, cui Epiſcopus Rom. adjudicaverit, ſed cui Epiſcopi κατὰ τὴν Ἰταλίαν (præmittuntur) καὶ Ῥωμαίων πόλιν, qui per Italiam, & civitatem Romanorum. Æquales ergo, qui Romæ vicini, nec Romani fuere mancipia: imò Romanus Epiſcopatus limitibus urbis conſtringitur & includitur. Scilicet Imperator ad preces Romæ oblatas reſpondebat; unde factum, ut Romanum potiùs, & alios Italos, quàm Alexandrinum, aliamve remotiorem, arbitros propoſuerit. Atque ita ſuo exemplo docuit, Gentilis licet, quid incumbat Magiſtratui, ut ſcil. imploratus in caſu neceſſitatis manum Orthodoxis porrigat eoſque defendat. (s) Quare autem ipſum Cornelium non rectà ad ipſum Rom. Epiſcopum, & quidem ſolum, ceu judicem ſupremum, non provocant? Quare Rom. Epiſcopus acquieſcit in hac ratione? ſcilicet quia externam coactionis vim neque Romanus, neque ullus alius Epiſcopus, nec totum Concilium habet. Ita neque Imperator tantam Romano uni poteſtatem tribuit, ut ſolus eſſe arbiter poſſet.

§. 6.) Commentum addunt adverſarii, cùm ajunt, ideo Imperatorem Italiæ Epiſcoporum etiam meminiſſe, quia in hac eadem cauſa Romæ illos conveniſſe ſciverit. At hæc unde habent? Certè hîc Imperator de Sede, vel ſucceſſione Petri parùm ſomniavit, ſed politicam rationem reſpexit, quâ Roma & Italia cæteris præferebatur provinciis; ſive potiùs, quia hi ipſi magis noti fuerunt & in ſenſus incurrerunt. Ergóne vi decreti Imperatorii omnes Italiæ Epiſcopi cum Romano Capita erunt Eccleſiæ, quia judicavit, ei epiſcopalem domum ceſſuram, quem hi epiſcopi pro legitimo agnoſcerent? at verò ideo proculdubio iſthoc ab Imp. factum, quòd ſuſpicatus, rem agi per factionem in oriente, Italos nulli parti addictos, arbitros eſſe debere. Rectè hîc Spond. §.4. *Hæc decernebat Imperator, non aliqua erga Italia Epiſcopos, vel Rom. Pontificem affectione permotus*, &c. politicam itaque cauſam habuit. Profectò ad rem Libertas Gallicana (t) *Hoc exemplo concluditur, Clericos*

r) *l. 7. c. 2. Lat. 24.* (s) *vid. jugulum cauſa. part. 1. 236.* (t) *T. 1. p. 338.*

cos ſeu Eccleſiaſticos viros, imò totam Eccleſiam Chriſti ſubjectam fuiſſe legitimo Magiſtratui (etiam Gentili) *ac in rebus quoque Eccleſ. ejus judicium, ſententiam & auxilium non neglexiſſe.* (u) An.272.

§.7.) Similis Surii fallacia occurrit, quando in Tomis Conc. ad Euſebii verba, hæc in margine apponit: *Nota primatum Romanæ Eccleſiæ.* Quaſi verò Imperator præcepiſſet ut domum occuparet iſte, cui Rom. Pontifex eam adjudicâſſet. Nec minori ſtudio & conatu omnia hæc ad unum Rom. Pontificem Bar. §.18. detorquere intendit, quæ tamen ſingula facilè per ſe in fumum & favillas abeunt. (x) Non ſine cauſa Aurelianum tam Italiæ, quàm Romæ Epiſcopis hoc committit negocium, atque inter utroſque diſtinguit, ſiquidem antea, fatente Marca (y) Synodus Italica & Romana differebant; poſtea verò, fortaſſis ex hujus coitionis origine, unam factam putat; at verò vel per literas agere, vel alibi extra Romam convenire licuit, vel utraque pars privatim negocium tractavit: neque enim de ullo Concilio aliter, quàm ex hypotheſi aliqua, judicare licet. In hac Samoſateni plenaria ejectione meritò Romani Epiſcopi auxilio haut parùm tribuitur, at non ejus ſolius, verùm etiam reliquorum Italiæ Epiſcoporum, dum arbitri conſtituti ab Orthodoxis ſteterunt, & pro illis decreverunt. Et quando hæc tandem omnia à Concilii Patribus omnibus provinciis Orthodoxis, ſignificant, non tantùm Rom. Epiſcopi collatam hanc operam, ſed & cœterorum æquè commendant.

Dionyſius P. moritur.

§. 8.) *Dionyſius* Rom. Epiſc. evolat ad Dominum. Coſtero an. 270. Starav. an. 273. Euſeb. in Chron. 280 aliis 269. d. 26. Dec. Sedit an. 6. Carranzæ. annos 6. m. 2. d. 4. Damaſo, Plat. Star. An. 9. Euſeb. in Chron. & Herm. Contr. annos 9. m. 4. d. 5. Coſtero. an. 11. d. 2. Star. in tab. an. 13. Fridl. Pariſinis an. 11. m. 3. d. 14. Duabus ordinationibus fecit Presbyteros 12. Diac. 6. Epiſc. 7. Sepultus in cœmiterio Calliſti. Duas decretales ſcripſiſſe fertur. I. ad Urbanum præfectum utopicum, quâ eum hortatur deligere atque ſcrutari ut rationabiliter atque ſapienter diſponat ac judicet ea, quæ illi commiſſa ſunt. Eam vid. T. 1. Conc. ed. Ven. p 416. & Par. 237. quam jure proſcribit Pſeudiſ. præf. p. 68. in tr. à p. 349. Ejus exordium abſurdum tale: *Summum bonum eſt amare amantes ſe.* Atqui plures impii ita ſe amant. Cœtera inordinata locorum coacervatio atque applicatio. alteram Epiſt. ad an. 270. §. 2. habes.

Succedit Felix. Firmilianus moritur.

Dionyſium *Felix* natione Rom. excepit: anno 270. Damaſo. an. 273. Starav. *Firmilianus* Epiſc. ad Concilium tendens in ipſo itinere Tarſi vitam finiit d. 28. Oct. (z) alii ad an. 270. ejus mortem reponunt, adeoque etiam hoc Concilium citiùs habitum contendunt.

Circa hæc tempora Trecis in Gallia Venerandus paſſus: vid. Martyrol. & Hoſpin. ad 14. Nov.

(u) *vid. Hoſp. de Mon. p. 128.* (x) *vid. Blond. de pr. à p. 63.* (y) *l. 1. c. 6. §. 4.* (z) *Bar. § 3. 4.*

An.273.

JESU CHRISTI *Annus* 273.
AURELIANI *Imp. Annus* 3.

Perſecutio IX. al. IIX. Felicis P. an. 1. Coſſ. Quietus & Valdumianus: quos ad an. præced. alii referunt. Sub primis Aureliani annis quieti vixere Chriſtiani, poſtea Senatorum quorundam inſtinctu perſecutioni ſubſcripſit, ſicque IX. aliis IIX. perſecutionis cauſam dedit. Cœpta quibuſdam videtur præſenti hoc anno, aliis 277. continuata an. 280. ſub Valerio Probo, & anno 283. ſub Caro Carino & Numeriano. vid. Euſ. l. 7. c. 24. Hanc verò vexationem non perſecutionem dicendam, contra Auguſtinum & S. Leonem contendit Lipſtorp. (*a*) ne ordo perſecutionum valde perturbetur. atque ita ſub Gallieno, Claudio, Aureliano, Tacito, Floriano, Probo, Caro, Numeriano & Carino, interjectis annis ferè 50. halcyonia fuiſſe rebus Chriſtianorum conceſſa.

Ferunt dum Valerianus degit in Galliis, variam exercuiſſe crudelitatem in Chriſtianos. Eam expertus *Symphorianus* Auguſtoduni. Martyrol. & Hoſpin. ad 22. Aug. Bar. §. 9. Illum properantem ad martyrium mater adhortata: *Nate, nate Symphoriane memento Dei vivi &c.* ubi nulla penitus Sanctorum invocatio.

Apud Senonas S. *Columba.* d. 31. Dec. cujus multa narrant miracula Legendæ, quò lectorem remittimus.

De *Patroclo* vid. Bar. §. 3. anni 278.

a) de Mon. Pap. p. 68.

An.274.

JESU CHRISTI *Annus* 274.
AURELIANI *Imp. Annus* 4.

Felicis P. an. 2. Coſſ. Tacitus & Placidianus. Zenobia famoſa & victrix regina ab Aurelio debellata, inque triumphum Romam abducta. (*a*)

a) vid. Sueur ad an. 271.

An.275.

JESU CHRISTI *Annus* 275.
AURELIANI *Imp. Annus* 5.

Felix P. martyr. §. 1.) Eutychiani P. an. 1. Coſſ. Aurelianus Aug. II. & Julius Capitolinus. Aliis hoc, aliis præcedenti anno *Felix Epiſc. R.* ſanguinem fudit pro Chriſto, ſicque exemplo aliis præivit. Sedit an. 2. m. 5. Starav. in tab. an. 4. Carranzæ. an. 4. m. 3. iterum Starav. an. 4. m. 3. d. 15. Plat. & Damaſo. an. 4. m. 5.

m.5. Coſtero. annos 5. Euſ. in Chron. Spond. & Pariſ. an.2.m.5.minus uno dic. Fridl. an. 3. Duabus ordinationibus fecit Presbyteros 9. Diaconos 5. Epiſcopos totidem. Sepultus in cœmiterio ſuo, ubi & Baſilicam fecit viâ Aureliâ, milliario ab urbe. Ejus memoria d.3. Maji occurrit. Decretales tres illi affinguntur. I. Ad Paternum Epiſc. (utopicum tu dic) de vitanda hæreſi & judicio ac foro Eccleſiaſtico, inpr. Romano: in ea autem parum ſani & ſalis. Exprimitur T.1.Con. p.421. edit. Ven. & 555. ed. Par. Eandem Gratianus aliquoties allegat, quam tamen meritò eliminant & relegant Pſeudiſ. præf. p.69. & in tr.353. ſeq. Cocus à p.71. An.275. *Ejus 1. decretalis.*

Secunda ſcripta ad Epiſcopos Galliæ, de authoritate Judicis Sedis Apoſtolicæ, déque Epiſcopis accuſatis. Vide tractatores modò citatos. In hac nugatur ſe cum LXX. Epiſcopis celebrâſſe Concilium, & ſtatuiſſe, Sacerdotes non eſſe accuſandos, & Miſſas ſuper memorias Martyrum celebrandas. (a) Sed epiſtolæ illius ineptias & ſilentium, quod altum eſt, de circumſtantiis neceſſariis, & rationum abſurditas, & compoſitionis perplexitas, & hiſtoriarum veritas facilè probant, ea hoc ſeculo non accidiſſe. Quis enim credat illos LXX. Epiſcopos adeò ineptè ratiocinatos fuiſſe: *Animæ martyrum non ſunt occiſa, ergo nec animæ prædicatorum & doctorum debent perſequi, & à famulatu Dei averti: & per conſequens mandamus, ut ſupra memorias martyrum Miſſa celebrentur, ne memoria eorum poſſit talibus extingui, aut veneratio prohiberi.* *Secunda decr.*

§.2.) De hoc negocio Platina: *Felix martyrum gloriæ conſulens, ſtatuit ut quotannis ſacrificia eorum celebrarentur.* Similiter Polydorus (b) & addit: *Gregorius poſtea ſuper eorundem corpora ut ſacrificaretur voluit, quod Vigilantius omnino reſpuendum cenſuit. Fertur autem Anacletus ejus rei prior fuiſſe auctor. Ex quo conſentaneum eſt, ut poſtea Felix & rem divinam ad martyrum memoriam faciendam decreverit.* Bona: (c) *Legem fortaſſis Felix edidit, ut ſine Martyrum reliquiis nullum templum, nullúmve altare ædificetur.* Confer Grat. de Conſecr. d. 1. c. Solemnitates. De hoc Bar (d) *Conſtitutionem ſuper ſepulchra aut memorias martyrum Miſſas celebrandi, longè ante Felicem I. Eccleſia ſibi vendicat:* id verò inſulsè ex Prophetico & ſymbolico loco Apoc.6.v.9.10. probare intendit, tandemque claudit: *Felicis ergo decretum ſtabiliviſſe videtur, quod abſque ſcripto Canone ſimplici traditione ſervabatur.* Hunc Pariſini ſequuntur Collectores. (e) Ita ergo novitati fucum illinunt, maléque idolomanitæ ſemet torquent. Sed fortè tamen antiquitatem prætendere non ſine ratione videntur, cùm ab Ethnico ritu ſit profectum ejusmodi anniverſaria ſacra peragere: vid. Verg. lib 5. Cic. ad Atticum: & in orat. pro Flacco: Hoſpinianum cumpr. de Gentilium feſtis.

§.3.) Iſdem Felix I. ſtatuit, *ut nullibi, quàm in loco ſacro, & à viris ſacris initiatis ſacrificium Miſſæ celebraretur, neceſſitatem ſemper excipiens*, do- *Miſſa ubi & à quibus celebranda.*

bb 2 cente

a) *Caſalius c. 9. p.72.* (b) *l.6.c.8.* (c) *l. 1.c.19.§.5.* (d) *§.2.Spond.§.1.* (e) *T.1.Conc.p.554.*

Digitized by Google

An.275. cente Plat. Permiſit itaque, ut aliquando etiam non ſacerdotes Miſſas celebrarent, & in locis non ſacratis. Talem neceſſitatis caſum vix admittent hodie Latini. Non modò ergo ordinavit hic Papa, ut celebrarentur Miſſæ ſuper ſepulchra Martyrum (*f*) ſed & dedicandi & inaugurandi templa & altaria mandatum dedit. (*g*) Alii tamen encænia ſeu dedicationes Templorum Felici III. alii Felici IV. inſcribunt. (*h*) *Memoria martyrum* dicta olim non tantùm ſepulchra, ſed etiam ædificia memoriæ causâ extructa, ut liquet ex Aug. l. 2. de C. D. Hinc mos inolevit apud Pontificios ſupponendi ſuis altaribus aliquot oſſicula Martyrum, & Deum deprecandi in Canone Miſſæ nomine Martyrum, miſſificare in honorem illorum, eorundemve nomine Deum deprecari & propitiare, quod eſt cultum ſimpliciter divinum & latriæ, qui in ſacrificiorum oblatione conſiſtit, ipſis deferre. At non potuit hic Felix eo gradu promoviſſe gloriam martyrum, ſiquidem, ut mox videbimus, ejus demum ſucceſſor aliquid conſtituit de eorum ſepultura paulò honorificentiori. Adhæc nomen Miſſæ nondum tunc fuerat natum, nec alia habebant Chriſtiani ſacrificia, quàm ſpiritualia, ſoli Deo offerenda. Conveniſſe quidem Chriſtianos in cœmiteriis, adeóque ſuper ſepulchris demortuorum quadantenus Euchariſtiam celebrâſſe, & ſuas celebres agapas, non inficiamur, quia neceſſitas legem non habebat: ſed præcisè S. Euchariſtiam celebrandi, & S. Synaxes agendi in memoriam martyrum, conſuetudo non inolevit, niſi diu poſt ſedatas perſecutiones & pacem reſtitutam Eccleſiæ. Domatim primi fideles communicabant, vid. Hoſpin. de feſt. Chr. p. 10. circa f. Nec ſilentio prætereundum hoc loco, in V. T. vel exiguum demortui hominis oſſiculum non modò Templum, ubi ſacrificia fiebant, ſed alia quævis loca, & ipſum hominem, qui tale quid contigiſſet, polluere & profanum reddere potuiſſe: unde extra urbes & hominum habitationes cœmiteria fuerant. Tu cum hiſce confer VII. Canonem ſecundi idololatrici Niceni Concilii, qui Canon revera docet, antehac etiam ſcil. in N. T. in templis reliquias Sanctorum non fuiſſe. Sic legibus XII. tabb. ut teſtatur Cic. de legibus l. 2. vetitum fuerat intra mœnia ſepelire. Magna ergo libertate Chriſtiani Romæ uſi ſunt inter ſævas perſecutiones.

§. 4.) Itaque auctor quoque fuit hic Felix, ut dicente Polydoro (*i*) cuncti eo die vicatim feriarentur, quo aliquod templum dedicaretur: voluítque ut ſi de conſecratione ignoratum foret, utpote vetuſtate deletrice monumentorum, denuo conſecraretur, affirmans, non dici iteratum, quod factum eſſe neſciretur. Huc verò ejuſdem Polydori votum ſpectat: *Faxit Deus*, inquit ille, *ut Pontifices noſtri tandem aliquando iſtos feſtos dies utiles reddant! quod facient, ſi minuendos ac caſtè agitandos curârint.* Tu dic, ſi penitus illos, una cum ſuperſtitione omni ſuſtulerint: vid. Col. 2. 16. adde Hoſpin. de Templ. p. 444. 452. & 454. Idem

f) *Larroq. de euch. part. 1. c. 5 p. 70.* (*g*) *Zimmerm* §. 47. *ſeq. Arnd. p. 420.* (*h*) *Hoſpin. de feſt. Chr. 161. b.* (*i*) *l. 6. c. 8.*

Idem Felix eàdem Epiſt. II. *Abſente adverſario non audiatur accuſator; nec ſententia, abſente altera parte à judice dicta, ullam obtineat firmitatem.* Citatur c. 3. q. 9. c. abſente. At nihil minus Inquiſitores obſervant. An. 275.

Tertia Felicis Epiſtola ad Benignum Epiſcopum (quem?) docet errare eos, qui Filium non videre Patrem contendunt, eò quòd Deum nemo vidit unquam. Deinde quoque errare dicit affimantes Filium minorem eſſe Patre, quia ille inviſibilis, Filius verò viſibilis. Proſcribitur à pſeudiſ. præf. p. 69. in tr. 362. à Coco p. 71. Præter barbariem & infantiam bona Epiſtolæ pars, inde ab iis verbis: *Hæc verò Apoſtolorum eſt via,* &c. ex Lucio ſumpta. Mentitur inter alia: à tempore Apoſtolorum ſemper dubia & majora negocia terminum à S. Sede Rom. accipere cenſueviſſe. aſt tempore Concilii Hieroſ. Sedes Rom. nondum extitit, neque in utroque Antioch. Concilio obſervata. *3. Decret.*

§. 5.) Scripſit hic Felix ad Maximum ſeu Maximinum, vel Maximinianum, ſive ad Alexandrinos Epiſtolam, de Chriſti divinitate & humanitate, contra Sabellium & Paulum Samoſat. cujus vix fragmentum extat in Concilio chalced. act. 1. (k) De hoc ita Blondel. in pſeudiſ. præf. p. 33. *Epiſtolæ illius fragmentum exoſculor, quia nihil cum pſeudo-Iſidori quisquiliis habet commune.*

Felicem excepit *Eutychianus* Lunenſis Tuſcus. (Bar. §. 9. Pariſ. T. 1. 555. & 569.) *Eutychianus fit P.*

Plurimos martyres tum Romæ, tum in Italia & alibi occiſos refert Bar. in annalib. & in Martyrol. atque alii, quos vide, ſi lubet.

k) *Apud Pariſ T. 1. p. 567.*

JESU CHRISTI *Annus* 276. AURELIANI *Imp. Annus* 6.

An. 276.

Eutychiani P. an. 2. Coſſ. Aurelianus Aug. III. & Marcellinus. *Martinus Tungr.*

Martinus Tungrenſis Epiſc. ordine VII. ſublatus Baronio ad Martyrol. 21. Junii. Hoc quidpe tempore Alemanni limitanea loca Germaniæ ſuperioris, utpote Moguntiam Wormatiam, Spiram, & Argentoratum invaſere & occupâre. (a)

a) *Lehman hiſt. Spir. l. 1. c. 5. p. 14.*

Digitized by Google

JESU CHRISTI *Annus* 277.
AURELIANI *Imp. Annus* 7.

Manichæi. §. 1.) Eutychiani P. an. 3. Coſſ. Probus atque Paulinus. De *Manete* hæretico hoc anno Annaliſta noſter tractat. De tempore ortæ hæreſeos variant ſententiæ, ut plerunque in aliis fit ratione ſcil. ortûs & progreſſûs. Epiphanio anno IV. Aureliani. Cyrillo Cat. 6. an. II. Probi. Bedæ ſub Tacito. Bell. an. 271. al. 277. Maneten longè à Scythiano Saraceno Philoſopho gentili, & ab hærede ejus Terebintho (Budda aliis vocatur) differre ajunt. *Buddam* Manichæi præceptorem faciunt, qui in Græcis diſciplinis Empedoclis hæreſin ſecutus, qui duo principia inter ſe contraria eſſe dixit, contentionem & amicitiam. E virgine ſe genitum & in montibus educatum mentitus eſt, à Dæmone tortus interiit. Manes è Perſia in Syriam & Aſiam minorem venit, unde longè latéque blaſphemias ſuas diſſeminavit. Syr. dictus מָאנֵי Mane: Gr. Μάνης, vid. Suidam. Aug. de hær. c. 46. Epiph. 66. *Cubricus* prius dictus, quaſi vacuum dolium ex כּוּבָא & רִיק. (a) quod nomen mutavit ne ſervitus ei contumeliæ eſſet. Malè Urbicum nominat Auguſtinus. Manes מאנא Chald. eſt dolium, cui addidit חיא quaſi vitæ dolium. Pulchrè alludunt ad μανίαν, furorem & inſaniam. Manes etiam Manichæus, Gr. Μανιχαῖος, quod tum adjectivè tum ſubſtantivè pro hæreſiarcha accipitur. Diverſimodè hoc vocabulum derivant, at certe origine Græcum haut eſt: nec impedit quòd Aug. dicit, in Græcia diſcipulos ejus vitantes nomen inſaniæ (τῆς μανίας) geminata N. litera, Mannichæum, quaſi Manna fundentem appellaſſe: quibusdam à מִינָאִי מִין hæreticus: eodem ſenſu à מָאֵן renuere, negare. Unde מִינִים Minæi Judæis in genere quivis hæretici dicuntur, in ſpecie verò tum omnes Chriſtiani, tum omnes Manichæi. Danæus in Aug. & Buxt. in Lex. ex Epiph. à Chald. ſeu Babyl. מָאן ſeu מָאנָא vas, organum, σκεῦος. Atque ita cum Cubrico ſeu Cuba conveniet. aliis à מנן benefecit. (b)

§. 2.) Perſa autem fuit Manes, ſervus viduæ Perſicæ, quæ moriens Maneten hæredem ſcripſit, eíque non ſolùm opes magnas, ſed etiam libros fanaticorum hominum Scythiani & Therebinthi, quorum integram hiſtoriam Epiphanius recitat, reliquit. Ex his itaque opiniones ſuas hauſit & ſparſit: conf. Euſ. l. 7. c 27. De eodem Eutychius: (c) *Tempore Bahram Bahrami* (Lex. Tal. Buxt. שבור, Schavur, vulgò Sapor) *Perſarum Regis filii prodiens Mani Perſa, Manichæorum author fuit, aſſerens ſe Prophetam eſſe,*

qrem

a) *Full. l. 2. c. 18.* (b) *Vid. Lex. Martinii. Goldaſt. antiq. alam. T. 3. p. 177. & 179.* (c) *p. 387.*

quem prehenſum medium diviſit Bahram, captos etiam ex ipſius aſſeclis & ſectatoribus 200. *capitibus immerſis luto occidit.* Nimirum quia Manes ſub Medici titulo Perſarum Regis filium extinxit, ideo carceri fuit mancipatus, inde autem aufugiens venit in Meſopotamiam, quem Regis ſatellites ubique perquirentes tandem prehenſum ad Regem reduxerunt, quem ille vivum excoriari, corpus beſtiis devorandum objici, & pellem paleis fartam ante civitatis portas appendi juſſit. Duo is principia ſtatuit, bonum & malum, φῶς & σκότος; ſeu Deos duos, bonum & malum, utrunque tamen æternum? Nunc Chriſti ſe genere formam dictabat, nunc ſemet Paracletum & Apoſtolum vocabat: Legem & Prophetas abrogabat: animas hominis ex Dei ſubſtantia eſſe: nullo pacto bellandum: omnes beſtias rationis eſſe capaces: Chriſtum phantaſma quoddam fuiſſe mentiebatur. Varia de hoc Auguſtinus, utpote hoc ipſo veneno primùm infectus, adi etiam Clem. Alex. Theodor. alios. Tres initio diſcipulos ſeu Apoſtolos elegit, Abdam miſit in Syriam, Thomam in Judiam, Herman in Ægyptum: poſtea emiſit XII. quibus caput dedit, quorum conſiliis epiſcopi LXXII. quos hincinde habuit, uti debebant. Inprimis verò in Perſia radices hæc ſecta egit, tum etiam alibi. Metuo autem ne Thomas hic Manichæus multis impoſuerit, ut eum pro Thoma Apoſtolo, qui prædicarit Indis, acceperint. Quidquid ſit, Maneten ſimiam Chriſti hac in parte fuiſſe ex recitatis apparet. Nefanda hæc hæreſis per Africam, Arabiam & Ægyptum ſparſa per CC. annos & ultrà graſſata fuit, Socrate l. 1. c. 17. teſte.

An. 277.

Vid. an. 44. §. 27.

§. 3.) Sectatores Manetis etiam *Acouanitæ dicti*, ab Acouana ejus diſcipulo: item *Agoniſtæ* ſeu *Agoniſtici*, quòd ſe contra gentem tenebrarum, & illius principem Diabolum, perpetuò pugnare ſuâ vitâ, ſuiſque præceptis dicerent. *Apocaritæ*, conveniunt cum Gnoſticis, animam hominis eſſe aut Dei ſubſtantiam, aut ex Dei ſubſtantia, *Brachitæ* etiam vocati & *Dicartitæ*. Ex Auguſtino alii ſimpliciter ſe Manichæos appellitârunt, alii *Cathariſtas*, h. e. puros, rectiùs *Mundatores* ſ. purgatores, dicebant enim non licere veſci carnibus, alimenta omnia eſſe immunda propter mali principii commixtionem, eámque execrandis purgationibus adhibitis purificabant, adeò quidem ut farinæ, quâ panis pro euchariſtia conficiendus erat, humanum ſemen commiſcerent dicentes, Semine admixto purificari. Omne juramentum Chriſtianis interdictum: Omnia Eccleſiæ Sacramenta negabant, ab ovorum eſu abhorrebant: vid. Aug. hær. c. 46. Dicti *Macarii* h. e. beati, â fortis felicitate. Ibn. Patrik vel Macariſtas, vel Macarios Arab. *Zaddikim* i. juſtos appellat, qui à reliquis hac nota erant diſtincti, quòd nec carnem ederent, nec de ulla alia beſtia, unde etiam nomen Alſamecun, ἰχθυοφάγων adepti. Diſtinguebant etiam Manichæi inter *Auditores* & *Electos*, ut hodie in papatu inter Laicos & Clericos, vel Seculares & Monachos, auditoribus permittebant aliquid

Digitized by Google

An.277 quid amplius, utpote carnibus veſci, agros colere, & ſi vellent, uxores habere, quorum nihil faciebant Electi. In variis itaque Latinis ſimiles. (*d*)

§. 4.) Manes in Perſia è carcere elapſus in Meſopotamiæ urbe Caſchara cum Archelao loci Epiſcopo publicam diſputationem communi conſenſu, judicibus Ethnicis conſtitutis, iniit, in qua turpiter victus, & mox iterum in vicino vico ab eodem Archelao, præſente populo ſuperatus fuit (*e*) quo quidem, & cœteris ejusmodi exemplis noſtri probant, in primitiva Eccleſia Apoſtolos & Epiſcopos, viróſque doctos ſæpe coram populo de controverſiis Eccleſ. diſceptâſſe, & judicium populo detuliſſe, ut apud Clementem 1. & 2. Recognitionum ex pacto coram populo diſputâſſe feruntur Petrus & Simon, dicentes: *Populus in unum congregatus ſit judex de diſputatione noſtra.* Ecqũidni verò etiam in dogmaticis ac graviſſimis fidei capitibus judicium populo deferri debeat, utpote quem Deus non deſtituit donis ſuis, eíque ſalus æquè curæ eſſe debeat: ubi tamen directionem atque inſtitutionem doctorum contemnere neutiquam debet. Syro autem ſermone habitam & ſcriptam eſſe hancce diſputationem Hier. in ſcript. Eccl. in Archelao, poſtea verò Græcè verſam teſtatur. Archelai hujus memoriam d. 26. Dec. celebrant. Varii autem alii impuram hanc hæreſin impugnârunt, de quibus Bar. §. 46. Spond. §. 14. Draudius, alii. ut verò plerique hæretici, ita & Manichæi ſcripta ſuppoſuerunt & pro ſacris venditârunt. Apoſtolorum nomine conſcripſiſſe falſas hiſtorias fidem facit Auguſtinus libro de fide contra Manichæos. Varii inſuper ejus diſcipuli fuerunt, qui illius hæreſin propugnârunt, utpote Fauſtus Manichæus, Felix, &c.

§. 5.) A Scythiano, ut jam monuimus, vel potiùs ex libris ipſius, atque à *Therebintho*, quem Buddam etiam vocant, Manes inſaniam ſuam hauſit, qua occaſione Blondellus (*f*) probat Presbyteros eoſdem olim fuiſſe qui Epiſcopi, ex Epiph. hær. 66. dum ait: *Scythianus Arabs Manetis fons, ab Hieroſolymitanis, Noëtus Aſianus ab Epheſinis Presbyteris confutati ſunt.* Ibidémque corrigit Epiphanium, quòd Scythiani turbas in Apoſtolorum ætatem confert. Itaque à Presbyteris ſeu Presbyterio Hieroſolymis Scythianus advocatus, examini ſubjectus, convictus & hæreſeos damnatus fuit. Sic Libellus Synodicus ad an. 277. Meſopotamicam Synodum facit, collectam ab Archelao Carcharorum vel Caſcharæ in Meſop. Epiſcopo & Diodoro ſacerdote contra Manem infernalem, & Diodoriadem Presbyterum. Atqui plebs etiam interfuit & gentiles judices. Ergo Manichæi primò non ab Epiſcopo Rom. judicati & damnati fuerunt.

Timæus fit Ant. Ep. §. 6.) Defuncto *Domno*, poſt 5. annorum Sedem in Eccleſia Antiochena, *Timæus* ſuccedit. (*g*) alii ejus diſceſſum ad an. 275. rejiciunt.

d) Vid. Chemn. Conc. Tr. p. 793. Roſſum, alios, inpr. le Sueur ad an. 277. (e) Bar. d §. 13. (f) De Epiſc. p. 199. & 200. & 289. (g) Bar. §. 47. Spond. §. 15.

JESU

Digitized by Google

An.278.

JESU CHRISTI *Annus* 278.
TACITI *Imp. Annus* 1.

Aurelianus Imp. perit.

Eutychiani P. an.4. Coſſ. Paternus & Probus II. Eo ipſo tempore quo *Aurelianus* movere arma in Perſas conſtituit, edicta de perſequendis Chriſtianis renovat, quem tamen Regum Rex ab executione prohibuit, dum enim inter Byzantium & Heracleam minatur uni ex præcipuis ſuis Mneſtheo nomine, ab eodem præventus, auxilio aliorum conjuratorum interficitur, in Chriſtiani ſanguinis ultionem. Poſt menſes VII. ei tandem *Claudius Tacitus* ſuccedit. Is quia ex celebris ſcriptoris Taciti proſapia originem ſe ducere agnovit, proinde mandavit, ut hiſtoria ipſius ſtudioſè in Bibliothecis aſſervaretur, & magno numero deſcribi præcepit. Et tamen impedire non potuit, quò minùs plures ejus libri perderentur. Idem Imperator ſtatim ad omnes provincias datis reſcriptis, perſecutionem Chriſtianorum ubique ceſſare jubet. Ingens Romæ gaudium, quòd Imperatorem eligendi cura & poteſtas ad Senatum rediiſſet. Volunt tamen alii, oblatam quidem à militia poteſtatem Senatui, verùm non perpetuam, neque acceptâſſe Senatum, quia metuerit, ne fortè diſpliceret à ſe electus.

Tacitus fit Imp.

JESU CHRISTI 279.

An.279.

PROBI *Imp. Annus* 1.

Tacito Probus ſuccedit.

Eutychiani P. an.5. Coſſ. Tacitus Aug. II. & Fulvius Æmilianus. Tacitus menſe Imperii VI. in expeditione Mœotica vel interemptus, vel ut alii volunt, morbo interiit, quem mox germanus *Florianus* imperium invadens ſequutus. Poſt quos omnium ſuffragio. *M. Aurelius Valerius Probus*, è Pannonia oriundus fuit electus, virtute & merito egregius, unde ejusdem quoque electio grata fuit Senatui. Aliquandiu pace quoque gaviſa Eccleſia ſub hoc Imperatore, averſus autem à Magiſtratibus, Chriſtianis in fenſiſſimis, tum etiam ab impuris hæreticis Manichæis.

Germani inpr. Thuringi, Romanos cis rhenum fundunt. (a)

a) *Chron. Franc. contin. p. 15.*

Digitized by Google

An.280.

JESU CHRISTI *Annus* 280.
PROBI *Imp. Annus* 2.

Eutychiani P. an.6. Coſſ. Meſſala atque Gratus. Gallias à barbaris liberat,pacémque Chriſtianis concedit.

An.281.

JESU CHRISTI *Annus*.281.
PROBI *Imp. Annus* 3.

Eutychiani P. an.7. Coſſ. Probus Aug. IV. & Tiberianus. Sarmatas in Illyrico debellat. Creverat quidem Eccleſia tempore pacis ſub hoc Imp. Antiochiæ tamen *Trophimus*, *Sabbatius* & *Dorymedon* ſublati reperiuntur d.19. ſept. (*a*) eò quòd avertere ab idololatria ſeu ab Apollinis cultu cives ſtudebant.

a) *Bar.* §.1.

An.282.

JESU CHRISTI *Annus* 282.
PROBI *Imp. Annus* 4.

Eutychiani P. an.8. Coſſ. Probus Aug. V. & Victorinus. Gothos in Thracia, & latrones Iſauros domat, Blemyas ſubigit,cum Parthis & Perſis pacem componit. Franci in vindictam ſuorum in Galliis interemptorum variè in Romano Imperio graſſantur.

An.283.

JESU CHRISTI *Annus* 283.
CARI *Imp. Annus* 1.

Probo Carus ſuccedit.

§. 1.) Eutychiani P. an. 9. Coſſ. Carus & Carinus. *Probus* Imp. duobus filiis Carino & Numeriano coadjutoribus renunciatis, ſpectaculo etiam exhibito, in Perſas proficiſcitur,eóſque vehementer affligit,unde Perſarum dictus Imperator, ipſe tandem apud Sirmium à militibus interimitur,

Digitized by Google

tur, (*a*) & M. Aur. Carus illi ſufficitur. Accenſa fuit perſecutio ſub Im- An. 283.
perio Cari ejusque filiorum. Antiocheno Epiſcopo *Timæo* ſublato *Cyrillus* *Cyrillus*
ſubſtituitur. (*b*) In eadem Eccleſia Presbyter fuit *Dorotheus*, natus Eunu- *fit Antioch*
chus, unde juxta can. 1. Conc. Niceni Clericus fieri potuit. Græca & He- *Ep.*
bræa fuit doctus, Euſebii præceptor. (*c*) Imperatori Ethnico charus propter *Dorotheus*
eruditionem, ab eóque in familiam ſuam aſcitus, & præfecturâ purpuræ tin- *Presb.*
gendæ Tyri honorificè donatus (*d*) tandem ad martyrium raptus à Juliano
annos natus 105. (*e*) alii 107. ponunt. Hinc Eccleſiaſticos obire poſſe munia
politica contendunt. At hi principales in Dorotheum favores præceſſiſſe
ejus ordinationem ad Presbyteratum noſtri reſpondent. Ita Ambroſius à
profana præfectura ad Epiſcopatum fuit evectus. Neque etiam ſingulare &
extraord. exemplum univerſaliter concludit: pone cum adprobatione &
conſenſu cœtûs fidelis, in bonum & ſalutem totius Eccleſiæ noluiſſe Impera-
tori hoc denegare, ita ut vel alium ceu vicarium habuerit, vel officio Eccle-
ſiaſtico ceſſerit, & aliis quoque idoneis id reliquerit, ſaltem ut hac ratione
conſulere Eccleſiæ rebus poſſet. Meritò Sixtus Sen. (*f*) & cœteri erràſſe
judicantur, qui Tyri Epiſcopum fuiſſe dixerunt, cùm ex Euſebii ſententia
Tyrius quidem fuerit, at nonniſi Presbyter Antiochenus. Adi omnino Lam-
bec. Bibl. T. 3. p. 49. f. ſeq. item à p 173. & 231. ubi etiam Baronius cor-
rigitur.

§. 2.) Plures autem Dorothei in hiſtoria occurrunt nec ignobiles:
Nicomedienſis cubicularius Diocletiani, à quo etiam propter veritatem la-
queo fuit ſtrangulatus. (*g*) Plures Martyria ſubiere, de quibus Martyrol. &
Menologia. aliqui Monachi ſeu Eremitæ. Eremita Thebanus, de quo Tri-
part. (*h*) fortè quem alii Archimandritam nominant; vide Palladium in
Lauſiacis. (*i*). At de quo hìc, Edeſſæ in Syria ſub Juliano martyrio corona-
tus. Hunc ergo auctorem *Synopſeos* non eſſe Baronius cum rationibus ne- *Synopſis*
gat, tum quia in Græcorum Menologio auctor ſcripti Romæ & Latinè qui- *Doroth.*
dem illud edidiſſe aſſerit, tum quia accuratiſſimus Hieronymus, nullam pror-
ſus de eo mentionem facit, nec & Euſebius, Gennadius, Trithemius. Ad-
ſtipulatores habent Gerh. Arndum, cœteros. Eum Tirinus ad an. 363. collò-
cat. Plenam eſſe, illam Synopſin narrationibus fictis & mendacibus ipſe Bel-
lar. & Bar. (*k*) & Poſſevinus aſſerunt. Mendacia ejus multiplicia ordine
recenſet Blondel. de Epiſc. à p. 104. Alterius cujuſdem abbatis eſſe hoc
opuſculum, ita inſcriptum in Vaticano ſe legiſſe idem Baronius in Martyrol.
R. ad nonas Junias ait. Dorotheum à tam acri cenſura excuſat de Dominis
(*l*) & cum Coco (*m*) atque Riveto (*n*) ſpicula in eosdem retorquet, dum

ii 2 Bellar-

a) *Vid. Rupert. hiſt. Univ. 388 i.* (*b*) *Bar. §. 9.* (*c*) *Euſ. l. 7. c. 26. Gr. λβ'. Niceph. l. 6. c. 32.* (*d*) *Idem Euſ. l. 8 c. 1. Sueur ad an. 283. p. 267.* (*e*) *Idem c. 6. Gr. ς'. Martyrol. 5. Iunii.* (*f*) *Bibl. l. 4.* (*g*) *Euſ. l. 8. c. 6.* (*h*) *l. 8. c. 1.* (*i*) *c. 36. & 97. item c 1. p. 15.* (*k*) *An. 33 §. 40. & an 45. §. 44.* (*l*) *l. 4. c. 1. §. 3.* (*m*) *à p. 224.* (*n*) *Crit. S. l. 3. c. 3.*

An.283. Bellarminus (o) conatur ex hac ſynopſi probare, Petrum Epiſcopum Romæ fuiſſe, qui tamen libro de Script. Eccl. hujus tam fabuloſi libri non meminiſſet, niſi vidiſſet à multis citari & magni fieri. Bellarminum etiam Baronius atque cœteri inſequuntur, quibus familiare, eundem authorem modò approbare & in cœlum evehere, dogmata inde ſua ſtabilire, ubi favere videtur: modò ſibilis excipere, diris devovere & exſecrari illum eundem, ubi ipſis adverſantem invenerint. De hoc ſcripto vid. Bibl. Patr. ed. Baſ. præf. p. 10. & in opere p. 195. ad 368. in edit. Pariſ. T. VII. col. 91. Agit autem illa Synopſis de vita & morte Prophetarum & LXX. diſcipulorum, ut & XII. Apoſtolorum. Alius Dorothei ſermones XIX. Græci, cum vitis S. Patrum, Antonii, Sabba Junioris, Euthymii, Athanaſii: & de martyrio Sanctorum Euſtratii, Auxentii, Eugenii, Mardacii, & Oreſtis, Græcè in Vaticana extant. Et Dorothei Patris S. liber quidam Græcus, & alius de dilectione, & doctrinarum capita 21. item opus monaſticum: omnia Græcè.

§. 3.) Circa hæc tempora *Euſebius* & *Anatolius*, Laodicææ Syriæ ordine Epiſcopi fuere. (p) Ex quibus Anatolius natione Alexandrinus, in S. & profana literatura tinctus, ſcripſit inſigne volumen de Paſcha & de arithmetica inſtitutione libros X. (q)

Eutychianus P. tollitur. Inprimis etiam Romæ graſſatus fuit perſecutionis æſtus, unde *Eutychianum* P. abripuit. Bar. §. 4. Martyrol. ad 8. Dec. Sedit an. 1. juxta Carr. at an. 1. m. 1. d. 1. Damaſo, quem Platina ſequitur, addens, eſſe qui ſcribant, eum an. 8. m. 10. in Pontificatu vixiſſe. Annos 9. m. 6. d. 9. Coſtero. annos 8. m. 5. Starav. in tab. an. 9. Veroni an. 8. m. 6. d. 10. Aux Eſtats an. 8. m. 6. d. 24. Pariſinis an. 8. m. 5. & dies quoſdam. Euſ. in Chron. & hiſt. ei octo duntaxat menſes dat. Sepultus in cœmiterio Caliſti. Quinque ordinationibus fecit Presbyteros 14 Diaconos 5. Epiſcopos 9. Duas Decretales ſcripſiſſe perhibetur, quas recenſet T. 1. Conc. ed. Ven. à p. 426. ed. Par. à p. 570. utraque teſtimoniorum ad rem minimè pertinentium congeriem continet. *Prior ejus Decretalis.* Prior ſcripta ad Johannem & omnes Epiſcopos Bœticæ provinciæ adv. Paulum Samoſat. quâ docet, Chriſtum ſalva proprietate utriuſque naturæ, verum Deum, & verum hominem exiſtere. Jure eam rejicit Blondellus in Pſeudiſ. præf. p. 69. in tract. 365--370. Prior & potior illius pars Epiſtolæ ex Hilario de Trinitate deſumta (r) Ibi: *Unum hoc immobile fundamentum, una hæc felix fidei petra, Petri ore confeſſa: Tu es Chriſtus* &c. Eccleſiæ igitur Petra fides eſt, juxta Papam R. Ergo non Petrus, multò minus ſucceſſores.

§. 4.) Ib. Conſtituit, ut hæ ſpecies, quas non licet offerri in altari, ſimpliciter à ſacerdotibus domi benedicerentur: utque fabæ tantùm & uvæ, & cœtera, quæ Apoſtoli conſtituerunt, ſuper altare offerantur. De his ita Platina, *inſtituit ut in altari frugibus benediceretur, maximè verò faba & uva.* Horum igitur author Eutychianus. At neque hodie amplius in Eccleſia Rom.

o) de Rom. Pont. l. 2. c. 4. (p) Bar. à §. 19. (q) Friſ. (r) vid. Cham T. 2. l. 13. c. 21 §. 4.

Rom. in uſu. Contra Manichæos inſtitutam hanc benedictionem ajunt (s) qui à mali principio creaturas omnes exortas, ideoque execrabiles eſſe dicebant atque iiſdem maledicebant. Reſp. 1. Altaria, quorum hìc mentio fit, Eutychiani ævo adhuc nulla erant materialia, ut ex Origine & aliàs demonſtratum ivimus (t) 2. Ritus conſecrandi fruges novus eſt, Moſaicus, non Chriſtianus. 3. Superſtitio eſt, ſi nonniſi à ſacerdotibus benedici poſſe fruges, idque vel in Templo nonniſi, vel in domo ſacerdotis putentur. (u) An. 283.

Ita hunc Papam 342. martyras ſua manu ſepeliviſſe dicunt. At quomodo hoc conceſſerunt Judices Ethnici, ut corpora martyrum honorificè ab hominibus ejuſdem confeſſionis ſepelirentur: Adde quòd videatur hoc infra dignitatem Epiſcoporum Rom. Certè hodie non imitantur, ſed judices & inquiſitores agunt. Inſuper jam antea dudum vigebant, ut ipſi prætendunt adverſarii, inter Ordines Eccleſ. Miniſtri ad id officii genus ſpeciatim deſtinati, quos Ignatius, aut quisquis ille ſit, in Epiſt. ad Antiochenos (x) κοπιῶντας i. e. laborantes nominat; revera autem, judice Meſtræo, notis ad Ignatium, Sandapilarii erant.

Ejuſdem furfuris videtur, quod de Eutychiano adjicitur, conſtituiſſe ut *nullus fidelium martyrem ſepeliret ſine dalmatica, aut collobio purpurato* i. e. tunica ſine manicis (y) at ſanè illa tempora ſævientis perſecutionis has curas Epiſcopis non permittebant, neque omnibus fidelibus ſumptûs, tantum abeſt ut de veſtiendis mortuis aliquid ſpeciatim eximius Chriſti teſtis, circa ejuſmodi nugas & hiſtrionica, veſtiendos ſcil. mortuos, occupatum fuiſſe credamus. Ergo ſanè ſepeliebantur olim martyres.

§. 5.) Altera Decretalis Epiſcopis Siculis, ubi accuſationis ordinem in negociis Eccleſ. præſcribit, & ad fidem atque pietatem hortatur: conf. Grat. 2. q. 6. non ita. & 1. q. 8. Quiſquis ille & 3. q. 4. nulli unquam. eam decollat Pſeudiſ. præf. p. 69. in tr. 370. ſeq. *Altera Decret.*

Inter alia de poteſtate clavium: *Dominus in Evangelio poteſtatem Apoſtolorum, eorúmque ſucceſſorum annuncians ait: quorum dimiſeritis peccata &c. id eſt, ait ille: quibus Eccleſiam interdixeritis, niſi reconciliati per ſatisfactionem fuerint, ipſis & janua regni cœleſtis clauſa erit.* Adeóque poteſtatem excommunicandi, ſeu excludendi à communione Eccleſiæ intelligit: proinde nihil aliud, quàm quod Matth. 16. Petro dat: ita ut parem poteſtatem omnes acceperint.

Ib. Quid abſurdius quàm quum dicit: *Non tantùm Eccleſiaſticas, ſed & politicas leges prohibere recipere ſeu admittere accuſatorem contra Chriſtianum religioſum, ſi is accuſator contemptui, aut neglectui habeat religionem Chriſtianam.*

ii 3 §. 6.)

s) *Bar.* §. 15. *Pariſ. T. 1. p. 570.* (t) *Zimmerm.* §. 46. (u) *Novit. Mol. l. 3. c. 5 Hoſpin. de Templ.* 465. (x) *pag.* 96. (y) *Bar.* §. 16.

Digitized by Google

An. 263. §. 6.) Alia inſuper decreta ex Gratiano & aliunde Eutychiano tribuuntur, ubi tamen hæc additur cautio T. 1. Conc. ed. Ven. *Si in ipſo Eutychiani nomine error non eſt.* Unde certè ipſi certi non ſunt. 1. *Non obediendum Epiſcopo, qui pro hæreticis Miſſam canere jubet.* 11. q. 3. Si quis. ubi addunt Collectores MORTUIS, quia pro vivis & aliis malis etiam ſpeciali oratione licitum ſit orare. At verò mortui à ſolo Domino judicandi, & jacebit arbor prout cecidit. 2. *Abbatiſſa præſumens velare virginem, vel viduam, excommunicetur.* 2. q. 2. ſtatuimus ut. Aſt tunc nec Abbatiſſæ erant, nec aliæ monaſticæ. 3. *Fidelium conſortio careat, qui pœnitentiam perjurii agere noluerit.* 22. q. 1. prædicandum. 4. *Membra detruncans, domos incendens, abſque judiciali authoritate, excommunicetur.* 23. q. 8. ſi quis membr. Rectè hìc M. Ant. de Dom. (z) infert: Coactionem in Eccleſia veram nullam eſſe, quia in Eccleſia nullæ ſint pœnæ corporales, quidpe eas ſolus politicus Magiſtratus infert. 5. *Si quis gentilis gentilem uxorem dimiſerit ante baptiſmum; poſt baptiſmum in poteſtate ejus erit, eam habere, vel non habere.* 28. q. 1. ſi quis gent. 6. *Et infidelem diſcedentem fidelis ſequi non cogitur.* Grat. ib. Confer 1. Cor. 7. 10. ſeqq. 7. *Synodale juramentum, quòd Epiſcopus à parœciæ cenſoribus ſeu teſtibus exigit.* 35. q. 6. Epiſcopus in Synodo. Antichriſtianiſmum & monarchiam penitus ſapit, quæ tunc temporis alieniſſima fuerat. 8. *Ut malum ebrietatis vitetur.* 9. *Quod Epiſcopi & Dei Miniſtri ebrietate non debeant gravari.* 10. *Quales perſonæ ſacerdotum epulis intereſſe debeant.* (a) 11. *Clericis cedant primitiæ.* 3. Decr. tit. 30. de decimis. c. 1. conf. Polyd. l. 9. c. 24.

Alia decreta.

Offertorium. §. 7.) *Offertorium* quoque inſtituiſſe nonnulli putant. De hoc Platina: inſtituit ut in altari fruges benedicerentur. Benedictione opus eſſe Paulus docet 1. Tim. 4. 4. Chriſti exemplum Matth. 14. 19. Marc. 8. 6. ſeq. Idem concedit Marſilius Columna hydragiol. §. 2. c. 2. § 14. qui etiam benedictionem lactis & mellis refert ad Concilium Afric. anni 254. Hæc ita ſe habere noſtri docent: Cùm initio prædicationis multi ex Gentibus convertebantur, & quòd à teneris aſſueverant epulis & libaminibus, aſſuetis difficulter ex integro renunciabant, proin Eutychianus infirmioribus nonnihil tribuendum arbitratus conceſſit, ut cibos ac vina in cœtum Sanctorum inferrent, quibus mox benedicebat, ut illis vel privatim uterentur, vel in refectionem pauperum erogarent. Quod veteres Chriſtiani Apoſtolis proximi, *ſtipem jacere* dicebant; item *Agapam celebrare.* Sanè & panis & vini oblatione etiam Euchariſtia celebrabatur. Unde probamus, communi ſeu fermentato pane olim uſos. Varia autem genera in commune ac in fidelium ſolatium offerebantur, hinc pecudes oblatas Gregorius in Dialogo ſcribit. A ditioribus autem præter pecuniam, etiam pretioſa offerebantur: & nomina eorum, qui liberaliter contuliſſent, coram Eccleſia Diaconus recitabat. Extra ſepta ſeu cancellos menſæ ſtabant Diaconi, oblata à populo accipientes,

z) *l. 5. c. 2. §. 35.* (a) *confer Dalla. de cultu Lat. l. 3. c. 3. §. 3.*

teſ,quæ Presbyter demum offerebat Domino. Ex hoc autem ritu in Miſſis An. 283.
remanſit offertorium,de quo alibi,inpr. Dallæus de cultu Lat.l.9.c.9. Uſus Agaparum, item ſtipes ſeu oblatio pro pauperibus Apoſtolicus eſt: hic verò ritus poſtea in abuſum translatus, vel ex cultu Levitico ortus, ubi dicitur: *Non appareat ullus in conſpectu meo vacuus*,de quo diſt. 3. de conſecr. c. omnis &c. 10. q. 1. c. quia Sacerdotes. & c.16.q.1. c. ſtatuimus: vel ab Ethnico ritu,prout jam oſtenſum. Non minus innumeræ ſuperſtitiones circa benedictionem exortæ: ita benedicenda templa, altaria, vaſa ſacra, veſtes ſacræ,cœmiteria,cingula,arma, enſes, vexilla &c.

§.8.) Eutychiano poſt 9. al. 11. dierum vacationem ſucceſſit *Cajus* ſeu *Gajus*,natione Dalmas,ex genere Diocletiani,ſi fides Damaſo. *Cajus fit P.*

Carus Imp. Eccleſiam Theſſal. immunem fecit à tributo (*b*) unde faviſſe ipſum Chriſtianis apparet, nî fortè alia politica ratio in cauſa fuerit. Hinc ſub Numeriano, licet vivente Patre, Eutychianus, & alii hincinde paſſi.

b) *Bar. ad an.* 284. §. 5.

JESU CHRISTI *Annus* 284.
CARINUS & NUMERIANUS *à Bar. à Spond. autem* DIOCLETIANI *Annus* 1.

§.1.) Caji P. an. 1. Coſſ. Carus II. & Numerianus. Caro in expeditione Perſica extincto (*a*) duo filii ſuccedunt *Carinus* & *Numerianus*. Numeriano autem in Oriente ab Arrio Apro ſocero ac prætorii præfecto deleto, ut ipſe regnaret, *Aurelius Valerius Diocletianus*, obſcuriſſ. loco natus, ab exercitu ſubſtituitur. Carinus biennium adhuc in Occidente habuit imperii habenas. Morum autem turpitudine atque arrogantia laboravit Carinus,unde Senatûs in ſe odium concitavit. *Carinus & Numerianus fiunt Impp. Dioclet. fit Imp.*

Imperatoriis virtutibus ſatis fuerat inſtructus Diocletianus, ſagacitate,prudentia,induſtria, robore, liberalitate. *Jovius* dictus, quaſi Jovis naturæ accedens, qui mereri bene de hominibus ſtudet. Severus tamen etiam erat,crudelis & ſanguinarius, unde ejus regnum à ſanguine cœpit, & toto Imperii tempore copioſus ſanguis fuſus: hinc etiam crudelem & diuturnam in Chriſtianos perſecutionem indixit.

Hoc anno ad 29. Aug. *æra Diocletiana* initium faciunt, quia is ſublata

a) *Sueur pag.* 269.

Digitized by Google

An. 284. ra priore obſervatione, quâ in orbe Rom. de Conſulum & Impp. nominibus tempora ſignabantur, edicto cavit, ut anni impoſterum à primo principatûs ſui anno numerarentur; quæ quidem ſupputandi ratio duravit annos 248. uſque ad annum Chriſti 532. (*b*) quo Dionyſius Exiguus noluit annos numerare ab imperio perſecutoris, introductâ Epocha ab Incarnatione Chriſti. Cæterùm Æra Diocletiani appellatur etiam *æra gratiæ, æra martyrum & æra Coptitarum, Coptica, Koptica*, à Copto Ægypti op. ubi ut & in reliqua Ægypto, crudeliter perſecutus Chriſtianos Diocletianus. Coptitæ Ægyptii Chriſtiani, ab eodem op. quod in Thebaide fuit, hinc etiam educta Thebæa legio ſub duce Mauritio: vid. Plin. l. 17. c. 5. inſigne mercium emporium. Ignatio terra Kopti. Hæc æra Arab. *Taarich Alſchohoda*, ἐποχὴ μαρτύρων; aut *Taarich Alſchohoda attaharim*, æra martyrum mundorum. Arabes eam *Taarich Alkobt*. æram Kophtitarum appellant. Hinc illuſtris Coptitarum Liturgia, quam Miſſam vocant. (*b*) Coptica itaque æra dicta à gravi perſequutione in Ægypto, & inſigni martyrum patientia, quâ hoſtem vicerunt, & religionis pomœria propagarunt.

Æra Diocles. vid. an. 302. §. 8.

Coptita.

Æra. Epocha &c. §. 2.) *Æra* i. q. ψηφισμὸς, numerus, computum. *Epocha*, ἐποχὴ. inhibitio, retentio; ab ἐπέχειν, ſiſtere, renovari, cohibere. Eſt certa menſura, in Aſtronomicis quidem cœli locus certus, lineâ monſtratus, à quo motus numeratur: in Aſtrologicis verò eſt temporis principium certum & illuſtre, per annos, menſes & dies. In Philoſophicis eſt aſſenſionis retentio, quâ σκεπτικοὶ de omni re dubitandum docuerunt: vid. Cic. offic. l. 1. Æram Scaliger (*c*) τὸ κάλλυβον καὶ τὸν κερματισμὸν notare contendit, poſtea prò quovis ratiocinio & numero ſumi. Ita Poldus (*d*) Æram partem monetæ eſſe vult. Nonnus Marcell. ex Lucilio l. 29. item Cælius Rhodig. (*e*) per Æram actus inſignis intelligitur: ac inpr. etiam annus. Sic H. פרט & Arab. צרח, quæ ſumuntur pro numero ſubjecto millenariis. H. לפרט הקטן uti præſens annus 674. Æra autem hodie conſuetudo mala æras vocat. Aliis æræ vox inde corrupta, quia Hiſpani, cùm ipſis admodum ſalutare eſſet Auguſti Cæſaris Imperium, curârunt ut rerum actarum annos ab Aug. repeterent. e. g. Acta ſunt hæc Toleti Kal. Martii. A. ER. A. CL. i. e. Annus erat Auguſti 150. Tabelliones autem unam vocem fecerunt Æra. Sunt qui Heram vocant h. e. Monarchiam, quæ corrupta vox Hiſpanica eſt. Sic Hera Cæſaris eſt ipſius Monarchia. De noſtra i. e. Dionyſiana Epocha Beda Computi cap. 17. item Spanhem. Dub. Evang. part. 2. dub. 1. §. 3.

§. 3.) Epocha *anni Juliani* incipit à correcto Calendario Julii Cæſaris operâ, quod reformatum anno 1582. à Gregorio XIII. inde æra audit *Gregoriana, Liliana, & Claviana.* De multiplici præterea anno ſeu æra vid.

Demſter.

b) Bar. ad an. 527. § 71. & Spond. §. 8. referunt: cenſ. Suur ad præf. an. (b) vid. Bonam l. 1. c. 9. §. 5. 6. (c) de emend. T. l 5. p. 236. & l. 7. p. 313. (d) in Nemauſo p. 111. (e) L. Antiq. VI c. 2.

Demſter. antiq. Rom. l. 4. in paral. Micræl. hiſt. l. 1. §. 1. not. 8. De tempore Aſtronomico, ubi de anno lunari, ſolari, tropico, Alſted in Encycl. atque alios viſe. Modus numerandi apud Græcos per *Olympiades* fuit, qui per notas ſuarum literarum numerum notabant. Apud Romanos primùm per *luſtrum*, quod quinto quoque anno notabatur: deinde per *clavos*, qui idcirco *annales* vocantur; aut per Conſules id fiebat. Clavi enim in pariete ædis Jovis, ea parte, quâ erat Templum Minervæ, in ſingulos annos figebantur. *Indictio*, ἰνδικτιών, eſt ſyſtema conſtans ex tribus luſtris Rom. h. e. annorum Julianorum XV. Conſtantino M. auctore. Indictio ab indicendo, ſumitur 1. Pro onere ſeu munere ſubditis indicto: initio quidem imperatum prout publica neceſſitas, vel utilitas poſtulabat, poſtea cœperunt eſſe anniverſaria. 2. Spatium temporis, quod erat trium luſtrorum ſeu quinquenniorum. *Luſtrum* Romanis eſt ſyſtema annorum IV. Julianorum, quorum ultimus eſt dierum 66. abſolutorum. Omnis autem periodus à Latinis dicta luſtrum, ut quinquennium, quadriennium &c. ita ſolis luſtrum. Propriè tamen luſtrum eſt quinquennium abſolutum, à luo, ut fluſtrum à fluo. Exitu enim quinquennii, antequam Cenſores Magiſtratu abirent, mancupes & redemtores publicorum populi Romani vectigalia cenſoribus luebant. Ideo à luendo i. à ſolvendis vectigalibus, quod Servii Tullii VI. Rom. Regis inſtitutum eſſe perhibetur. An. 284.

§. 4.) Alii non à luendo, ſed à luſtrando trahunt, quòd quinto quoque anno Cenſores bini crearentur, qui cenſum populi agerent, ac ſolutis tributis ſacrificia fieri curarent, luſtrandæ i. e. purgandæ civitati. Ideo luſtrum ad λύω, lavo referunt: quia propriè ſacrificium, quo expiabatur populus quarto, vel quinto quoque anno. Meton. tempus IV. annorum. Duplex quidpe luſtrum: Julianum Gr. Olympias, 4. annorum: & Romanum V. annorum. Eſt inſuper luſtrum ſpelunca, quòd minimè ſit purgatum, ut volunt: item Ganéum, quòd crebræ ibi lotiones. Quare luſtrum antiquitus Indictio erat penſionum, quæ quinquenniis vertentibus fiebant: deinde i. q. Olympias (*f*) ſunt autem Olympiades celeberrima Græcorum Epocha, ab Olympiacis ludis ſic dictæ, hi verò à templo & campo Jovis Olympii. (*g*) Et quia celebrata Olympias quarto quoque anno, tetraeteris dicta: ab eo verò, quòd quinto anno in orbem redibat, pentaeteris. Inſtaurator horum certaminum eſt Iphitus, à quo anni Iphitæi, qui annorum Olympiadum collectio, ut annus primus Olympiadis undecimæ eſt annus 41. (*h*) Olympionices, victores certaminum ad Olympia. (*i*) Ad morem Græcorum Nero quinquennale certamen Romæ triplex inſtituit, gymnicum (ἀγῶνα γυμνικὸν) equeſtre & Muſicum, quod Neronia appellavit (*k*) cœterum

kk

f) *de quibus vid. Diod. Siculum, Scal. de Emend. Temp. l. 7. Polyd. l. 2. c. 13.* (*g*) *Hoſpin. de feſtis Gent. item 2. Macch. 4. 18.* (*h*) *vide Acidalium in Paterculum l. 1. c. 8.* (*i*) *Herodot. l. 5.* (*k*) *Sueton. in Ner.*

Digitized by Google

An.284. rum in parietibus Templorum clavis figebatur annorum index, inde clavi annales. (l)

§.5.) Sumuntur Epochæ apud Chronologos ab inſigni eventu, ut à diluvio; vel à loco nobili, ut à templo Solomonis; vel ab initiis illuſtrium Regum, ut à Julio Cæſ. vel ab inſtituta Religione & ceremoniis, ut à Paſchate; vel ab aliis circumſtantiis inſignibus Eccleſiaſticis & Politicis. Hinc Epocha eſt I. Univerſalis vel particularis, & II. Eccleſiaſtica & ſacra, vel politica & profana. Adeóque illuſtris eſt terminus Epocha, ſeu illuſtre temporis initium & principium, à quo reliqua tempora, anni, menſes, dies, retrò citróque in antecedentia & conſequentia numerantur: alias appellatur Titulus, index, radix, æra temporis. Scal. l. all. & ex eo Jo. Janus Suaningus Ripenſis in Chronol. Danica. De æris variis Helvicum, Calviſium, Bucholz. atque alios Conſule Chronologos. Illuſtris æra Danica eſt, quam illi vulgò vocant Ariſds tiid, de qua Suaningus laudatus, item Gloſſarium Juridico Danicum Oſterſonii pag.37. Porrò Dynaſtia Chronologis eſt inſignis regni mutatio, ſeu quoad familiam, ſeu quoad politiæ formam & adminiſtrationem.

§.6.) Continuârunt hoc anno perſecutiones in diverſis provinciis.

Martyres. Sublati *Victorinus* cum ſociis in Ægypto: Martyrol. & Hoſp. ad 25. Febr. Bar. §.10. ubi notatu digna quæ de *Dioſcoro* referunt, dum ſcilicet in crypta cœtui fideli Verbum Dei annunciaret, exitum à Gentilibus obſtructum, omneſque fame enectos fuiſſe. En loco Templi Cryptam!

Romæ etiam graviter ſævierunt, unde veritatis teſtes ex ipſis Senatoribus occurrunt, quos inter *Marinus* & *Chryſanthus*: vid. 25. Oct. Bar. §.6. item Breviarium Rom. Sueur ad hunc an.

Polycarpus Presbyter Romæ. 23. Febr. Bar. à §.13.

Marcus & *Marcellianus* fratres: Bar. §. 11. Martyrol. & Hoſp. ad 18 Junii.

Maurus: ib. 22. Nov. *Diodorus* & *Marianus*. ib. 1. Dec. Bar. §.7.

Hilarius & *Tatianus* Aquilejæ. 16. Martt. Bar. §.9.

Thalalæus cum ſociis, Edeſſæ in Syria. 20. Maji. Bar. §.10.

Pelagius Conſtantiæ in Gallia. 28. Aug. Bar. §.9.

Florianus miles circa eadem tempora deletus Laureaci in Norico Ripenſi. Martyrol. & Hoſp. ad 4. Maji.

l) *Feſt. item VVouver in Petron.*

JESU

JESU CHRISTI *Annus* 285.
DIOCLETIANI *Imp. Annus* 2.

§. 1.) Caji P. an. 2. Coſſ. Dioclet. II. & Ariſtobulus. Proconſul Lyſias apud Ægeam Ciliciæ civitatem varios martyres diverſis tormentorum generibus cruciatos delevit: hos inter *Zenobius* Epiſcopus & *Zenobia* ſoror: 30. Oct. Bar. §. 13. item *Coſmas* & *Damianus* fratres Arabes Medici: 27. Sept. Bar. §. 14. de Vorag. c. 138. Eutychius (*a*) Coſmam vocat Kozmum, ac ſub Caro, non verò ſub Diocletiano illos morte affectos aſſeverat; neque plures fratres ſocios eiſdem tribuit, quos contra alii nominant *Antimum*, *Leontium*, & *Euprepium*. At ſi Arabes, quomodo nomina reſpondent? More Latinis nimium Legendis intentis uſitato Bona (*b*) rem ſolvit, vel intricat magis dum ait: *Juveni tria fuiſſe paria Sanctorum ejusdem nominis Coſmæ & Damiani, unum Martyrum in Arabia, alterum Confeſſorum in Aſia, tertium Martyrum qui Romæ martyrium ſubierunt.* Extat de his M. S. Græcis Syntagma hiſtoricum Viennæ in Auſtria editum. (*c*) Arabum memoria in Menæis legitur d. 17. Oct. Romanorum 1. Julii, Confeſſorum 1. Novembris. quid lepidius & certius! Hoc loco Canonem Miſſæ Apoſtolicum non eſſe rectè argumentantur noſtri, quia Coſmæ & Damiani mentionem facit: adde quòd Miſſæ conſarcinatores hodie obſcuri minimè ſunt: vide librum de myſteriis Miſſæ Innoc. III. Platinam in vita Sixti I. Pontificale Damaſi, Durandi Rat. Polydorum, alios.

vid. an. 297. §. 2.

Coſmas & Damianus.

§. 2.) *Maximus* Confeſſor & Epiſcopus Alex. per 18. annos, vita fungitur: cujus memoria eſt ad 27. Dec. in munere illi ſuccedit *Theonas*, itidem Confeſſor, de quo ad 23. Aug. & Bar. §. 15. & hunc excipit poſt 19. annos *Petrus*. Hic Theonas Eutychio (*d*) *Neron* dicitur, qui anno IV. Aurelii Cæſ. ſucceſſiſſe perhibetur. Chriſtiani autem Alexandrini, inquit, in ſpeluncis (cryptis) & domibus clam orabant, metu Romanorum, ne ipſos trucidarent, neque manifeſtò ſeſe exhibebat Patriarcha Alexandriæ: at cùm Neron crearetur, ſe manifeſtò exhibuit, neque deſtitit Romanos demulcere, donec Alexandriæ Eccleſiam D. Mariæ ſacram extrueret. At tu interim confer quæ de Romanorum Epiſcoporum ædificiis, ſtructuris, & neſcio quo imperio hactenus finguntur ab adverſariis. Sed neque ſub tam crudeli Diocletiana perſequutione, quæ inpr. in Ægypto quoque ſævijt, Templum extrui potuiſſe, credi debet.

Theonas ſuccedit Maximo Alex.

§. 3.) Paſſi *Clemens* Ancyranus Epiſc. 33. Jan. *Marinus* Anazarbi in Cilicia

(*a*) *p.* 400. (*b*) *l.* 2. *c.* 12. §. 3. (*c*) *Confer Lambec. B. T.* 4 *p.* 133. (*d*) *p.* 399.

Digitized by Google

An.285. Cilicia 8. Aug. Bar. §. 14. Ægeæ in Cilicia *Claudius, Aſterius* & *Neo* fratres: 23. Aug. Bar. §. 4. *Pierius* Presbyter Alex. Philoſophorum diſciplinis imbutus, in literarum divinarum cognitione & explicatione, in diſceptationibus, concionibúſque publicè in Eccleſia faciendis ſupramodum exercitatus: Euſeb. l. 7. c. 26. Gr. λβ. Hier. in cat. Malè Hierius dicitur apud Hoſpin. ad 4. Nov.

An.286.

JESU CHRISTI *Annus* 286.

DIOCLET. & MAXIMIANI } *Impp. An.* 3.

Carinus perit. Maximianus fit Dioclet. collega.

§. 1.) Caji P. an. 3. Coſſ. Maximus & Aquilinus. *Carinus* poſt multa prælia cum Diocletiano pro ſumma imperii commiſſa, apud Margum in Mœſia ſuccubuit, à quo Diocletianus *M. Valerium Maximianum*, Sirmio in Pannonia oriundum, collegam ſibi aſcivit, quorum hic Orientis, ille Occidentis curam geſſit. Id Euſebius in Chron. ad an. 289. collocat, & aſcitum hunc Herculium Maximianum adpellat, eúmque Bagaudorum ſeu rusticorum multitudine oppreſſa, pacem Galliis reddidiſſe ait. Idem ad an. 290. Carauſium, ſumptâ purpura Britannias occupâſſe: id quod Uſſerius (*a*) ad an. 285. ponit: quibus (*b*) ad an. 286. hæc ſubjicit: *Carauſio in Britannia, & aliis alibi rebellantibus, Diocletianus, Maximianum Herculium ex Cæſare fecit Auguſtum, Conſtantium verò* (Conſtantini M. Patrem, dictum Fl. Conſtantium Chlorum) *& Maximinianum Galerium Cæſares* (*c*) *Carauſio tamen (quum bella fruſtrà tentata eſſent contra virum rei militaris peritiſſimum) remiſſum eſt inſulæ imperium.* Alias ſeditiones addit Euſebius (*d*) dicens Narſeum Orienti bellum intuliſſe, (*e*) Quinquegentianos Africam infeſtâſſe (*f*) Ægyptum Achilleum obtinuiſſe, ob quæ Conſtantius & Galerius Maximianus Cæſares aſſumpti in regnum, quorum Conſtantius natus filiâ Criſpi, qui frater fuerat Claudii, & patre Eutrapio: Galerius in Dacia, haud longè à Geroica natus, alias Armentarius dictus. Ambo priores ſuas conjuges dimittere coacti ſunt, Conſtantius ſcil. Helenam, ex qua Conſtantinus M. procreatus, cujus loco duxit Theodoram privignam Maximiani, ex qua ſex liberos ſuſcepit. Galerius verò filiam duxit Diocletiani Valeriam: Conſtantius autem præfectus fuit Britanniæ recuperandæ; Galerius verò limiti Iſtro defendendo. Atque hæc Annaliſta noſter ad an. 294. §. 1. Spond. ad an. 292. 3. Calviſius ad an. 291. Euſebius ad 292. collocant. His Uſſerius ſubjicit (*g*) Pictis è Scythia adverſus Severum à Fulgenio conductis, Carauſium locum manſio-

a) Antiq. Brit. p. 1081. ex p. 584. ſeq. (b) ex p. 585. (c) p. 1020. (d) Chron. ad an. 290. (e) ad an. 291. (f) ad an. 292. (g) p. 1081.

manſionis inter Britannos in Caledonia conceſſiſſe : (*h*) eóſque muro, ſeptem caſtellis munito, à reliqua inſula diſcluſiſſe (*i*) Porrò de Carauſo invaſore Britanniæ vide Bedæ hiſt. Eccleſ. l. 1. c. 6. periit anno 292. An. 286.

§. 2.) Cœterò Diocletianus Chriſtianis toto orbe bellum intulit internecinum, ut appareret ultimum hunc eſſe infernalis tyranni conatum. Plus enim innocentis Chriſtiani effudit ſanguinis, quàm omnes præceſſores ipſius conjunctim ſumpti. Plus autem poſteriores, quàm priores ejus anni ſanguine maduerunt. Perſuaſum verò ipſi ut & Collegæ, reſtitui Imperium in priſtinum florem non poſſe, ſi non prius tollantur impedimenta, quorum præcipuum ſit differentia religionum & contemptus Deorum. Maximi verò incentores ſacerdotes & philoſophi extitere. Acceſſit morum corruptio in Eccleſia tum quod politicos, tum quod Eccleſiaſticos ſpectat. (*k*) Nulli quidquam vel emere, vel vendere licebat, imò nec molere, nec aquas haurire, niſi prius idolis libâſſet: uno menſe 17000. Chriſtianorum occidit. Cum eo autem facilè conſenſit Collega Maximianus, fidelium latro ſæviſſimus, quin & Galerius hoſtis acerrimus, qui animam tandem agens Chriſtianos publico edicto revocari & fidei ſuæ publicè permitti juſſit, de quibus prolixè Euſ. hiſt. l. 8. & 9. Vicennalis autem illa perſecutio fuit, *κατ' ἐξοχὴν Turbo* dicta. Initio narrationis Euſ. l. 8. c. 1. inter alia à petulantia Chriſtianorum ortam ſcribit, à ſuperbia & rixis ſacerdotum atque Epiſcoporum. Antehac locorum & urbium adminiſtratio ob fidelitatem & integritatem Chriſtianis concredita, qua occaſione vehementer à virtutibus priſtinis, ipſi quoque Eccleſiaſtici defecerunt & ad vitia, ſuperbiam, invidiam, avaritiam deflexerunt. Pacis tempore templa nimis magnifica & ſplendida extructa, nunc funditus evertuntur, Sacri Codices exuruntur, & Chriſtiani officiis publicis privantur vi primi edicti Diocletiani: (*l*) quod excepit alterum, ut præſides Eccleſiarum cogerentur ſacrificare Diis (*m*) quæ graſſatio tranſiit poſtea quoque in plebejos & quosvis obvios. (*n*) Προσευκτήρια. Oratoria à culmine ad pavimentum uſque, unà cum ipſis fundamentis dejici, divináſque & Sacras Scripturas in medio foro igni tradi ſolebant, unde Eccleſiarum paſtores turpiter huc illuc ſeſe abdiderunt, alii ignominiosè capti. Iterum Euſ. (*l*) Principia imperii Conſtantiniani deſcribens dicit: *Videntes ea loca, quæ paulò antea tyrannorum fuerant impietatibus deſtructa, velut è longa & mortifera calamitate exſuſcitari, ac templa rurſus ex fundamentis ad immenſam celſitudinem erigi multóque majorem ſplendorem recipere, quàm habuerant, antequam deſtruerentur.* Docet Euſebius Chriſtianos pacis tempore templa ædificâſſe celſiora & altiora ſuis ædificiis, quibus antè uſi fuerant: at nihil omnino de illorum conſecratione loquitur. (*m*) In tanta itaque calamitate, quomodo Cajus vel primatum Romæ

Gravis perſecutio

h) *p. 584.* (*i*) *p. 585. ſeq.* (*k*) *Vid. Euſ. l. 8. c. 1. Sueur ad an. 285.* (*l*) *Euſ. l. 8. c. 2* (*m*) *ib. c. 3.* (*n*) *Vid. Korth. à p. 397. in pr. 406. Lipſ. de Mon. P. p. 70.* (*l*) *L. 10. c. 2.* (*m*) *Larroq. de Euch. part. 1. c. 5. p. 71. & 74.*

Digitized by Google

An. 286. mæ gerere, vel eximere Clericos à poteſtate ſeculari, vel tutari eoſdem à violentia potuit? Templa quidem habuiſſe illos Chriſtianos hinc liquet, at nuper demum extructa, Conſtantinianis nullo modo reſpondentia, adde quòd plura adhuc frequentabantur oratoria. utut verò tum copioſa fuerit Chriſtianorum multitudo, ita ut armis Imperatorum reſiſtere, vel deponere eoſdem potuiſſet, tamen illicita hæc media non tentavit, ſed armis ſpiritualibus certavit & vicit. (*n*)

Martyres. §. 3.) Tum aliàs, tum hoc etiam tempore Gentiles magiæ accuſârunt Chriſtum & Chriſtianos, ubi Arnobius notat apud Bar. §.22. ut vexandi prætextum inde etiam quærerent. Paſſi ſunt varii: de *Caſtulo* 26. Mart. Bar. §. 10. de *Marco* & *Marcelliano*: Hoſp. ad 11. Aug. de *Tiburtio*: eodem die. Bar. §.5. ubi §.21. de illo ex Legendis fingit, Tiburtium ſigno facto, ſuper prunis ignitis nudis plantis inceſſiſſe illæſum. (*o*) *Sebaſtianus* cum multis aliis Romæ extinctus d.20. Jan. Bar. §.8. & 24. Ambr. T.2. p.73. in Pſal. 118. al. 119. Mediolano oriundum dicit: at Hoſpin. Narbonam Galliæ patriam illi aſſignat, primæque cohortis Diocletiani ducem ſeu ductorem facit, & quia non modò inſcio Imp. Chriſtianus fuerit, ſed & alios pleroſque ad conſtantiam animaverit, comprehenſum trunco alligatum, & ſagittis multis transfixum, ac tandem in cloacam alligatum eſſe. Inde ſagittarii & ſclopetarii patrocinio ejus hodie utuntur; item ad propulſandam imminentem peſtem eundem patronum invocant. (*p*) vid. Sueur ad hunc an. & de Vorag. c.23. Reprehendit Baronius ad Martyrologii dictam diem pictores Sebaſtianum imberbem, palo alligatum perperam effigiantes, inquit Caſalius, (*q*) quia ſenili aſpectu & barba pingendus. Sic Dallæus (*r*) falſum urbis præfectum Legendas nobis in hac hiſtoria dare, & adhuc alium fingere ipſum Baronium §. 15.

Ibid. 5. Julii paſſa *Zoe*, Nicoſtrati martyris uxor: quæ in neceſſitatibus non Divum, ſed unum Deum invocâſſe fertur etiam ab ipſis Legendariis, unde apud Bar. §.13. ſic tyranno reſpondit: *Non ego contra eum* (Martem) *luctor meis viribus, ſed Domini mei J. Chriſti freta virtute, & vos, & illum pariter contemno.* Ita cuſtodes carceris eam Deum laudantem & benedicentem audiebant.

Tranquillinus Martyrol. & Hoſp. ad 6. Julii: Bar. §.15.

Victor miles Maſſiliæ 21. Julii.

(*n*) *Euſ. l.8. c.1. & l.9. c.10.* (*o*) *Dalla. de ador. l.1. c.9. f.* (*p*) *Hoſp. l. all. & tr. de Templ. p. 106.* (*q*) *c.2. p.23.* (*r*) *De Patr. p.2.*

JESU

Digitized by Google

An.287.

JESU CHRISTI *Annus* 287.

DIOCLET. & MAXIMIN. } *Impp. Annus* 4.

Caji P. an.4. Coſſ. Dioclet. III. & Maximin. II. Invaleſcente nimium Manichæorum hæreſi, dato ad Julianum proconſulem Africæ reſcripto, uterque Imperator juſſit eorum doctores & ſcripta ignibus tradi, ſectatoréſque capite puniri, & bona fiſco inferri. Miratur non ſine cauſa Suerius, qui Imperatores Gentiles ita reſcripſerint, putátque inde factum, quia illorum doctrina contraria erat bono publico, utpote quando matrimonio & procreatione liberorum ſuos interdixerunt, vel quòd ſingularia commiſerunt flagitia, vel quòd ex Perſia ſeu terra hoſtili auctores oriundi. In genere quidem contra omnes Chriſtianos edicta promulgata, & tamen hi Imperatores hoc loco inter ſectas Chriſtianorum diſtinguere potuerunt, quod non ſine gravi cauſa factum credimus. Aliàs occaſione damnabilium hæreſeon Gentiles in genere infenſiores Chriſtianis fuiſſe redditos certum. *Manichæi creſcunt.*

Porrò *Fl. Vopiſcus* natione Siculus, Aureliani Imp. vitam, Taciti item, Probi & Cari hiſtoriam, uſque ad Diocletiani initia & annum Chriſti 288. deſcripſit. Vix autem Vopiſcus, ait Chytræus (p.37.) iiſdem temporibus cum Capitolino & Lampridio floruit, ſed utroque junior fuit. Aliquoties avi ſui mentionem facit, qui Diocletiano familiaris fuit. *Fl. Vopiſcus.*

An.288.

JESU CHRISTI *Annus* 288.

DIOCLET. & MAXIMIN. } *Impp. Annus* 5.

Caji P. an.5. Coſſ. Maximus II. & Januarius. Circa hæc tempora *Hieracitarum* hæreſis progreſſus fecit in Ægypto, ab Hierace ex Leonto Ægypti orta, viro omnium Græcarum diſciplinarum doctiſſimo, aſtronomiæ & magiæ dedito. Reſurrectionem corporum negavit, conjugia improbavit, ſolos Monachos & Monachas recepit, Agapitas habuit h. e. *συνεισάκτους*, quæ nec uxores, nec concubinæ erant. (*a*) unde prohibentur *παρείσακτοι*, ſubintroductæ, in Conc. Niceno can.3. Vide Danæ. in Aug. de hær. c.47. Epiph. hær.67. *Hieracitæ hær.*

a) *Inſtel. p.70.*

Digitized by Google

An.289 hær.67. Eos Philaſtrius c.85. Abſtinentes vocat, ſine dubio à cœlibatu, qui etiam in Gallia, Hiſpania & Aquitania viguere.

JESU CHRISTI *Annus* 289.

DIOCLET. & MAXIMIN. } *Impp. Annus* 6.

Caji P. an. 6. Coſſ. Baſſus & Quinctianus.

An.290.

JESU CHRISTI *Annus* 290.

DIOCLET. & MAXIMIN. } *Impp. Annus* 7.

Vid. an. 211. *Amphibalus.* §. 1.) Caji P. an. 7. Coſſ. Dioclet. IV. & Maxim. III. Circa hæc tempora *Amphibalus* Devanius Britañus Theologus inſignis, ſcripſit adverſus gentilium errores l. 1. item Homeliarium in Evang. l. 1. (a)

Scriptores hiſt. Auguſtæ. *Julius Capitolinus, Ælius Lampridius, Fl. Vopiſcus, Æl. Spartianus,* & *Vulcatius Gallicanus*, uno ferè tempore, ſub Diocletiano ſcripſere vitas Imperatorum. His rectè Bucholz. ad an. 300. Trebellium Pollionem addit. Conſentit Chytræus, qui eum Conſtantii ætate vixiſſe vult, circa an. 300. In iis, quæ extant, ſcriptis exorſus ab anno Chriſti 256. infelix imperium Valeriani & Gallieni, & XXX. tyrannorum lanienas inter ſe mutuas, & D. Claudii, qui Gothos in Græciam infuſos, feliciter oppreſſit, vitam proſecutus eſt.

Martyres. Tharſi in Cilicia paſſi *Tharacus, Probus* & *Andronicus* milites: 11. oct. Bar. §. 5. ita Tharacum loquentem inducit: *Vos* (Pagani) *impii lapides, & ſigna, & opera manuum hominum adoratis.* Idem Bar. (b) Maximi præſidis ad Tharacum verba refert: *Putas quòd muliercula aliqua corpus tuum habent aromatibus, vel unguentis condire.* mox: *te perdam, & reliquias tuas, ne mulierculæ in linteamine corpus tuum involvant, & unguentis & odoribus adornent.* Ad hæc de ſuo Annaliſta: *Hac planè*, inquit, *præſes; quòd optimè ſciret Chriſtianorum conſuetudinem in ſepeliendis S. Martyrum reliquiis; quas ſolerent, ut teſtatur Tertullianus, & alii, magna impenſa pretioſis unguentis pollinctorum arte ſtudiosè condire ac venerari.* At Cardinalis illa de magna impenſa, de pollincto-

(a) *Friſ.* (b) à §. 21.

linctorum arte, de illo conditurę ſtudio, de reliquiarum veneratione ex ſuo An. 290
affinxit. Certè ſepultas olim reliquias ne ipſe quidem negat. Tyrannus ſpem noſtris objicit honorificæ ſepulturæ, honoris verò divini non objicit, quod omnino feciſſet, ſi talis martyribus exhibitus fuiſſet. Ita dum Chriſtiani hujus Tharaci & Andronici beſtiis objectorum corpora inveſtigarent, & invenire ad ſepulturæ honorem percuperent, Dominum rogârunt, ut ipſis nota fierent corpora Martyrum: *Fiximus*, inquiunt, *genua, & oravimus Dominum, & Chriſtum ejus, ut deſiderium noſtrorum impleret.*

§. 2.) Idem Bar. (*c*) de Probo refert, quòd inter cruciatus ita oraverit: *Gratias tibi ago Domine, quoniam & manus meas dignatus es cruciari in nomine tuo.* Iterum inter carnificum ictus dicit: *Auxiliare ſervo tuo Domine:* Et: *Videat Dominus, & aſpiciat de altiſſimis ſedibus ſuis, vim, & judicet judicium meum.* In eundem ſenſum Andronicus, utriusque martyris ſocius: (*d*) Chriſtiani horum corpora inventa ſubtraxerunt, ac in cava quadam petra, quæ in adverſa montis parte erat poſuerunt, aditum magna diligentia clauſerunt, ne ab inquirente Maximo invenirentur: Bar. §. 30. ſeq. Nihil hìc de reliquiarum aſſervatione, nec de cultu illarum. Taciti autem prætermittere non debemus, quod ex Andronici actis Baronius (*e*) refert de Maximi præſidis minis: *Blaſphemam linguam abſcindite; dentes ejus tollite, & linguam comburite; cinerem facite, & ubique ſpargite, ne de conſortibus hujus impii, aut ex mulierculis aliqua colligat & ſervet, velut pretioſum aliquod aut ſanctum.* Hinc ſanè videas, ſi modò Legendis fides, ſervatas jam fuiſſe aliquas Martyrum reliquias, non quidem à tota Eccleſia, ſed à privatis nonnullis, ſuperſtitioni addictioribus, vel potiùs charitatis æſtu, erga martyras ſuos & charos ferventioribus. Vel ſanè ita tyrannus ex opinione loquitur, quia fideles magna anxietate corpora ſuorum conquiſiverunt, ut illa honeſtè quidem, ſed tamen occultè ſepelirent. Ad hoc doctiſſ. Dallæus: (*f*) *Ab his initiis*, inquit, *progreſſus error Reliquiariam apud Chriſtianos religionem paulatim condidit. Nam qui tunc muliercularum & infirmiorum mos erat, ſponte ac temerè ex humano quodam affectu ortus, is mox poſt annos vix LX. elapſos, accedente Cæſarum & Epiſcoporum exemplo, penè apud omnes invaluit, publicus de privato factus, ut reliquiæ martyrum magna diligentia, magnóque cum honore ſervarentur, unde poſtea gradu facto error duplicatus eſt, cùm nimium facili innumerabilium miraculorum & viſionum fide faſcinati animi ad ea colenda, & adoranda proceſſerunt.*

§. 3.) *Georgius* 23. Apr. paſſus. De hujus actis Bar. §. 35. & in Martyrol. meritò dubitat atque Apocrypha vocat, nos verò jure eadem penitus rejicimus. vid. de Vorag. c. 56. Cappadocem vocant, fidiculis diſtractum, & mucronibus membratim inciſum: eundem tribunum militum venditant, qui Draconem interfecerit. Sed imago venuſta eſt, ajunt noſtri, cujus ſenſus,

Vid. 356. §. 1. & 362 §. 10.
S. Georgius.

Ll Filium

(*c*) §. 25. (*d*) *Bar.* §. 27. (*e*) §. 27. (*f*) *De ador. l. 4. c. 15.*

Digitized by Google

An.290. Filium Dei bellum gerentem vincere Draconem, ac liberare Virginem i. e. Eccleſiam. Quare eum cum S. Chriſtophoro rectè conferas de quo an. 254. §. 23. Fidem fabulis pro more, dat Eutychius (g) S. Georgius è Cappadocia oriundus, variis ſuppliciorum generibus in palæſtina ſublatus. Prolixè Hoſpin. de feſtis Chriſt. à p. 78. b. & de Templ. 283. Gentiliſmum hanc idololatriam ſapere & referre, Mantuanus non diffitetur dum canit:

Ut Martem Latii, ſic nos te duce Georgi
Nunc colimus.

Ipſe Caſalius c. 2. p. 20. *Orientales ad eum reclamabant in ſuis expeditionibus, ut ad D. Petrum Romani, ad D. Dionyſium Pariſienſes, Hiſpani ad S. Jacobum. Hic S. perludibrium à Novatoribus Perſeus nuncupatus.* Inde Georgianos deducit Miræus Notit. Epiſc. l. 1. c. 21.

Biſont. Epiſc. *Maximinus* ſecundus recenſetur Epiſcopus Biſontinus, conſecratus à Cajo P. ut quidem Legendariis placet. (*Gall. chr. T.* 1. *p.* 118.) Diſcipulum & ſucceſſorem habuit *Paulinum*. (ib.)

g) *p.* 403.

An.291. JESU CHRISTI *Annus* 291.

DIOCLET. & MAXIMIN. } *Impp. Annus* 8.

Caji P. an. 8. Coſſ. Junius Tiberianus & Caſſius Dio.

An.292. JESU CHRISTI *Annus* 292.

DIOCLET. & MAXIMIN. } *Impp. Annus* 9.

Caji P. an. 9. Coſſ. Annibalianus & Aſclepiodotus.

JESU

Digitized by Google

An.293.

JESU CHRISTI *Annus* 293.

DIOCLET. & MAXIMIN. } *Impp. Annus* 10.

Caji P. an. 10. Coſſ. Dioclet. V. & Maxim. IV. *Serſum* Epiſcopum Orcadianis Evangelium prædicaviſſe fingit Demſterus. (*a*) alii ad hunc annum, alii ad ſequentem ponunt decennalia Imperatorum, quia in fine demum decem annorum agitata, per omnes autem provincias celebrata, à Diocletiano quidem Nicomediæ, à Maximiano autem Romæ. Galerius trans Iſtrum Baſtarnas & finitimos inſigni victoria ſuperat, in quo prælio Conſtantinus adoleſcens fortem ſe oſtendit, ducémque Sarmatarum vivum corripit & capit; unde Galerius Zelo captus variis Conſtantinum, fruſtrà tamen periculis exponit. (*b*) Conſtantius quoque naves ædificat, ut terra marique bellum gerere poſſit.

a) *Vſſer. antiq. Brit.*673. & 1082. (*b*) *Eutr.*

An.294.

JESU CHRISTI *Annus* 294.

DIOCLET. & MAXIMIN. } *Impp. Annus* 11.

§. 1.) Caji P. an. 11. Coſſ. novi Cæſares *Conſtantius Chlorus & Galerius Maximianus*. *Suſanna* hiſtoria ſeu fabula verius hoc loco ocurrit, ut autem facilius omnia percipiantur ſciendum, Maximo ſeu Maximino fratri Diocletiani duos adſcribi filios *Cajum* & *Gabinum*, qui ſeceſſionem fecerint à Diocletiano, eò quòd Chriſtiani fuiſſent: Cajum creatum Epiſcopum Rom. Gabinum parentem fuiſſe Suſannæ. Valeriam Diocletiani filiam, haud diu poſt nuptias cum Galerio celebratas, ſuperſtitem manſiſſe, unde Galerium Cæſarem Suſannæ neptis Caji Papæ nuptias fruſtrà ambiviſſe. vid. Martyrol. ad 11. Aug. Reſp 1. tabellas legitimas requirimus, non autem vanas δοκήσεις. 2. Quare Suſanna, Eſtheræ adinſtar, in gratiam & ſalutem fidelium, non obſecundâſſet potiùs. 3. quî factum ut hactenus omnes Chriſtiani, id eſt, non ſacrificantes, & idola non colentes, devoti fuerint & lege proſcripti, ſic ut hucusque ipſi Romani Epiſcopi deliteſcere debuerint, & ſi reperti, mactati & occiſi fuerint. Fuſius Sueurius ad an. 295. De veterum ritu in baptiſmate

Conſtantius Chlorus & Galerius Maxim. Coſſ.

Cajus & Gabinus.

Suſanna martyr.

Digitized by Google

An.294. Bar. §.9. ex hujus Suſannæ actis, baptizatis lac & mel guſtanda,& euchariſtiam præbuiſſe. At *quid apud tantos antiquitatis adoratores iſtis ritibus factum eſt*,inquit Dallæus (*a*) *ubi lac? ubi mel? ubi Patrum ſtatim à baptiſmo euchariſtia?* Idem annaliſta an.295. §.9. ait, Cajum P. à die,quo Suſanna virgo, neptis ejus, martyrio coronata fuerit, in loco ubi percuſſa,jugiter obtuliſſe ſacrificium pro ejus commemoratione. Ad quod rectiſſimè Bona Cardinalis. (*b*) *Advertendum, quòd veteris Eccleſiæ phraſi etiam pro juſtis & ſanctis,atque adeò pro ipſis Martyribus ſacrificium offerri dicebatur,non quidem pro eis orando, non enim ignorabant antiqui Patres ſuperfluum id fore, cum perſuaſiſſimum omnibus eſſet Martyres Chriſti ſtatim poſt obitum ſuperna Patria felicitate frui, ſed pro illorum honore & commemoratione.* Id verò Cypriani teſtimoniis ex epiſt. 34. & 37. comprobat.

Serena martyr. Eædem nugæ quæ cum Suſana,aguntur cum *Serena* Auguſtà,uxore Diocletiani: de qua 16. Aug. Apud antiquos nullam hujus memoriam extare Bar. ad an.295. §.45. negare non poteſt. Eo ipſo autem,quòd Gabinium Presbyterum parentem Suſannæ facit, conjugatos fuiſſe Presbyteros adparet. Poſt mortem demum uxoris, vel poſt divortium factum demum Presbyterum probandum adverſariis reſtat.

oſcula pedum Pap. §. 2.) *Præpedigna* Claudii uxor, ad pedes Caji P. procidit, eóſque exoſculata eſt. Et Bar. §.8. & Caſalius (*c*) pro reverentia Papæ præſtanda ita allegant, nihil autem ex actis ejuſmodi probant. Adorationem Papalem, qualis hodie eſt, Petri & Johannis exempla deſtruunt. (*d*) Si politicum honorem intelligas, non ſolorum Epiſcoporum, ſed & aliorum, imò etiam ſacerdotum pedibus ex devotione (certè nimia) interdum oſcula fuiſſe præbita ex ipſo Baronio confirmari poterit. (*e*) Ita Claudius Gabinii ſacerdotis pedes eſt oſculatus, ut eadem narrant acta. Adhæc ut reprehenſibile eſt & improbandum in admittentibus tale obſequium, ita in Gentilibus iſthoc exhibentibus eò minus attendendum. Oſcula pedum Summo apud Tataros Sacerdoti exhibentur. (*f*) Pariſini ad vitam Gaji (*g*) *Fideles initio congreſsûs orârunt, & finita oratione Pontificis & Presbyterorum pedes oſculati ſunt.* Quibus autem hi fideles orandi formulis uſi, Bar. §.10. ſeq. refert: *Domine Deus, qui diſperſa congregas*,&c. & *Domine Deus, Pater Domini N. J. C. &c. da nobis ſervis tuis conſtantiam fidei, quia tu regnas in ſecula ſeculorum.* Ad quæ reſponderunt omnes *Amen.*

(*a*) *De Patr. p.329. & de cultu Lat. p.76.* (*b*) *l. 2 c.14.§ 4.* (*c*) *c.81.* (*d*) *vid. de Dom. l.4. c.7.* (*e*) *Idem* §.44. (*f*) *Heberſtein.107. i.* (*g*) *T.1. p.586. in marg.*

JESU

An.295.

JESU CHRISTI *Annus* 295.

DIOCLET. & MAXIMIN. } *Impp. Annus* 12.

Caji P. an.12. Coſſ. Tuſcus & Anullinus. Conſtantius cum inſtructa claſſe feliciter appulit in Britañia,ubi Aſclepiodoti opera contra Alectum invaſorem uſus,eúmque oppreſſit: Alectus quidem cæſo Carauſio imperium Britannicum triennium occupaverat. Ab ejusdem etiam Conſtantii copiis collegam Alecti Livium Gallum cum ſuis Londini pauló pôſt cæſum fuiſſe refert hiſtoria Britannica. (a) Ad amniculum,qui ab eo Gale-broc,ſive Wale broke nomen accepit. (b) De hac victoria gratulati ſunt Britanni cum uxoribus & liberis Conſtantio, lætatíque ob redditam libertatem, qua ſub Romanis fruebantur. Interea Galerius contra Perſas agebat,Maximinus autem in Africa occupatus, Diocletianus in Ægypto,unde Nicomediam receſſit,ad ordinariam Sedem ſuam.

a) *Vſſer. ant. Br. p.144. & l.5.c.4.* (b) *p.982.*

JESU CHRISTI *Annus* 296. An.296.

DIOCLET. & MAXIMIN. } *Impp. Annus* 13.

§.1.) Marcellini P. an.1.Coſſ. Dioclet. Aug.VI. & Conſtantius Cæſ. II. *Cajus* Epiſc. R. ſanguine ſuo teſtimonium veritati perhibet: addunt illi Gabinium fratrem, propter filiam Suſannam, de quo tamen nihil Euſebius vel in hiſt. vel in Chron. neque Martyrol. ad 22.Apr. ubi de Cajo, vel ad 19. Febr. ubi de Gabinio. Confer Hoſpin. ad dict. d. Repudium itaque figmenti, Pſeudo Damaſi mittimus. Cajum hunc, Sebaſtiani (vid. 20.Jan.) & aliorum Sanctorum acta,quanquam ſuſpecta,tradunt cum aliis fidelibus Cœſtulum quendam latentes,diu noctúque gemitibus, fletibus, jejuniis & orationibus occupatos oráſſe DOMINUM,ut digni haberentur tolerantiâ confeſſionis ejus, & in numerum S. martyrum admitti mererentur. Sedit ad an. 11.Carr. an.11.m.4.d.12. Damaſo,Plat. Star. an.12.m.4.d.6. Coſtero,Calviſ.an.15. Euſ. in Chron. an.12.m.4.d.5. Spond. & Pariſ. an.13. Fridl. Quatuor ordinationibus fecit Preſbyteros 25. Diac. 8.Epiſc. 5. Sepultus in cœmiterio Calixti. Sub diris his vexationibus, quibus nec principibus parſum perſo- *Cajus P. martyr.*

An.296. perſonis, non in Papali palatio aliquo, aut templo magnifico, ſed in cryptis aut terræ cavernis latuiſſe perhibetur (a) uſque quò extractus vitam finiit. Loca illa, in quibus tum latitabat & ſacra ibi peragebat Cajus, ſtatim Eccleſiæ, ſtatim domus & habitacula dicuntur, & quidem etiam privatorum, utpote Chromatii, Caſtuli, Gabinii, Cyriaci &c. nimirum quia privati adhuc illa poſſidebant, ad conventus autem ſacros agendos eadem fratribus aperiebant. (b) ulterius progreditur Tilenus: (c) *Sub moderatioribus Impp. Alex. Severo, Gordiano, Philippo, Gallicano, Fl. Claudio Aureliano, Probo &c. fabrica ſeu S. ædes, tumultuario opere paſſim excitata ſunt: quas anno 10. Diocletiani, ad unam omnes ſolo tenus dejectas atque everſas fuiſſe teſtatur Euſ. l. 8. c. 2. quod & antea ſub Decio, aliiſque factum, occaſionem præbuit Ethnicis ἀθεΐας impingendi Chriſtianis, eò quòd templa non haberent: Orig. cont. Celſ. l. 4. Arnob. l. 2.*

Ejus Decretalis. §. 2.) Unam Decretalem ſcripſiſſe prætenditur ad Felicem Epiſcopum, ſanè Utopicum, unde maxima ejus pars ex Epiſtola Leonis I. ad Leonem Aug. exſcripta eſt. Eam vid. T. 1. Conc. pag. 431. ed. Ven. & 586. ed. Par. In eandem cenſuram in Pſeudiſ. præf. p. 69. in tr. p. 377--385. Cocum p. 71. Sex ejus partes conſtituuntur. 1. Paganos & hæreticos non poſſe accuſare Chriſtianos. 2. q. 7. pagani. Nimirum in tantis perſecutionibus cohercere & refrenare poterant Chriſtiani gentiles. 2. Epiſcopum non accuſandum apud Judices ſeculares. 3. Clericos apud Epiſcopos accuſandos. 3. q. 1. Epiſcopus. 4. de his qui negant Verbi Dei incarnationem. 5. Quod ad ſpem vitæ æternæ perveniri non poſſit, niſi per Mediatorem Dei & hominum Chriſtum Jeſum. 6. De ordinibus Eccleſ. Vetuit itaque ſacris initiatos à profanis hominibus, paganis & hæreticis in jus vocari, aut infamiâ notari: vel Clericum coram judice ſeculari accuſari. Inde Polyd. (d) Cajus primus ſtatuit, ut ſacerdos ne coram judice profano conveniri poſſet, quò ſic cunctos deterreret, ne Chriſtos Domini tangerent. Ita ergo ſoli Clerici *Uncti* ſunt Domini! Confer Rouſſel. polit. l. 4. c. 2. §. 7. ex Alex. I. teſtimonio, ubi tamen §. 6. ſic contrarium probat: *Nec Moſes*, inquit, *in veteri Lege, nec Chriſtus, aut Apoſtoli in Evangelica vetuerunt Eccleſiaſticos à Magiſtratibus Laicis judicari: imò Chriſtus non eſt dedignatus reſpondere coram Pilato, quo nemo ſecularior, ut ſcripſit D. Bernhardus contra Monachos ſecularitatem contemnentes, & quando DD. Petrus & Paulus Magiſtratibus obediendum eſſe dicebant etiam dyſcolis, non eximebat ab eorum juriſdictione Eccleſiaſticos. ſiquidem eis apud ſe illos vocantibus, ut jus perciperent, obſequendum fuit, aliàs non obediviſſent. Quin etiam ipſe Paulus maluit ſubire Romanorum, quàm Pontificis Judæorum tribunal. Denique ubi cenſuit conſtituendum eſſe judicem ex Eccleſia i. e. ex toto fidelium cœtu, nec expreſsè dixit, ut ſacerdos eſſet, at ut ſapiens, unde etiam Laicus eligi poterat: non ſpecialiter præcipit,*

(a) *Apud Plat.* (b) *Vid. Blondel. de Epiſc. p. 241.* (c) *Synt. part. 2. diſp. 52. §. 16.* (d) *l. 4. c. 12.*

cipit,ut judex Sacerdotibus eligeretur, vel ſi promotus eſſet Laicus ad judicii tribunal, ab ejus cognitione ſegregaretur Clericus. An.296.

§. 3.) Atque ita ſatis Canoniſta Rouſſelius dixiſſe pro nobis cenſendus. Inſtant tamen variè adverſarii. 1. Ex Conciliorum decretis, utpote Chalced. Can. 9. & Agath. c. 3. 2. ex Conſtit. Impp. ut Juſtin. Novel. 79. 83. & 123. licet non in criminalibus. 3. Ex lege Canonica tam in criminalibus, quàm in civilibus ſine diſcrimine. Reſp. 1. Concilia loquuntur de cauſis purè Eccleſiaſticis, quæ meritò ad Presbyterium pertinere dicuntur. 2. Epiſcopo permittente Clericus poterat accuſari coram Civili Magiſtratu. 3. Conſtitutiones Imperatorum admittimus, Canonicas rejicimus, quia illæ pietatem Chriſtianorum principum arguunt, hæ poteſtatem principibus à Deo conceſſam eripiunt. 4. Nihil vetat aliquem in temporalibus eſſe judicem tuum, quem in ſpiritualibus ipſe judicare ſoleas. 5. Quomodo Cajus fugiens perſecutionem, ac incryptis multo tempore latitans, tandémque repertus & martyrio deletus, ſancire talem legem potuiſſet? Eadem ratio cum ſimili Caji lege, expoliatum aut ejectum Epiſcopum accuſari non poſſe, priusquam omnia illi reſtituantur.

Si pars hujus Decretalis quinta ſic ſeſe habeat, ut revera eſt, act 4. 12. 1. Tim. 2. 5, quomodo B. Virginis, & reliquorum S. invocatio & interceſſio hodie ſubſtituta & inculcata? At ibidem Cajus oſtendit, quòd nullius innocentis occiſio fuerit redemtio mundi, nec alicujus debitum quiſquam ſuo fine perſolvit, niſi Filius hominis J. Chriſtus, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes ſepulti, omnes etiam ſunt ſuſcitati. Subdit deinde, quòd niſi Verbum dignaretur caro fieri, nulla caro poſſet ſalvari.

§. 4.) In eadem Decretali Ordines in Eccleſia Cajus diſtinxit, quibus tanquam gradibus ad Epiſcopatum aſcenderetur, ſeu voluit, ut quisque Epiſcoporum per omnes gradus officiorum in Eccleſia aſcenderet. Hi autem erant *Oſtiarius, Lector, exorciſta, Acolythus, ſubdiaconus, Diaconus, Presbyter, Epiſcopus.* Hinc volunt adverſarii, Cajum Cleri dignitatem mirum in modum auxiſſe per hanc Ordinum diſtinctionem. At ita ſomniant, quî enim etiam in ſequentibus Rom. Epiſcopis nonniſi trium Ordinum mentio fit, Diaconorum, Presbyterorum & Epiſcoporum. Quid ſi Antichriſti regnum ita paulatim creviſſe potiùs agnoſcamus? At neque merces tales obtrudi nobis patimur. Sed tamen aliquid demus & dicamus, longè aliam rationem fuiſſe olim cum his ordinibus, quàm nunc eſt in papatu, uti jam alibi oſtendimus, résque ipſa docet. Vehicula olim fuerunt quibus Eccleſiæ Miniſtri gradatim ſunt provecti, ne per ſaltum Epiſcopale ſolium occuparent: media fuerunt δοκιμαστικά, quibus examinata & explorata ſunt Clericorum ingenia, antequam graviſſima Epiſcoporum munia ipſis fuerunt commiſſa. Hodie ad ſacrificium Miſſaticum omnes hi ordines ſolitariè ceu ad ultimum ſcopum diriguntur; & ab annis benè multis ſecundùm Gaji decretum, per dictos gradus, ſervato tempo-

Digitized by Google

An.296. tempore olim determinato, ad Epiſcopalis honoris apicem nemo aſcendit. Aliqui VII. ordines, alii IIX. alii IX. numerant, quia primam tonſuram etiam annumerant, alii verò illâ omiſſâ, Epiſcopatum & Archiepiſcopatum addunt, vel ut aliqui Codices legunt, Archidiaconatum. at epiſcopatum alii non Ordinis, ſed dignitatis titulum vocant. (e) Neque apud Gajum noſtrum Archiepiſcopi, Metropolitæ, *primatus*, *Patriarchæ*, &c. occurrunt. De hoc doctè Blondel. (f) docet, Veteris Romanæ Eccleſiæ primordialem formam adeò ſimplicem fuiſſe, ut per annos circiter 30. Diaconis (ſub ſolo Presbyterorum regimine conſtituta) caruerit; toto ſeculo ſequente ultra duos ab Apoſtolis inſtitutos Presbyterorum & Diaconorum ordines nihil deſideraverit; ante ſeculi ejusdem ad metas properantis finem acoluthis uſa nunquam fuerit: poſt annos demum 50. Subdiaconos creavit; imò poſt 60; ſiquidem ex Epiſtola Cornelii P. ad Fabium Antioch. apud Euſ. l.6. c.43. Presbyteris 46. Diaconis 7. acoluthis 42. exorciſtis, lectoribus & oſtiariis 52. conſtitit totius Romani Cleri σύνταγμα. Hinc conſtare poteſt. 1. Nullos in urbe Subdiaconos fuiſſe. 2. adeoque nullum à Fabiano decretum conditum, vel ſanè executioni mandatum non fuiſſe. 3. Exorciſtarum, Lectorum, Oſtiariorum, quos uno agmine concluſit Cornelius P. (utut functiones diverſæ fuerint) diſtinctos ordines nequaquam fuiſſe. Porrò de Clericis gradatim promovendis, Caji inſtitutum confirmârunt varii alii ſucceſſores, utpote Sylveſter, Siricius, Innocentius, Zoſimus, &c. de quibus idem Blondel. p.209. At quis dicat talia Epiſcoporum Rom. decreta univerſæ Eccleſiæ data, vel ab illis recepta fuiſſe?

Marcellinus fit P. §. 5.) Cajum excipit poſt 11. dierum ceſſationem, *Marcellinus* Romanus, quem Euſebius cum quibusdam aliis, eundem facit cum Marcello: Baronius, Damaſus, Plat. &c. non item.

Zambdas fit Ep. Hieroſ. Hymenæo Epiſcopo Hieroſ. ſuccedit *Zambdas*, Eutychio *Zabdas*, *Zebedæus*. De hoc Euſ. In chron. ad an. 299. XXXIIX. ordinatur Epiſcopus Labdas. Ejus memoriam vid. 19. Febr.

Vid. an. 303 §4. Narciſſus. *Narciſſus* ex Legendiſtarum ſententia, Auguſtam Vindelicorum abit, ibique primum Epiſcopum *Dionyſium Cretenſem* ordinat. De hoc Zimmerm. §.246. & Arnd. l. Gentium converſ. §.7. Auguſta Vindelicorum an. 190. à Lucio accepit Evangelium: quam confirmavit Narciſſus Gerundenſis an. 290. Et Bucel. (g) *S. Dionyſius* uno anno prædicat Auguſtæ, ſcil. 296. cujus ſucceſſor *Soſymus* martyr ſub an. Dom. 300. Narciſſus Auguſtæ Aphram convertit, redux cum Diacono Gerundam, uterque martyr factus: vid. Wicel. in menſe Aug. c.28. At unúmne Hiſpanorum & Vindelicorum labium fuit? Licet verò à probatis Geographis, Cluverio atque paribus, Hiſpania quoque Celticæ veteri adſcribatur, ita tamen hoc tempore dialecti mutatæ, ut men-

e) *Vid. Dorſchaum in Th. Aquin. p.113. Arnd. l. Clerus* §.179. *ſeq.* & §.200.) f) *De Epiſc. præf. p.32.* (g) *In Germ. S. p.12.*

ut neuter alterum jam intelligere potuerit, cumpr. ſi Latinorum arma atque imperia & colonias conſideres. De Aphra vid. ſ. Aug. & hiſt. Lomb. c. 203. An. 297.

Niceph. l. 7. c. 6. ſcribit 20000. hominum una nocte Nativitatis Chriſti, cùm in cryptis & templis orarent, à Maximiano combuſta eſſe. *Vid. an. 303. §. 4.*

JESU CHRISTI *Annus* 297.

DIOCLET. & MAXIMIN. } *Impp. Annus* 14.

§. 1.) Marcellini P. an. 1. Coſſ. Maximianus Aug. V. & Galerius Maximianus, Cæſar II. Germani maxima manu Rhenum glacie concretum in Gallias trajiciunt & rapinis miſerè graſſantur, unde Conſtantius ex Anglia evocatus his obviam profectus 60000. hoſtium ſternit, de quibus Eutrop. conſule. Eodem tempore *Legio* militum *Thebæa*, cujus Tribunus Mauricius fuit, ex oriente Romam evocata, & à Diocletiano in ſupplementum exercitûs, ad Maximianum in Gallias miſſa, adverſus ruſticos ſeu Bagaudas tumultuantes, malim contra hos ipſos Germanos. In itinere hanc Legionem Hieroſolymis hybernâſſe & à Zambda loci Epiſcopo converſos, poſtea Romæ à Marcellino P. confirmatos fuiſſe ajunt. At certius longè illos extuliſſe ſecum religionem ex Ægypto, quia ibi fuerat copioſus fidelium numerus, quanquam in itinere quoque confirmatos non negandum judico. Olim metropolis Ægypti Thebæa fuit, ἑκατόμπυλος à centum portis nominata. Ob Achillis rebellionem in Ægypto Diocletianus Galerium ex Pannonia eò accerſivit, ac debellato hoſte muros aliquot urbium, inpr. Alexandriæ diruit, Thebis autem ob fidem ſervatam, magna privilegia tribuit, ac univerſæ Ægypti defenſionem. In Gallia autem Amandi & Æliani ducum inſtinctu, magna ſeditione orta contra Rom. Imperium, quibus ingens multitudo adhæſit, Thebæa legio *Mauritio* atque *Secundo* ducibus evocata, tandem Galliam verſus, per Jovis montem, Octodurum ad Maximiani exercitum educta fuit. Apud Valleſianos itaque præter conſuetum militum juramentum, contra morem ad Diis ſacrificandum Imperator compellere conatur hanc legionem, quæ proinde abominans tantam impietatem, juſſu Imperatoris ſemel atque iterum decimationem paſſa, omnéſque tandem milites præſentes, unà cum Tribuno Mauritio, qui ſuos ſimul ad fortitudinem & conſtantiam, ceu ſpiritualis dux erexit, animo imperterrito atque conſtanti, à reliquo exercitu interempti, ita quidem, ut ex tota legione vix aliqui evaſerint. (*a*) *Thebæa Legio.*

mm §. 2. Hos

a) *Vid. Sigon. Lipſtorp. p. 69. Sueur ad præſ. annum: alios.*

An.297. §. 2.) Hos inter qui paſſi feruntur, *Secundus* fuit & *Alexander*: d.26. Aug. Bar. §.16. item *Mauritius, Exuperius, Candidus, Victor, Innocentius, Vitalis*, cum ſociis legionis d.22. Sept. de quibus Hoſpin. etiam vide, & Bar. à §.10. Ex dilapſorum autem reliquiis ad Xantones in Gallias, Bonnam & Coloniam, atque aliò nonnulli diffugerunt. *Urſus* & *Victor* (quibus *Coſmam* & *Damianum* addit Simlerus in deſcr. Valleſiæ: de quibus Bar. ad an.285.) cum 66. ſociis Solodori à præfecto Hirtaco d.30 Sept. an.289. vel juxta Bar.299. deleti. Vide Adonem. Urſi inventio Solodori facta anno 1520. (*b*) *Felix* cum ſorore *Regula* & ſervo *Exuperantio*, per avia montium Uriam, Glaronam & Tigurum penetraverunt, ubi ob Evangelii præconium decollati 11. Sept. anno 303. vel 312. vid. Hoſpin. ad dictam diem, item p.16. b. quid Tiguri tempore Reformationis inventum loco reliquiarum: idem de Templ. p 118. Coloniæ Agrippinæ *Gereon* cum aliis 318. d.10.Oct. Bar.§.20. adde Hoſpin. ad eand. diem. Lambec. Biblioth. Vindib. T.3. pag.36. In eodem territorio *Victor Malloſus* cum ſociis: Bar. §.18. Bonnæ *Caſſius* & *Florentius*. Martyrol. ib. Bar. §.17.20. Ut verò fœcundi ſunt Legendarum conſarcinatores, ita & hoc loco accidit, dum quaſi ex altera Troja, quaquaverſum dilapſos tales Thebanos, eorúmque reliquias, ſine juſtis tabulis, abſque legitima ac ſufficienti auctoritate, oſtentant ac ſubſtituunt, dies, annos, loca, neces ita temerè deſcribunt & amplificant, ipſi quaſi omnibus interfuiſſent oculiſque uſurpâſſent. (*c*) Ita Mauritii gladium cum annulo Aureo Sabaudiæ Dux poſſidet: Alius ejuſdem annulus in Valleſiæ Monaſterio aſſervatur: vexillum in Baſilica Magdeburgi: lancea Cracoviæ: gladius Carnificis Pragæ: lingua illius in Narbonenſi Monaſterio Conſolationis ad caſtrum Realis: in Eremo D. Virginis integrum brachium: Caput à Rhodano fl. Viennam Galliæ uſque translatum.

§. 3.) Verùm quænam Thebanorum fides fuerit inprimis quæritur. Certè non apud idola, aut S. demortuos auxilia quæſiviſſe, Mauritii ad milites ſuos concio, quam Murerus c.7. ex Caniſio producit, manifeſtum facit: *Omnipotenti atque æterno Deo, Servatori noſtro atque Creatori gratias ago, & lætor commilitones chariſſimi*, &c. Quidquid habeat Beda, Uſuardus, Eucherius, Ado, Greg. Turonicus, Sigebertus (*d*) Venantius Fortunatus, Otto Friſing. (*e*) illi tamen ejus auctoritatis & fidei apud nos non ſunt, ut tutò illis credere poſſimus, quia ſequioris ætatis & nonniſi ex traditione ſcribunt, adeóque nimis εὔπιστοι ſunt, ita ut unus alteri imponat, & fortè de ſuo plures addant, unde tanta in hac ipſa hiſtoria diſcrepantia. Recentiores adhuc ſunt Antonius Archiep. Florent. (*f*) Jac. de Voragine (*g*) Helinandus, Surius, Caniſius, Guillimannus, Mombritius, &c. & ex noſtris Stumpſius: Simlerus in Valleſiæ deſcriptione, qui nonniſi ex dubia traditione & auditione hæc ſe ita accepiſſe

(*b*) *Stetler l.11.p.594.* (*c*) *Vid. Helv. S. Mureti p.30.* (*d*) *De viris illuſtr. c.159.* (*e*) *l.3. c.45.* (*f*) *part.1.* (*g*) *c.136.*

piſſe agnoſcunt, cumpr. autem Bullingerus noſter (*h*) Adde Lebbei onomaſticum, ὁδηγὸν Hottingeri. (*i*) Non minus in chronologiſmo diſcrepant: alii hanc Thebeam legionem ad an. 287. alii ad 292. referunt: alii ad 303. al. ad 306. vel 308. vel 312. (*k*) Baronius ad hunc an. 297. al. ad 299. Murerus *Verenæ* hiſtoriam ad annum circiter 300. referendam exiſtimat, quæ una fuit ex ſociis Thebaicis: vid. Hoſp. ad 1. Sept. Idem Felicis & Regulæ tranſitum ad an. 303. vel 312. ponit. De horum teſtium miraculis, ſepulchris, corporum inventione, translatione & ad illa peregrinatione multa ac mira narrant, vix autem quidquam probant; meritóque rogamus, quî fiat, quòd hodie ita contemptim jaceant & otioſi, quare illorum virtutes jam evanuerint, & cultus viluerit, novíque ſint ſubſtituti Sanctuli? Alii à Zambda Hieroſ. Epiſcopo converſos volunt, quando ex Ægypto in Italiam evocati hybernârunt Hieroſolymis, alii in Ægypto jam converſos, at nondum penitus illuſtratos, ex hybernis palæſtinæ vicinis Hieroſolymas peregrinationem ſacram inſtituiſſe, & ibi melius inſtitutos fuiſſe. Id quòd facere minimè licuiſſet, unde jam demum Chriſtiani detecti ſunt. Spondanus (*l*) liberè fatetur, quòd *Græci quoque ſub Diocletiano & Maximiniano ſuum habeant Mauritium & commilitones martyres Apameæ in Syria* (quorum geſta deſcripſit Metaphraſtes & Surius menſe Julio) *inde factum eſt, ut plerique NB. utrunque Mauritium perperam in unum confuderint.* Nil brevius & tutius atque ſagacius. An. 297.

§. 4. Nos ut hiſtoriam non penitus negamus, ſic absque legitimis & ſufficientibus teſtibus fidem non dandam fabulis & ludicris, ſed unicam revelati Verbi divini cynoſuram & regulam ob oculos ponendam contendimus. Et verò reſpondeant Latini, quam hi noſtri Apoſtoli, mulieres etiam Regula, Verena, &c. miſſionem, vocationem, & ordinationem habuerint? Quoties autem hæc talia contigere inde ab Apoſtolorum ævo? Quid ergo impediat, quo minus noſtrorum Reformatorum vocationem admittamus, maximè cùm ad Evangelium prædicandum ab utroque ordine vocati fuerint & deſtinati? Confer omnino Petr. Molinæum de Vocatione Paſtorum: Witak. de Pont. (*m*) alios varios.

Agaun. monaſt. De Monaſterio S. Mauritii ſeu Agaunenſi vid. Hoſpin. de Mon. p. 138. in fundatione illius Theodorus II. anno 515. ſubſcripſiſſe fertur. (*n*) Hinc Sedunenſis Epiſcopatus tutelares ſuos agnoſcit B. Virginem, S. Mauritium cum ſociis, S. Theodulum, qui ordine XVII. Epiſcopus recenſetur, cui Carolus M. Circa an. Dom. 802. illum comitatum & præfecturam donâſſe fertur. Iiſdem patronis S. Catharinam etiam ſociam dant: vid. Gall. Chriſt. T. 3. p. 1000. ſeqq. ubi inter alia: *Olim Capitulum Sedunenſe ſecundùm com-*

h) *Hiſt. inedita T. 1. geſtorum Tigur. l. 2. c. 3.* (*i*) *Part. 1. à p. 12.* (*k*) *Vid. Stumpf. Chron. l. 6. c. 12.* (*l*) §. 2. (*m*) *Contr. 4. q. 1. c. 2. §. 18.* (*n*) *Gall. Chriſt.*

An.298. *munem uſum & conſuetudinem Eccleſiarum & Juris Canonici diſpoſitionem, unum Canonicum de eorum corpore depromptum deligere ſolebat, qui populo deinde in Eccleſia Cathedrali Sedunenſi publicè & ſolenniter exhibebatur, cui demonſtrationi Univerſus populus acclamabat, votis applaudebat.* At jam penitus morem immutatum ibidem profitetur. Eadem Gallia Chriſt. T.4.tit. Agaunum, plura habet: inter alia: *Anno circiter* 880. *revelata ſunt S. Mauritii & ſociorum corpora*, &c.

JESU CHRISTI *Annus* 298.
DIOCLET. & MAXIMIN. } *Impp. Annus* 15.

Martyres. §. 1.) Marcellini P. an. 2. Coſſ. Fauſtus & Gallus. Diocletianus maximè in milites Chriſtianos ſæviit, interim totum etiam pervaſit orbem. Neque tantùm veloci martyrio deleti arma portantes, ſed etiam ad thermas, tum Romæ Diocletianas, tum Carthagine Maximinianas extruendas damnati: quibus abſolutis, conſtantes in confeſſione, ne aliquid in imperium molirentur, omnes pariter unà cum *Zenone* Tribuno, extra portam Trigeminam, ad Aquas Salvias, in loco dicto Gutta jugiter manans, necati ſunt, numero 10203. quod tamen Fridliebius tempore perſecutionis IV. ſub Hadriano accidiſſe ſcribit: vid. 9. Julii. & Bar. §. 17.

Marcellus Centurio Tingi in Mauritania patitur: 30. Oct. Bar. à §. 1. ubi inſignis & imperterrita ejus confeſſio notanda, quando dicit: *Si talis eſt conditio militantium, ut Diis & Impp. ſacra facere compellantur: ecce projicio vitem & cingulum, renuncio ſignis, & militare recuſo.* Item: *Deos veſtros ligneos & lapideos adorare contemno, quæ ſunt idola muta & ſurda*, &c. (*a*) Ejusdem XII. filios eadem violentia perjiſſe ait Bar. §. 9. vid. Martyrol. ad 3. Mart. & 13. Oct. idem alios XII. fratres collocat ad 1. Sept. Beneventi ſublatos.

Romæ Cyriacus, Largus, & Smaragdus. Bar. §. 12. Martyrol. & Hoſp. ad 8. Aug.

Hieroſ. Eccl. §. 2.) Inter has perſecutiones, inquit Sueurius, Eccleſia Hieroſolymitana tranquillitate aliqua fruebatur. Hujus Epiſcopus, *Hymenæus* poſt ſedem XXX. Annorum hoc anno moritur, eique *Zambdas* ſufficitur: quem *Vid. an. 296. §. 5.* Baronius ad an. 296. collocat, verùm obſervandum, ait idem Suerius, quòd ordinariè uſque ad IV. ſeculum duos annos anticipet, prout judicioſè notârunt

a) *Zimmerm.* §. 217. *ex Bar.* § 2.

Digitized by Google

rūnt verſati chronologi. Itaque Cardinalis hac ſua uſus methodo, Zambdæ hoc anno ſucceſſorem dat *Hermonem*, qui & *Thermon*, item *Aſon* dictus. An. 298.

Imperatores Diocletianus & Maximianus, Cæſares item Galerius & Conſtantius partim deletâ, partim captâ innumerabili gentium ſeptentrionalium in Romanum Imperium ſeſe infundentium multitudine, Romæ tandem glorioſe triumphârunt, ubi tamen diſſentiunt in tempore ſcriptores, unde fit ut hæc & alia tam facilè ad annos certos referri non poſſint. Ab hoc triumpho vel felicitate putant Diocletianum *Jovium* ſe vocaſſe, q. d. de Jove, vel qui auxilium dat; & Maximianum *Herculeum*. Itaque pacis exercitiâ in Imperio reſtituta, leges latæ, artes & ſcientiæ cultæ, urbes & ædificia excitata, Templa, theatra, pontes, balnea & ſimilia. utut verò Diocletianus Collegas ſibi aſciverit, ſupremam tamen is poteſtatem & directionem retinuit, eíque ſponte honorem detulerunt & ceſſerunt reliqui, unde eo tandem dementiæ proceſſit, ut proſtrationem, adorationem & oſcula pedum poſtulârit, in quem finem etiam veſtimenta & calcei pretioſis micabant lapidibus. Thermas VII. annorum ſpatio ædificari curavit 3300. ſella marmorea continentes, & alias Maximianus Mediolani & Carthagine. *Vid. an. 301. §. 1.*

JESU CHRISTI *Annus* 299. An. 299.

DIOCLET. & MAXIMIN. } *Impp. Annus* 16.

Marcellini P. an. 3. at Spondano an. 4. ita deinceps. Coſſ. Diocletianus VII. & Maximin. VI.

Guri & *Samona*, Edeſſæ in Syria martyrium. 15. November, Bar. §. 2.

Cyrillus Antiochiæ Epiſc. deletur. 22. Julii. Bar. §. 4. eidem ſuccedit *Tyrannus*, Euris dictus Eurychio. *Tyrannus Antioch. ſuccedit Cyrillo.*

Digitized by Google

An 300.

JESU CHRISTI *Annus* 300.

DIOCLET. & MAXIMIA. } *Impp. Annus* 17.

§. 1.) Marcelli P. an.4. Coſſ. Conſtantius & Galerius Cæſſ. III. Milites Chriſtiani ad metalla, marmora, & alias operas graves damnati, inpr. ad thermas & ſimilia ædificia extruenda. Unde *Thraſon*, homo dives, quia per *Siſinnium* & *Cyriacum* Diaconos, item per *Smaragdum* & *Largum* eleemoſynas his miſeris diſtribui curavit, detectus, & cum nominatis, item cum ſene *Saturnino* ſublatus fuit. Et tamen hactenus perſecutio nondum erat univerſalis, hinc in Gallia nondum tam frequentia notantur martyria ob Conſtantium. Unde ſine dubio factum, ut *Stremonius* vel *Auſtremonius* Avernenſis Epiſc. cum *Nectario* Presbytero. *Paulus Narbonenſis* & *Gratianus Turonenſis* diu Eccleſiam docuerint, tandemque in pace mortui ſint. Eodem tempore alii fidi in Gallia fuerunt Miniſtri, quales *Sanctinus*, *Domitianus*, alii, de quibus Galliam Chriſt. conſule. *S. Guimera* primus Carcaſſonenſis Epiſcopus hoc anno mortuus fertur, ſine tamen firmo fundamento. ib. T.2.p.476. Secundus Hilarius ponitur. 3. S. Valerius, &c.

Petrus Alex. ſuccedit Theonæ.

Theonas Epiſc. Alex. deletus 23. Aug. vid. Euſ. l. 7. c. ult. aliàs *Neron* etiam vocatus. Succeſſorem nactus *Petrum*.

§. 2.) Claudimus hanc Centuriam Caſauboni (*a*) verbis: Tribus primis ſeculis; quæ Eccleſiæ infantis, & tempus innocentiæ dici poſſunt; Chriſtiani homines in praxi veræ pietatis magis, quàm ipſius ſcientiæ theoria, fuerunt occupati. Hinc fidei hoſtium perſecutiones, illinc Sanctorum Zelus, & ſtupenda conſtantia, magis, quàm exculta inſigniter ſcientia Theologiæ, tempora illa nobilitârunt &c. Tempore Conſtantini M. mutata orbis Romani facie, Eccleſia, quæ fugere & latere, ut plurimum, aut omnes malorum ideas perpeti hactenus fuerat coacta, in libertatem vindicata, rebus omnibus florere ſubitò eſt viſa. ut jure merito hoc ſeculum, cum duobus ſeqq. ἀκμὴ τῆς ἐκκλησίας, flos ipſe Eccleſiæ, & ætas illius aurea queat nuncupari. Hæc ſecula non modò plures inſignes Patres tulere, ſed etiam ſtudium Theologicum & hiſtoria Eccleſiaſtica florere cœpit. Hactenus Epiſcopi Romani puri erant, in munere ſtrenui, in vita ſancti, in victu tenues, in dignitate aliis æquales & fratres, in fide ad ſanguinem usque conſtantes. (*b*) Alius nonnemo ſic de tribus ſeculis prioribus refert: Cùm poſt Chriſti aſcenſum ad cœlos primi Chriſtiani eſſent Judæi, factum ut hi agitarent cœtus ſuos ad modum Synagoga-

(*a*) *Exercit. in Bar. proleg. init.* (*b*) *Vid. Micral. hiſt. Eccl. l. 1. §. 2. n. 12.*

Digitized by Google

nagogarum; in eodem cœtu colentes Deum, & dirimentes lites ſubortas inter Chriſtianos. item: Conſtat ſub prima Centuria & deinceps per 300. annos unamquamque Eccleſiam ſuas res ſeorſim ordinâſſe; atque ut omnes pares erant authoritate, ita ejus paſtores ἰσοτίμους fuiſſe & æquales per omnia, nulla προστασία, ſed tantùm προεδρία locum habente. Circa initia promiſcuæ erant appellationes Epiſcoporum, Presbyterorum & Diaconorum, diu autem poſt Apoſtolos, cum unaquæque Eccleſia haberet ſuum Presbyterium, ut primus Presbyterorum diceretur Epiſcopus, qui inprimis vacabat doctrinæ & precibus, cœteris juxta Paſtoribus ſeu Diaconis ſepoſitis ad alios actus paſtorales, quales erant erudire privatim Ethnicos & rudes, Sacramenta adminiſtrare, curam ſuſcipere collectarum, pauperum & ægrorum, quibus ſublevandis inpr. Diaconi deſtinati erant. Id verò non ita accipiendum, quaſi ita coarctati cujusque limites, uti poſtea factum. An. 300.

INDEX

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX LOCORUM S. SCRIPTURÆ.

GENESIS.
Cap.XXV.9.an.226.§.8.
XLII.15.an.202.§.2.
DEUTERONOMION.
Cap.XVII.3.an.260.§.5.
I. SAMUELIS.
Cap.XXV.16.an.202.§.2.
II. REGUM.
Cap.II.v,2.an.202.§.2.
JEREMIAS.
Cap.V.7.an.202.§.2.
XII.16.an.202.§.2.
DANIELIS.
Cap.I.37. an.226 §7.
MATTHÆUS.
Cap.VI.14.an.203.§.1.
IX.12.an.208.§.1.
XIV.19. an.283.§.7.
XVIII.1.ſeq.an.256.§.11.
17.an.203.§.1.
MARCUS.
Cap.V.2-14. an.226.§.8.
VIII.6.ſeq.an.283.§.7.
LUCAS.
Cap.VII.12.an.226.§.8.
X.1.an.221.§.2.
XV.5.an.216.§.5.
JOHANNES.
Cap.XI.30.ſeq.an.226.§.8.
XII.6.an.233.§.3.
XIII.10.an.217.§.1.
29.an.233.§.3.
XIX.41.an.226.§.8.
ACTA APOSTOLORUM.
Cap.I.15.an.221.§.5.
II.43.ſeq.an.233.§.3.
IV.12.an.296.§.3.
32.an.233.§.3.
VI.2.an.221.§.5.& an.233.§.3.& 250.§.1.
X.25.an.259.§.2.
26.an.246.§.3.
XI.26.an.226.§.2.
XV.22.23.an.255.§.4.
4.6.an.255.§.4.
XXIV.2.an.253.§.5.
AD ROMANOS.
Cap.I.8.an.161.§.15.
III.24.an.255.§.8.
XI.21.22.an.261.§.15.
XIV.23.an.233.§.8.
XV.4.an.253.§.2.
I. AD CORINTHIOS.
Cap.VII.18.an.203.§.3.
XIV.23.an.226.§.2.
XVI.2.an.216.§.12.
AD GALATAS.
Cap.I.8.an.272.§.5.

nn Ad

Digitized by Google

AD COLOSSENSES.
Cap.II,18.an.260.§.5.
II. AD THESSALONICENSES.
Cap.II.3.7.an.216.§.8.
I. AD TIMOTHEUM.
Cap.II.5.an.296.§.3.
III.2.3. an.226.§.7.
IV.4.an.283.§.7

AD HEBRÆOS.
Cap.X.14.an.255.8.
I. JOHANNIS.
Cap.II.2.an.255.§.8.
APOCALYPSIS.
Cap.VI.9.10.an.275.§.2.
XIII.1.an.216.§.8.
XIX.20.an.260.§.5.
XXII.8.an.260.§.5.

INDEX MATERIARUM

IN

Centuriam tertiam.

Prior numerus annum : poſterior §. denotat.

Abbatiſſa non velet.283 § 6.
Abda Apoſtolus Manetis.277 § 2.
Abgarus Rex capitur.218 § 1.
Abſens non judicandus: 221 § 2. 275 § 4.
Abſis: 263 § 1.
Abſolutio quæ olim: 207.§. 2. & 255 § 8.9. & 261 § 22.
Abuſiones XII. 261 § 8.
Accedere ad menſam Dom.266. § 4.
Accuſandum quomodo: 283 § 5. accuſator & judex nemo ſit: 253 § 2. accuſare qui poſſint Chriſtianos.296 § 2.quis clericos accuſet & ubi: § 2. 3. laicus accuſare ſacerdotes nequit: 237 § 2. & 238 § 4. ubi 253 § 3. Epiſcopus non accuſandus: 253 § 3. & 257 § 2. & 260 § 2.3.
Acoluthi: 296 § 4. Romæ 253 § 6.
Acuanitæ: 277 § 3.
de Adamo quid Origenes: 256 § 4.
Adamantinus: 256 § 3.
Adorandus ſolus Deus: 202 § 1. & 216. §. 4. 6. & 253. §. 9. & 260 § 3. & 261 § 26. & 266. 4. & 270 § 1. & 290 § 1. 2.
Ægyptii primi altaria & idola invenerunt: 261 § 3.
Ælius Lampridius: 237,3.
Æmilianus fit Imp.256 § 1. tollitur.257 § 4.

Æneus

Æneus ſerpens: 216. §. 10.
Æquales omnes Miniſtri. 261. §. 11—13.
Æra juxta Coſſ. & Impp. 284. §. 1. ſeq.
Aërius quid de Epiſc. 205. §. 13.
Afri Papæ ſe non ſubjiciunt: 261. §. 16. Hiſpanis ſuccurrunt: 258. § 1. ibi perſecutio: 203. §. 2. illius Eccleſiæ adminiſtratio: 261. §. 9. illa Concilia confuſa ſunt: 254 §. 3. Concilium: 217. §. 1. primum: 257. §. 5. & 258. §. 1. 2. 5.
Agapæ. 216. §. 28. unde: 283. §. 7.
Agatha: 254. §. 23.
Agoniſtæ. ici. 277. §. 3.
Agrippiniani: 217. §. 1. & 258. §. 19.
Agros an poſſideat Eccleſia: 233. §. 4
Ἀκοίμητοι. 263. §. 1.
Albania converſa: 263. §. 5.
S. Albanus mart. 203. §. 3.
de Aleatoribus Cyprianus. 261. §. 8.
Alexander ab Elegabalo adoptatur: 223. fit Imp. 224. §. 1. an perſecutor: 226. §. 1. perit: 237. §. 3. martyr Thebanus: 297. §. 2. fit Hieroſ. Epiſc. 213. §. 2. tollitur: 253. §. 19. Carbonarius fit Epiſc. 233. §. 12. Alexandrini Epiſcopi: 285. §. 2. quæ electio: 234. §. 1. & 266 §. 4. ibi ſtrages 217. §. 3. perſecutio: 252. ſynodus: 263. §. 2.
Allectus perit. 295. §. 1.
Allegoriſtæ. 256 § 5.
Altaria Chriſtiani non habent: 256. § 6, 13, 14. eorum inventor: 261 § 3. verſus orientem: ib. lapidea: ib. eorum conſecratio. ib. & 275 § 3. tegumenta: 260. § 2.
Ambroſius converſus: 230 § 3. ejus officium in Gallia: 251 § 1.
Amen populus dicit: 266 § 4.
Amonius eremita: 253 § 16. quis & quot: 234 § 2.
Amphibalus: 211. & 290, § 1.
Amuleta. 132 § 1.
Anabaptiſmus Romæ damnatur. 254. § 19. ſeq.
Anachoretæ: 253 § 15. ſeq.
Anathemata XII. 266 § 5.
Anatolius mart. 263 § 5. Laodic. Epiſc. 283 § 3.
Andeolus mart. 205 § 2.
Andrææ acta: 260 § 6. in Scotia ſedes 263 § 5.
Andronicus mart. 290 § 1, 2.
Angeli non invocandi: 216. § 4. & 256 § 14. ſeq. non coëunt 216. § 2. de illis quid Origenes 256. § 4. eorum ordo Angelici hær. 260 § 5.
Anguli pro Angeli. ib.
Anianus Marci ſucceſſor: 234 § 1.
Anima quid Origeni: 256. §. 4. immortalis 249. an habeat corp. figuram. 205 § 4.
Anterus fit Papa: 237: § 2. tollitur. 238 § 1.
Antichriſtus: 205 § 17. ejus adventus: 216 § 7. & 234 § 3, & 255. § 10. Severus 204 § 1.
Antiochia capitur à Perſis: 243. §. 1. ibi Synodus contra Novat. 255. § 3. contra Paul. Samoſat. 266. § 1. ibi recantat Paulus. 261 § 1. ſeq. in alia deponitur 272 § 1, ſeq. ejus epiſtola ſynodica. ib. ab-

abſoluta poteſtate agit. ib.
Anthropophagi an Chriſtiani: 201. § 3.
Anni initium diverſum: 261 § 23. annus Julianus, Greg. lunaris, ſolaris &c. ib.
Antiquitas: 216 § 8. an nota Eccleſiæ § 22. vid. conſuetudo.
Antonius eremita: 253 § 15.
Antoniano ſcribit Cypr. 254 § 9.
Anub eremita: 253 § 16.
S. Aphra: 296 § 5.
Apocaritæ: 277 § 3.
Apologia Tertull. 216 § 3. Minutii. 209 § 1. Apollonia. 252.
de Apoſtolis XII 283, 2. ſ. ubi docuerint 256 § 7. æquales 216 § 18. 19. 22. 23. & 261 § 12. ſeq & 283 § 5. non ſunt Epiſcopi 216 § 17 Apoſtolicæ Eccleſiæ 205. § 10, 15. & 216 § 15. non omnia ſunt Apoſtolica: § 11. Apoſtolici qui 216 § 14, 17, 18, 19. 25. Apoſtolos habet Manes 277. § 2. Apoſtolici hær. 260 § 6.
Apoſtatæ plures: 253 § 8.
Apotactici. 260 § 6.
Apparitiones falſæ 233 § 11.
Appellatio quid. 258, 4. fit ad majorem. 257. 2. ad Rom. Sedem. 205 10. & 216. 25. & 221. 2. 20. & 254 7. 16 ſeq. & 255. 15. & 257. 2. & 261. 1. 15. & 263. 2. & 253. 4. eò appellat Feliciſſimus, 254, 5. ſeq. Schiſmatici Hiſpani, 258, § 2.
Aquarii, aquei hær. 257, 3.
Aquilæ translatio, 203, 3.
Aquilina, 254, 23.
Aras non habent Chriſtiani, 209, 2, 3, & 243, 1, & 216, 4.
Arabes converſi, 229, 2, ibi ſynodus § 1. alia 249. Arabici hær. ib.
Arabianus, 201, 5.
Archelaus mart. 224, 4. Epiſcopus cum Manete diſputat, 277, 4.
περὶ ἀρχῶν Orig. 256, 4.
Areæ quid, 226. 8.
Arenarii Chriſtiani, 201, 3.
Argentoratum per Germ. occupatur 277. 1.
Ariani unde, 266, 1.
Arnobii liber, 261, 8.
Arnoldus Carnot. 261. 8.
Arylds tyt. 284, 5.
Aſclepiades fit Antioch. Epiſc. 213, 2 moritur, 219. Aſclepiadotæi hær. ib.
Aſini, Aſinicolæ, 201, 3.
Aſſeres ſeu axes, ib.
Aſterius mart. 285, 3.
de Aſtris quid Orig. 256. 4.
Athei Chriſtiani, 201, 3.
Athenodorus Orig. diſcip. 233, 11.
Audientes qui olim, 263, 1. Auditores etiam ſenes erant, 234, 2. qui Manichæis, 277, 3.
Auguſtæ Vindel. Apoſt. 270. 1. & 296 § 5.
Avitianus Rotomag. Epiſc. 260. 3.
Aurea vaſa, 233, 9. Aurum ne ſit in templo, 224, 3. & 237, 3.
Aurelianus fit Imp. 271, 1. perit, 278, § 1. domum abrogat Samoſato, 272, 6, 7.
Auricularis confeſſio morient. 266. 4.
Auſonius Angoliſ. Epiſc. 260, 3.
Autonomus mart. 290, 2.

B.

Baba i. q. Papa, 248. 1.
Babylas fit Antioch. Epiſc. 241. tollitur, 253, 19, & 237, 3.

Babylon

Babylon Roma,216,8,11.
Bacharidæ,297,1.
Bagaudi ruſtici,286,1.& 297,1.
Baptizandum quando, 203,1. num ante octavum diem, 257,5. baptizat Epiſcopus, 216, 20. an peccata deleat,261.8 an abſoluta neceſſitas, 203 1. & 257,5.6. dilatio,ib.ſimplicitas,216,28.ritus §.11.ceremoniæ crevere §.20.cunctatio §.2.unde 207.2.
Barbarorum inundatio, 263,1.
Baſilides ſchiſmaticus,258,1.martyr, 205,2.
Baſſianus fit Imp.213.1.
Bavarorum Apoſtolus,270,1.
Benedictio frugum,283,7.abuſus,ib.
Benedictus Nurſinus, 253,16.
Beneficia Eccleſ.unde,233,3.ſeq.
Benigno ſcribit Felix,275,4.
Beryllus Epiſc.229,1.
BibliaGræca reperta 219.vid Codex.
Bibliothecam colligit Hieroſ. Mazabones,253,19.
Bigamia unde,208,1.
Biothanati,201,3.
Biſontini Epiſc.290,2.
Blaſphemi Apoſtatæ,253,8.
Bona Eccleſiaſtica Romanorum,255,12.an fixa,ib. quomodo impendenda,216,7.non ſuis applicanda,233,2 ſeq.in pauperes diſtribuenda,261,5.
de Bono patientiæ Cypr.258.13.
Bonifacius Ger.Apoſt.205,6,martyr, ibid.
Boſtrenſis ſynodus,229,1.
Brachitæ,277 3.
Britanni ad gentiliſmum redeunt 208 §2,regni diviſio,ib.illius murus §3,rebellant,286,1.
Britius Epiſc.203,1.
Budda hær.277,1.5.

C.

Cæcilia mart.232,1.
Cajus Romæ contra Mont.diſputat, 215.1.Diddenſis,254,7.martyr, 205.2.fit Papa,283 8.fit martyr 296,1.
Caldonius Romam mittitur,254,9.
Calix vitreus inſtitutus, 221,4. argenteus,ib.alii variæ materiæ, ib.aureus,253.9.
Calliſtus fit Papa,221,5.martyr,226, §1.
Calumniæ in Chriſtianos,256,1.
Cancella templi,263,1.
Canon Miſſæ non eſt Apoſt.285,1.
Canonici libri,256,12,& 261,25.
Canonica epiſt. Gregorii Thaumat. 263,1.
Caput Eccleſiæ Chriſtus, 256,9. & 261.12,13.non Papa,226,4.viſibile nullum,261.11.ſeq.
Caracalla unde ,213,1.furit,214.1. perit:219.1.
Carauſius in Brit.286.1.
Carcaſſ.Apoſt 300.1.
Cardinalium origo,237,2.
Carinus fit Imp.284,1 perit,286,1.
Carnem Chriſti an mali edant,260,7. carnem abominantur Manichæi 277,3.
Carthag. ſedes quanta,261,9. Concilium primum,254 3.258.13. ſecundum,255,6.& 258.13 tertium,§14.
Carus fit Imp.283,1.extinguitur,284 §1.
Dion Caſſius hiſtor. 230,3. martyr Theb. 297.2.
Caſtrat ſe Origenes,208,1.

Caſtulus mart.236,3.
Catechumeni, 254,3. eorum ſtatio, 263,1. claſſes, ib.
Cathari, 254, 2.
S. Catharina, 237,4. & 254,23. Agaun. 297,3.
Catharittæ, 277,3.
Cathedra una, 261,12,13.
Catholica Eccleſia quæ. 205,5. quævis orthodoxa, 272, 4. Catholicus Epiſcopus quis, 254,21.
Catti Italiam invadunt, 264, 1.
Caulæ templi, 263,1.
Cauſa audienda ubi orta, 254,6. & 261,15. an majores cauſæ ad Sedem Rom. referendæ. 275,4.
contra Celſum Origenes, 243, 1. & 256,4.
Centumcellæ, 255, 11.
Cerei ex neceſſitate, 261,7. ita Chriſtiani dicti, 201,3.
Ceremoniæ ſunt adiaphoræ, 216.11.
Ceroferarii Rom. 253,6.
Chæremon Epiſcopus, 253, 18. & 266, 4.
Χάλκευτος 256,3.
Chiliaſtæ, 256,5. Cyprianus, 205,4.
Chonares R. 203,3.
Chorus, 263, 1.
Chriſmatis inventio, 216,28. ſingulis annis conficiatur. 253,3.
Chryſpoldus ſau Chryſpolitus 203, § 1.
Chryſanthus mart. 284 § 6.
Chriſti divinitas 275 § 5, ſolus mediator. 296. § 2, ſolus λύτρον. § 3, ejus anni in his terris 205, § 4.
Chriſtianorum charitas 263 § 1.
Chriſtoph. magnus 254 § 23.
Calepodius mart. 226 § 1.
Ciborum prohibitio 256, §. 13. & 263 § 1.
Ciborium S. Cœnæ 254.24. & 255,5.
Cineres mortuorum 226 § 8. vid reliquiæ.
Civitavechia 255 § 11.
Claudius fit Imp. 269. § 1, obiit 271. § 1.
mart. 261 § 5, & 285. § 3.
Clavi annales 284 § 3, claviana æra ib.
Claves Eccleſiæ datæ. 216. §. 23, omnes Apoſtoli acceperunt. 283. 5. omnibus Eccl. ſunt communes 261. § 11--14. de illis quid Orig. 256 § 4. illarum uſus. 256. § 10.
Clemens à quo ordinatus. 216, § 17. Ancyranus mart. 285 § 3.
Clerici qui, 255, 13. eorum ſecularia negocia, 257,7. & avaritia, 259, § 1. ne dominentur, 256,11. ubi accuſandi, 296, 2. ſeq. perſecutionem patiuntur, 261,4. aucti in Africa, 261,23.
Coactio in Eccleſia nulla, 283,6.
Codices S. combuſti, 286,2.
Cœlibatus, 205,17. & 216,7. & 256, § 5. & 261,23. & 272,1. & 288, § 1. & 294,1. de illo quid Orig. 256,4. an mandetur, 257,2, ejus ſtudium unde, 232, 1. Germani non amant, 205,6. hæretici obtrudunt, 208,1. & 260,6.
Cœmiteria ubi olim, 226,8.
S. Cœna, 261.25. ritus, 216,11,28.
Cœnobitæ, 253.16.
in Cœtibus S. ritus, 216,28.
Cogenda non eſt religio, 216.8.
Collectæ ſeu eleemoſynæ quæ Romæ, 216,7.
Columba prædicit Papatum, 238. § 5.

§ 5. martyr, 273 § 1.
Columbanus Germ. Doctor, 205, 6.
Colonienſ. Apoſt. 297, 2.
Commodi liber contra Deos Gent. 261, 8.
Communio bonorum, 233. 3, 8.
Communi conſilio omnia agantur, 261, 18.
Communicabant inter ſe Eccleſiæ: 254 § 11. communione Romana non ſtatim excidunt diſſentientes 217 § 1.
Communicet quomodo Serapion. 255 § 5. non communicandum cum excommunicatis: 233 § 8, communio laica 254 § 19. privata 260 § 7. communicandum quoties in anno 221. § 5, ter. 253 § 5.
Competentes: 263 § 1.
Concha templi. ib.
Concilium primum illuſtre: 217 § 1, N.T. primum quod literis mandatum: 258 § 14 quæ contra Papam. ib. ſunt communis poteſtatis ib. qui interſint § 15. liberè quiſque ſententiam dicit § 16, 18, errare poſſunt § 19, ſine Papa abſoluta poteſtate agunt 272. § 1, à Papa non pendent 255. § 6, ab eodem non congregata. 257 § 5, qui interſint 255 § 2, & 216 § 24. quæ tractentur ib. provincialia quantæ authoritatis 254 § 15, an Papa probet § 18, 19.
Confeſſio quæ olim: 261. §. 22, 5. Tertulliani 216. § 13. Concilii Antioch. 272 § 2. Cypriani. 205, § 5, 6, ſuam Origenes Romam mittit & alid 248 § 2. Auricularis 255, § 8, ſeq. & 207, § 1, 2, formula: ib. quid confeſſio Tertull. 216 § 9.
Confeſſores qui. 253, 8.
Confirmationis Sacramentum: 233, § 8. confirmat electos Magiſtratus 261 § 20. confirmabant ſe in vicem nove electi 254 § 8. 12.
Conjugati Epiſcopi 266 § 4.
Conſanguinitas impedit matrim. 226. § 6.
Conſcientia ſoli Deo debetur: 261. § 25.
Conſecret quis & cujus poteſtate 261 § 6. conſecratio altarium 261. § 3. frugum. 283. § 4. 6. etiam aliarum rerum: 260. §. 2.
Conſtantius Chlorus fit Imp. 286. § 1.
ſub Conſtantino M. an Eccleſia melior. 300. §. 1.
Conſuetudo vera, 258 § 14, ſi mala, § 21, nihil præſcribit 216, § 11,
Conſulitur Romanus ut alii, 263. § 4. conſuluerunt invicem Eccleſiæ, 253, § 10, 11, 14, & 258. § 4.
Conventus prohibentur, 204 § 1.
Convertit multos Gregorius Neoc. 266, converſi qui Monachis. 260 § 6.
Convitia in Chriſtianos, 201 § 3.
Convocet Concilium quis. 272 § 3
Coptica æra, 284 § 1.
Cornelii Papæ electio Novatianiſmum excitat; 254 § 8. con-

firma-

firmatur ab Afris § 21. mors 255 § 11. ſcripta: § 14.
Corona in ſacris, 216 § 11. ſcribit de hoc Tertull. 201 § 2. coronatio an poteſtatem det, 261. § 6.
Coſmas mart. 285 § 1.
Creſcens in Germ. prædicat. 205. § 6.
Creſcentii paſſio 261 § 5.
Crucis ſignum, 216, 13, & 286, § 3. an culta, 216 § 3, an ei vis inſit, 218 § 1. crucicolæ Chriſtiani, 209 § 6, cryptæ 226, § 8, 9. loco templorum. 260 § 1, & 285, § 2, crypta obſtructa 284 § 5.
Cubricus, 277 § 1.
Culdei Miniſtri V. D. dicti, 263, § 5.
Cyprianus quis, 258 § 9, quo loco eum Baronius habeat; § 10, de eo § 12, quantus. 254. § 16, fit Epiſc. 250, § 1, exulat. 260, § 3, non retractat, 258. § 12. quæſitus ſe ſubducit: 253 § 9, ejus liber de pœnit. 254, § 19, errat in rebapt. 258. 9. illius paſſio &c. 261, § 7, ſeq. ubi varia, errores: § 8.
Cyriacus Papa: 237 § 2, 4, mart. 298 § 1.
Cyrilla mart. 269 § 1.
Cyrillus Gort. 254 § 23, Antioch. Ep. 283 § 1, mart. 299.

D.

Damianus mart. 285 § 1.
Danica æra: 284 § 5,
Danielis LXX. ſeptimanæ: 234. § 3,
Decalogi diviſio: 256 § 12,
Damnari ſacerdos à laicis non poteſt: 237 § 2, & 238 § 4.
Decius fit Imp. 253 § 1, ejus perſecutio gravis: 253 § 8, an excommunicatus. §. 19, perit. 254 § 22.
Decreta ſua an Papa publicet, 258 16. Decretales inania tractant, 260 § 2.
Delubrorum inventio Ægypt. 261 § 3.
Demetrius Ant. Epiſc. 255 § 9. Alex. moritur, 234 § 1, infenſus Origeni, 205 § 1. & 230 § 1. & 231 § 1.
Dentium patrona, 252.
Depoſiti epiſcopi ſine Papa, 261 § 15. deponere & imp. an Papa poſſit, 258 § 6. 7.
Deſertio conjugis, 283 § 6.
de Deo quid Origenes, 256 § 4. corpus non habet, 216 § 2.
Diaconorum antiquitas, 296 § 4. ſunt œconomi, 256 § 9. VII. Romæ, 253 § 6. diſtincti, 261. § 23. etiam ſynodis interſunt, 272 § 1, 3. conſultabant & abſolvebant, 261 § 18. 22. S. Cœnam diſpenſant § 5. t.
Diadumenus fit Imp. 219.

Dicar-

Digitized by Google

Dicartitæ,277 § 3.
Dienſes Epiſc.220.
Dignitates Eccleſ.unde,296 § 4.
Dinamius,260 § 3.
Diocletianus fit Imp.284 § 1. ejus æra ib perſecutio,286 § 2.
Diodorus mart. 284 § 6.
extra Diœceſin Epiſcopo nihil agendum,226 § 6.
Dionyſius fit Alex.Epiſc. 234 § 2. & 248 § 1. adverſatur Origeni.§2. quis,254 § 12. exul,260 § 3. confeſſor,253 § 19. conſulit Papam, 260 § 4. eiſe non ſubjicit,263 § 2. ejus IV.libri § 3. ſeq. damnat Sabellium § 2. ad Antioch. Conc. vocatur, 266 § 2. moritur § 3. Papa fit,261 § 6. ejus decretalis, 270 § 2. moritur, 272 § 8. Pariſienſis.251 § 1. Cretenſis,296 § 5. Exiguus,284 § 1.
Dioſcorus mart.284 § 6.
Diſciplina quid Tertull. 216 § 2. Eccleſiaſtica vetus,263 § 1. ejus rigor,207 § 1,2. & 254 § 3.
Diſpenſat Papa,233 § 9.
Diſputatio Romæ contra Proclum, 215 § 1. diſput. præſunt ſeculares 277 § 4. diſput. ex S.Scriptura, 216 § 14.
Divitiæ Rom.Eccleſ.261 § 5.
Divus ſit,modò non vivus,214 § 1.
Divortium,283 § 6.
Docere etiam laici poſſunt,256 § 12.
Doctrina eſt nota Eccleſiæ,216 § 17.
Dogmata tota Eccleſia tractat, 272, § 3.
Dominatus in Eccleſia nullus, 256, §, 11.
Domnus fit Ant.Epiſc.272 § 1. moritur,277 § 6.
Donaldus R.203 § 3.
Donatio Conſtantini M.246 § 5.
Donatiſtæ ſurculi Novat.254 § 2.
Dormientes VII.253 § 18.
Dorothei ſynopſis,283 § 2. Presbyter Antioch. § 1. plures § 2.
Dorymedon mart. 281.
Doſitheus Epiſc.tranſitor.238 § 3.
Dult der Heiligen/254 § 22.
Dynaſtia,284 § 5.

E.

Ebrioſi ne ſint Clerici,283 § 6.
Eccleſiæ Chriſti incunabula &c. 300. § 1.
Efficacia doctrinæ an nota Eccleſiæ, 216 § 14.
Electi qui olim,263 § 1. qui Manichæis 277 § 3.
Electio quæ olim,224 § 2. Papæ, 261, § 6 Patriarchæ Alex.266 § 4. Miniſtrorum,237 § 3. per plebem facta,233 § 12. & 234 § 1. & 238, 3.5. & 250 § 1,2,3 & 256. §.8.
Elegabalus Deus, 221 § 6.
Elevatio panis,261. § 25.
Eloſana Eccleſia,251. §. 1.
Emere & vendere non licebat Chriſtianis,286. §.2.
Emmaus,222. §.1.
Encænia,275. §.3.
Encratitæ,257. §.3.
Engoliſm. Apoſt.260. §.3.
Enthroniſticas Roma non dabat,258. §.11.
Epiſcopatus unus,254. §.13.
Epiſcopi qui,266. §.2. An ab Apoſtolis inſtituti.205. §. 8. quid Epiſcopus in quavis Eccleſia,256. §. 1. Epiſcoporum nomine etiam alii intelliguntur,257. §.5. idem quod Pontifex,216. §. 27. &

Digitized by Google

Preſbyteri ib. & 248. §. 1. & 256. §. 9 & 261. § 17. 18. à plebe electus, 248. §. 1. & 254. §. 8. à quibus conſecratus, ib. in Ægypto à quibus, 234. §. 1. illorum æqualitas, 216. §. 17. & 254. §. 6. & 258. §. 6. Epiſcopus Epiſcoporum, 216. §. 25. & 258. §. 16. 17. & 254. §. 14. an Papæ ſubjecti, 258. 18. quivis habet proprium judicium, 254. §. 14. plures olim, & iidem qui Presbyteri. 242. §. 2. duo Hieroſolymis. 213. § 2. unus in Eccleſia, 254. § 6. & 261. §. 12. olim plures, quàm hodiè, 255. §. 3. & 258. § 15. errans à quibus corrigatur, ib. Epiſcopis carere poteſt Eccleſia, 253. §. 14 an judicari poſſint, 221. §. 1. à quibus, 261. §. 20. non accuſandi, §. 2. non apud ſeculares. 296. §. 2 ſeq. non mutandi, 226. §. 6. eis non ſemper obediendum. 283. §. 6. Epiſcoporum loco ſunt Monachi, 263 § 5. Epiſcopus ſedis alicujus primus dictus, 261. §. 17.
Epocha, 284. §. 2. varia. §. 5.
Epula Chriſtianorum unde, 283. §. 7. vid. Agapæ.
Epueſtre certamen, 284. §. 4.
Eremitæ primi, 253. §. 15. ſeq. prohibiti §. 16. 17.
Erretne Papa, 257. §. 2. & 261. §. 15. Concilia & Patres, 258. §. 19.
Eſſeni non erant Monachi, 253. §. 16.
Evangelium è collo ſuſpendere, 232. §. 1.
Euchariſtia in domos miſſa, 254. §. 24. & 255. §. 5. per laicos, 260. §. 7. morituris, 266. §. 4. eam aſſervabant, 256. §. 16. an infantibus danda, 261. §. 8.
Eugenia, 204. §. 2.
Eunuchus fit presbyter, 283. §. 1. Eunuchiani hær. 208. §. 1.
Euphrates Agripp. 205 § 6.
Euphroſina mart. 204. §. 2.
Euris fit Ant. Ep. 299.
Euſebius Laod. Ep. 283 § 5.
Eutychianus Papa fit, 275 § 5. tollitur 283 § 3. ſcript: ſeq. Emerita, 253 § 16.
Excommunicatio à quo facta, 216. §. 7. à tota Eccleſia, 261 § 19. legitima, 256 § 10. illegitima non ligat, 233 § 8. excommunicat Stephanus Orientales Eccleſias, 258 § 9. excommunicatus à Papa tamen Eccleſiæ membrum eſſe poteſt, 258 § 18. excommunicare Imperatorem an liceat 246 § 1. 3. Magiſtratum aut principem 246. § 4. excommunicati aliis ſignificabantur: 253. §. 11. 254. §. 15. tales alii non debent recipere. §. 7. & 226 §. 5.
Exemptio Cler. 261 § 2.
Exivit ſonus Evangelii 216 § 8.
Exomologeſis: 255 § 9.
Exorciſtæ: 261 § 23 & 296 § 4.
Latini expurgant Patres: 258 § 12.
Extorres qui: 253 § 8.
Extrema unctio 266 § 4.
Exuperius mart. Thebanus 297 § 2.

F.

Fabianus fit Papa 238 § 4. martyr. 253 § 1.
Fabius fit Ant. Ep. 253 § 19. moritur

Digitized by Google

tur 255 § 9. ei ſcribit Cornelius § 15.
Fabricæ quid. 226 § 8.
Fatum an detur Minutius tractat. 209 § 1.
Felix fit Papa 272 § 8. mart. 275. § 1. Epiſc. 258 § 1. Tigurinorum Apoſt. 237 § 2. Succribonus, 237 § 2.
Felicianus Epiſc. 203 § 1. Mindenſis, 254 § 23.
Feliciſſimus factioſus, 250 § 1. & 254 § 1. excommunicatur Carthagine § 5 & 15. an. 255. § 6. an Romam appellet, 254 § 6. & 258 § 3.
Felicitas martyr. 205 § 2.
Fermentum panis S. 216 § 28. & 261 § 25. & 283 § 7.
Feſta unde, 266 § 6. Sanctorum 261 24, & 275 § 2,4, NB.
Fideles qui, 254 § 3.
Filia evomit S. panem, 261 § 25.
Filius an videat Patrem, 275 § 4 an minor Patre, ib.
Firmici Materni liber, 261 § 8.
Firmilianus quis, quantus, 258 § 10. & 266 § 2. Origenis diſcip. 233 § 11. iraſcitur Papæ, 258 § 9 ſeq. moritur, 272 § 8. an recantârit 258 § 20.
Floralia, 226 § 3.
Florentius Epiſc. 261 § 26. & 297, 2.
Florianus mart. 284 § 6.
Fortunatus pſeudepiſc. creatur, 255 § 7. ſchiſmaticus, 261 § 12. an Romam appellet, 254 § 6, 9.
Forum Cler. quod, 296 § 2, 3. epiſcopale, Papale, 261 § 18. peregrinum prohibitum, 253 § 4. Eccleſ. 275 § 1.
Franci Galliam invadunt, 264 § 1. graſſantur in imperio, 282.
Frawfaſten 226 § 3.
Fructuoſus Epiſc. 261 § 26.
Fruges quæ offerendæ & benedicendæ: 283 § 4, 6.
Fugit Cyprianus, 253 § 9. fuga num licita, 205 § 2. fugitivi è bello infan es, 260 § 2.
Fulginat. Epiſc. 203 § 1.
Fundamentum ſalutis, 205 § 7. eſt Chriſtus, 256 § 7.
Fundatores Eccleſiarum, 238 § 3.
Furioſus non poteſt contrahere matrim. 253 § 5.

G.

Gabalus Deus, 221 § 6.
Gabinius presbyter, 294 § 1. & 296 § 1.
Gajus fit Papa, 283 § 8.
Galerius fit Imperator, 286 § 1.
Gallorum libertas, 258 § 7. ritus in ſacris, 251 § 1. quando converſi, ib. contra ſuos epiſcopos conſpirant, 226 § 5. Gallia liberatur à barbaris, 280. & 282. vide Franci.
Gallienus fit Imp. 257 § 4. quis, 262 § 2. tollitur, 269 § 1.
Gallus Germanorum doctor, 205. § 6.

Digitized by Google

Geminus ſcriptor Eccleſ.229 § 1.
S.Georgius fictus,290 § 2.
Gladium materialem an habeat Papa, 246 § 4.
Generalia Concilia interdum i. q. Nationalia,255 §3.quomodo celebr.ib.
Genethlia mart. 216§ 12. & 254. § 22.
Gereon mart. Theb. 297 § 2.
Germanorum converſio,216§8.& 205 § 6. illæ Eccleſiæ,§ 5,6. Germani cis rhenum victores 279.
Geta fit Aug.210. & 213 § 1,occiditur,214§1.
Gordianus fit Imp.240.Perſas vincit,243 §1.tollitur,246§1.
Gorgonius mart.270 § 2.
Gothi Græciam invadunt,264§1.
Gradus conſanguinit. 253 § 5.
gradatim aſcendendum ad epiſcopatum,296 § 4.
de Gratia quid Origenes,256 § 4.
Gratianus primus Turon.Epiſc.251 § 1.
Grato ſcribit Sixtus II.261 §1.
Gregorius Nyſſenus Sanctorum cultum inducit, 233 § 11. Thaumaturgus ſeu Neocæſ. ib.ejus epiſtola canonica,263 §1.moritur, 266 § 5. quantus ibid.
Gregoriana æra, 284 § 3.
Guimera Carcaſſ. Apoſt.300§1.
Gurus mart.299.
Gymnicum certamen,284 § 4.
Gynæcobaptiſmus, 257 § 6.

H.

Hæretici qui, 216 § 14. differunt à ſchiſmaticis, 217 § 2. hæreſis vitanda,275 §1.hæretici non ſtatim ſunt,qui à Papa diſſentiunt,258 § 18.facilè Romam appellârunt, 254 § 7. hæreſes non ſolus Papa cognoſcit 257 § 5.& 242 § 2.
R. Hakkadoſch, 232 § 1.
Halcyonia Eccleſiam perdunt 300 § 1.
Harmonia Ammonii,234§ 2 Dea 232 §1.
Hecatompylum,297 § 1.
Helena Virg.ſervit.261§26.
Heliodorus fabuloſus,201 § 5.
Heliogabalus fit Imp. 220. Deus 221 §6.perit,224§1.
Hera quid, 284 § 2.
Heraclas fit Alex.Epiſc.234 §2.decedit,248 § 1.doctor Theologus, 220.
Hermogenes J.C.225§1.hær.260 § 4.
Hermon fit Epiſc.Hieroſ.298 § 1.
Herodianus,224 §4.
Heſiodi Theogonia,254§23.
Hieracitæ,288 § 1.
Hilarius Apoſt.270 § 1. mart. 284, § 6.Hilario ſcribit Stephanus P.260 §2.
Hilarion erem.253 § 16.

Hip-

Hippolitus mart. 229 § 2,3. Antioch. 255 § 16.
Hiſtriones prohibiti, 261 § 9.
Honoratus Toloſ. Epiſc. 251 § 1, f.
Hungarorum Apoſt. 270 § 1.
Hydroparaſtatæ hær. 257 § 3.
Hymenæus Epiſc. Hier. 264. 1. moritur, 296 § 5.
Hypodiaconi, 261 § 23.

I.

Jacobi reliquias Niſibenſes ſervant, 222 § 2.
Januarius conſulit Carthag. 258, §. 13.
Idolum, 261 § 23. unde, 209 § 5. res nova, 216 § 9.
de Jejunio Tertull. 216 § 2. eſt liberum, § 23, & 205 § 17. jejunandum quando, quomodo, 256 § 13. Paſchale, 266 § 4. Jejunium 4. temporum, 216, § 3.
Imperatorem quis eligat, 278 § 1.
Indorum Apoſtolus, 277 § 2.
Imagines, 256 § 13-15. non habent Chriſtiani, 209 § 2, 3. & 216. 3, 5, 9, 10. & 224 § 3. & 248 § 1. eas prohibet Irenæus, 205. § 7.
Imperator quis primus Chriſtianus 246 § 2, 3. qui moderatiores, 296 § 1.
Imperii mala varia, 263 § 1. invaſiones plures, 264 § 1. Imperium Romanum collabeſcere incipit, 262 § 1, 3.
Impoſitio manus pœnitentibus dabatur, 207 § 2.
Incarnatio Chriſti, 296 § 2.
Indictio, 284 § 4.
Indulgentiæ, 207 § 1, 2. & 261 § 22.
Infantes num ante 8. d. baptizandi 257 § 5.
Ingenuus Imp. 261 § 26.
Innocentius Theb. mart. 297 § 2.
Inquirenda omnibus veritas, 216. § 13.
Inquiſitio Hiſpan. 221 § 2.
Intercesſio Sanctorum, 261 § 24.
Invaſiones in Imperium, 264 § 1.
Invocatio Sanctorum, 254. §. 22. & 256. §. 14. 15. & 296. §. 3. invocandus ſolus Deus, 205. §. 7. & 259. §. 2.
R. Jochanan, 230. §. 3.
Jovius dictus Dioclet. 284. §. 1.
Ireneus Lugd. martyr fit. 205. §. 3. quantus, ib. ejus errores, § 4.
Italia invaditur, 264. §. 1. ibi Concilium, 255. §. 3. 5. Epiſcopi æquales Romano, 272. §. 5-7.
Jubajanus conſulit Cyprianum, 258. §. 13.
adverſus Judæos Tert. ſcribit, 210. §. 1.
Judex controv. 277. §. 4. univerſalis an Papa: 263. §. 3. Epiſcoporum Chriſtus eſt, non Papa, 254. §. 14. judices in rebus gravibus omnes, 258, 15. ; 6. judicia dant omnes ſynodici, §. 17. in judicio quatuor re-

quiruntur,253 ſ 2. judicia capitalia an licita,216 ſ 2. de judicio ultimo quid Orig. 256 ſ 4. an Chriſto cognitum, 205 ſ 4.
Julius Capitolinus,290 ſ 1. Africanus legatus,222 ſ 1.
Jurare per genium Imp. 202 ſ 2. variæ formulæ, ib. 203 ſ 2. juramentum tollunt hæretici. 260. ſ.6. quodnam à Cler. requiratur 255. ſ.15.
Juriſdictio Epiſcoporum arbitrari., 233. ſ.7.
Jus civile reſtituitur,225.ſ.1.
Juſtificatio per fidem fit. 205. ſ. 16.
Juſtina an Cyprianum converterit, 250 ſ.1.
Juſtinus martyr.269.ſ.1.
K.
Καταλαλεῖν, 263.2.
Κοπιῶντες,283.4.
Kuldei qui,263.ſ.5.
L.
Laborantes qui, 283.ſ.4.
Laici à Cler.non judicabantur,233.ſ 7. laica communio,254 ſ.19.
Lambeſitanum Concil. 242. ſ 2.
Æl.Lampridius,290.ſ.1.
Lapſi multi, 259.ſ. 1. an recipiendi 253.ſ.10. ſeq. & 255.ſ.1. & 261.ſ.9. in gratiam recepti,254. ſ.4. quomodo Carthagine,255. ſ.6. lapſi alios ſeducunt,258 ſ 5.
Laniena ſi ſtelium,296.ſ.5.
Laodic.Epiſc. 283. 3.
Lares quid,226 8.
Largus mart.298.1.
Latebant Papæ,233.8.
Laureac Epiſcopatus diteſcit, 246. 2. ibi Epiſc.Maximil. 258. 22.
S.Laurentii paſſio,261.5.
Lectores,296.4. lectores: lectiones S.Cod.261.23.
Legendarii.297.3. Romæ.238.1. legendæ ſunt fabuloſæ.253. 19.
Legem ante Moſen habuerunt.205. 4. an novas condere liceat Papæ,233.9.
Legio Thebæa.297.1.
Leonides Origenis pater, martyr. 204.2.
Libellatici. 253. 8. & 254.4. de illis Conc. Afric. 258 2.
Liberatores. 256.5.
de Libero arbitrio quid Origenes. 256.4.
Liberius mart. 205.2.
Liliana æra.284.3.
Lingua nota. 256. 12. & 261. 24. & 266. 4. Latina in Africa in uſu, 217.3.
Linus à Petro & Paulo Papa creatus, 205. 9. an primus Roman. Epiſc, 216.17.
de Livore Cyprianus.258.18.
Longinus orator.270.2.
Lucernæ olim in uſ.216.28.
Lucianus inquietus Confeſſor. 255. 10. Luciani 266. 1.
Lucius fit Papa.255.16. paſſio,257. 1. Rex moritur.201,5.
Ludi ſeculares,206.1, & 246. 5.
Lugdun. Epiſc.205. 18.
Lupicinus Epiſc.260.3. ei Cornelius ſcribit. 255. 14.15.
Luſtrum.284.3.4.
M.
Macarii hær.277.3 alii duo eremitæ. 253. 16.
Macrinus Imperator.219. & 262.1.
de Magia quid Orig. 256.4. magiæ accuſantur Chriſtiani.286.2.

Magiſtratus à Deo. 205. 17. ei omnes obediant. 216. 6. 7. & 256. 11. & 261. 23. eum contemnit Baron. 257. 8. judicium habet in clericos. 296. 2. 3. in religione cognitionem habet. 216. 3. gentilis ſententia auditur in cauſa Samoſati. 272. 5.
Mala Imperii varia. 263. 1.
Malchio Presbyter. 272. 1. 2.
Malloſus mart. Theb. 297. 2.
Malorum cauſa an Chriſtiani. 243. 1.
Mammæa amica Origeni. 220. an Chriſtiana 223.
Manes. ichæi. 277. 1. ſeq. ubi dogm. contra illos reſcribunt Imperatores Gent. 287.
Manus impoſitio. 216. 28.
Marcellinus fit P. 296. 5 janus mart. 284. 6. & 286. 3. jani. hær. 266. § 1.
Marcianus Arelat. 258. 6. 7.
contra Marcionem Tertull. 209. 1.
Marcomann. bellum. 271. 1.
Marcus mart. 284. 6. & 286. 3.
de Maria quid Orig. 256. § 4. Maria trans Tiberim. 226. 1.
Martialis ſchiſmat. 258. 1.
S. Martinus Dienſis Ep. 220. ſ. Martina mart. 228.
Martyres qui, 253. 8. quomodo ſepeliendi. 283. 4. promptus Cyprianus. 261. 7. eorum memoria celebratur. 275. 2. ſuper eorum corpora miſſa fit. ib. quare celebrati. 258. 5. paulatim culti. 253. 9. eos Gnoſtici rejiciunt. 205. 2. martyria ambire an liceat. 205. 2. martyriorum extructio Romæ. 242. 1. & 245.
Martyrologia Rom. 253. 6.
Maſſa candida. 261. 26.
Mater Eccleſ. an. Roma, 257. § 2. & 226. 4.
Marianus mart. 284. 6.
Matrimonium tollunt hæret. 260. 6. vid. cœlib.
Matinus mart. 284. 6.
Martinus Tungr. Ep. 276. 1.
Maurus mart. 284. 6.
Mauritius dux Theb. 297. 1.. 3. monaſter. § 3.
Maximilianus Apoſt. 270. 1. Laureac. Ep. 258. 22.
Maximus mart. 224. 4. al. 262. 3. alius Romæ: 253. 7. 20. al. fit Alex. Ep. 266. 4. tollitur: 285. 2. al. ſchiſmaticus 254. 21.
Maximianus fit Imp. 286. 1.
Maximinus Biſont. Ep. 290. 2. & 295. al. Imperator 237, 3. malus. ib. tollitur, 240.
Mazabanes Ep. Hieroſ. 253, § 19. & 264, 1.
Mediator ſolus Chriſtus 216, 4. vid. Chriſtus.
Medicum ſimulat Manes, 277. 2.
Meletiani ſchiſm. 254. 2.
Mello Brito. 260, 3. dictus Mallo. Melanius: Rotomag. Ep. ib.
Memoria martyrum. 253. 9. & 254. 22. & 261. 24. & 266. 6. quæ ita dictæ 276. 3. defunctorum. 216, 12. Sanctorum, 256. 15.
Mendicantium IV. ordines, 253, 16.
Menſa in S. Cœna, 261, 3, 7. ſ. vid. altare.
Menſurna diviſio: 216, 12. & 261, 23.
Meretricum vectigal non inferendum templo, 227.

Meſo-

Digitized by Google

Meſopotam. Synodus.277.§.5.
Metangiſmonitæ.219.
Metropolita Afric. quantus. 261. §. 9. metropoles unde. 254. § 7.
Michaelis Angeli cultus.260.§.5.
Militia an licita.216 ſ.2.
Millenarii Rom. ludi. 249.
Minæi.277.§.1.
Mindenſis Ep.254.ſ.23.
Miniſtri V. D. vexantur à Maximino.237.§.3.
de Minutio Felice.209.§.1.ejus liber.261.§.8.
Miracula non ſunt nota Eccl.205. ſ.7. & 216.§.19. Gregorii Thaumat. 266.§.6.
Miſſæ nomen 255.§.14. ubi & à quibus celebranda.275.§.3. ſuper memorias martyrum. §.1. pro defunctis.216.§.12.
Miſſionem quam habuerit Felix. 297.§.4. vid. Voc.
Moguntia à Germ. invaditur.277 i. illius Apoſt.205.§.6.
Monachorum origo.261 ſ 6.Monachi.253.ſ.16. ſeq. ſunt loco Epiſcoporum. 263. §. 5. mendicantes. 260.§.6.
Monaſteria erant ſcholæ.253 § 16.
Monarcha an P.258 ſ.16.ſeq. monarchia in Eccleſia nulla. 261 ſ 11--13. Monarchiani hær.266 § 1.
Moniales vid. Virgg.
de Monogamia Tert.216 § 1.
Montanus mart.262 ſ 3. al. Montenſes ſeu Montaniſtæ.254. ſ 1. Romæ.215 § 1.
Montes transferre.266 ſ 6.
Mores Eccleſiæ in pejus ruunt.300. ſ 1. Deum irritant.259 § 1.
Morituris pœnitentia datur. 255 ſ 6. pro mortuis orare, offerre. 216 ſ 9. & 257 § 7. mortui an judicari poſſint. ibid. de mortalitate Cypr.255 § 10.
Moſes privatus excommunicat. 254. § 7. al. martyr Rom. 253 § 7.
Muhammedani. unde 266 § 1.
Multitudo non eſt nota Eccl.216. ſ 27.
Mundatores.277 § 3.
Murus Britann. ingens.208.§ 3. alii. ib. & 286 § 1.
Muſicum certamen. 284 ſ 4. eorum patrona.232 § 1.

N.

Narciſſus Apoſt.270 § 1. al. Epiſc. Hieroſ. inde fugit. 237 § 3. Vindelic. Apoſt.296 § 5.
Ναζβηξ. 263 § 1.
Natalitia pro defunctis. 216.ſ 12.
Natalius fit hær.207 § 1.
Nationalia Concilia i. q. Generalia.255 ſ 3.
Navis templi.263. ſ. 1. navigare Romam.254 ſ 18.
Negocia clericorum ſecularia.261 § 22. & 283 § 1. nocent.259. § 1.

Neo

Neo mart. 285 § 3.
Nepos hær. 264 § 1. nepotiſmus Pap. 233 § 2.
Nero Alex. Epiſc, 285 § 2.
Niceph. mart. 260 § 3.
Niceta, 254 § 23.
Nicoſtratus Epiſc. ſchiſmaticus, 254 § 2. martyr Romæ. 253 § 7.
Nicopolit. editio V. T. 230 § 1.
Niſibis op. 222 § 2.
Noëtus hær. 260 § 4.
Noricorum Apoſt. 270 § 1.
Nota Eccleſiæ, 205 § 5. 14.
Notarii Romæ, 238 § 1, & 253 § 6.
Novatus quando ſchiſma inceperit, 254 § 8. ſchiſma facit, 253 § 7 ejus error, & an Epiſcopus in Africa, 254 § 1. denegat ſecundam pœnitentiam, 207 § 2. Româ in Africam redit, 254 § 2 1.
Novatiani unde dicti, ib. § 2. Novatianus fit pſeudep. Romæ § 8. ejus ſcripta ib. in Rom. Concilio damnatur, 255 § 1. item in Carthag. 254 § 15. & 255, 16. illud ſchiſma 254, 1,
Novitius eligitur Cyprianus, 261, § 26.
Novitates Romæ ortæ, 205, 5. tempore Tertulliani quæ, 216 § 28. quomodo cognoſcantur, 201, § 1.
Numerianus fit Imp. 284, 1.

O

Oblationes frugum &c. 283, 7. oblationes pro defunctis, 216, 12. & 261, 2, 24.
Octodurum, 297, 1. ſeq.
Ὄχλος 250, 2.
Octavius Minutius, 209. 1.
Oculus Eccleſiæ ſacerdos, 256, 9.
Odenatus orientis domitor, 265, 1.
Odio habentes excommunicantur, 203, 1.
Offertorii inventor, 283, 7.
Offerentium nomina recitata, 283, § 7.
Offerre quivis tenebatur, 253, 5. non omnibus permiſſum, ib.
Olympias, 284. 3, 4.
de Operibus Chriſti Card. Cyprianus 261, 8.
Orant pro nobis mortui, 256, 15. orare pro Magiſtratu, 260, 3.
Orcadianorum Apoſt 293.
Ordines quot in Clero: 233, 9. & 255. 13, 296, 4. tres, 216. 20. aucti: 253. 6. quot Origeni, 256. 8. duo Romæ. 253, 8.
Ordinationes Rom. 255, 13. ordinandi quomodo Presbyteri & Diaconi. 221, 3, 5.
Orientem verſus orare, 261, 3. Orientis Dominus Odenatus 265 § 1.
Origenis tyrocinia & ſtudia, 205. 1. Catechiſtam agit. ib. Presbyter fit. ib. ſe caſtrat 208, 1. Romam abit, 220. linguam Ebræam diſcit. ibid. quis illius ſtudia promoverit, ib. fit Presbyter 230, 1. iter facit in Achajam. ib. à Demetrio excommunicatur & ejicitur, conſentientibus cœteris. 231, 1. inde Cæſaream abit ſeque defendit. ib. docet Tyri ib. ejus Tetrapla, hexapla, octapla 233. 10. in ſenecta laborioſus. 242. 1. confeſſionem fidei hinc inde mittit. 248. 2. duo Origenes ib. ſemel ſaltem Romam profectus, §. 3. quare ib. moritur

tur,256,ſ,2.ejus vita ib. callum orando obduxit, 6000. libros ſcripſit ib an hæreticus & lapſus ib.apologiæ ſ.3. errores ib.qui faveant ſ 4. an plures ib. plura de eodem a ſ.5.
Oſculum pedum,246 ſ 3,4. & 259 ſ 2.& 294 ſ 2.
Oſtiarii,296 ſ 9.
Oſtienſis conſecrat Papam, 261 ſ 6.

P.

Pallidi Chriſtiani,201 ſ 3.
Pallium,palliatus quid Tertull.216,3.
ad Palum ligari,201 ſ 3.
Pambo eremita,253 ſ 16.
Panis S.communis erat,253 ſ 5. domum portatus,216 ſ 28.quid Origeni,256 ſ 4.reſervatus,245, ſ 5.
Papæ ſunt omnes Epiſcopi,254 ſ 13. Cyprianus ita dicitur, 253 ſ 12, & 261 ſ 10. primatus,256 ſ 7. non habet judicium univerſale 216 ſ 25. & 254 ſ 13. aliorum judicio ſubjacet,238 ſ 4 quis fieri poſſit,ib.an ſolus poſſit reponere,254 ſ 17.ſeq. an judex in depoſit.Samoſat.272 ſ 5-7. ſeq. malos & excommunicatos recipit,254 ſ 7.ſchiſmaticus eſt & errat,258 ſ 18. ſeq. plures uno tempore,205 ſ 9.taſtus Stephani, 258. P. à quo confirmetur, 254 ſ 12. potentia Romæ,261, ſ 14. in Africam poteſtas, ſ 16. non curatur ab Antioch. Synodo, 272 ſ 1. 3. malè obnoxios alios reddit,254 ſ 13.
Paphuntius eremita, 253 ſ 16.
Papius mart.290 ſ 2.
Papinianus occiditur,214 ſ 1.
Parabolæ non ſunt imagines, 216, ſ 5.
de Paradiſo quid Origenes,256 ſ 4,
Pariſ.primus Epiſc.251.1.
Parochiarum diviſio,270 ſ 2.
Parricidia Chriſtianis non permiſſa, 209 ſ 5.parricidæ malè pereunt, 246 ſ 1.
Parvuli an damnati,256 ſ 5.
de Paſchate,283 ſ 3. computus, 234, ſ 1,
Paſtores i.q.V.D.Miniſtri,266 ſ 2,
Patena,221 ſ 4.quid,233 ſ 9.
Paterno ſcribit Felix,275 ſ 1.
Patres errare poſſunt, 258 ſ 19. quo loco Latinis ſint, ſ 10, 12.
Patriarchæ non ab Apoſtolis inſtituti,257 ſ 2.Alexandrini à quo electi,234 ſ 1.
Patriciani hær.203 ſ 3.
Patroclus,273 ſ 1.
Patronus bonorum Eccleſ.233 ſ 8.
Paulus Romæ fundator,215 ſ 1. cum Petro,205 ſ 9.quanti ſiat ab Origene, 256, 7.Thebæus,253 ſ. 15.alius ſ 16. Samoſat. fit Ant. Epiſc.262 ſ 4,deponitur, 272,1, ſeq.
Paulinus Biſont.Ep.290 ſ 2.
Pauliani, Pauluciani hær.262 ſ 4. & 266 ſ 1.
Pauperes ſunt theſauri Eccleſiæ, 261. ſ 5.ita Chriſtiani dicti,201 ſ 3.
Pax Eccleſiæ, 267 ſ 1. pace fruuntur Chriſtiani,224 ſ 2.
Peccati filius,226 ſ 4.
ad Pedes Papæ ſe projicere, 259 ſ 2, vid Oſcul.
Pelagius mart.284,6.
Pentaæteris ſ 4.

περιβόλαιον 216, 3.
Periodi hiſt. variæ. 284, 5.
Perjurus, 253, 5.
Perſæ vincuntur. 244, f. & 283. 1.
Perſecutio, 225, 1. quinta, vel 6. 204. 1. ſeptima, 237, 3. IIX. 253. 1. dira ſub Gallieno, 255, 10. ſub Valerio, 257. 4 IIX. 259. 1. remiſſa à Gallieno 262, 2. IIX. al. IX. 273. ceſſat ſub Tacito, 278. Dioclet. 286. 2. 298. 1,
Perpetua mart. 205. 2.
Peſtis ingens. 255, 10. patronus, 286. 3. in peſte ſuccurrunt Chriſtiani 263. 5.
Petra Chriſtus, 216, 23. fideles, 256, 7 & 283, 3.
Petro nomen mutatum, 216, 23. os reliquorum ib. ei perſonaliter claves datæ § 26. ejus primatus, 256, 7. quomodo caput, 261, 13, ſeq. non fuit Epiſcopus 205, 12. ejus & Pauli translatio, 221, 6, & 255. 14. inventio ib. Petrus Alexandr. Epiſc. 300. 1. 285. 2.
Phariſæi unde, 253, 16. f.
Philetus fit Epiſc. Antioch. 219. moritur 230, 1.
Philoſophi Gent. excitant perſecut. 286, 2.
Philippus fit Imp. 246. 1. an Chriſtianus ib & § 3. num excommunicatus § 1, 2. Philippi intereunt, 253, 1 Auguſtalis, 204, 1, & 246 § 2.
Photiniani 266, 1.
Pictores veriti, 216, 5, & 256, 14. fallunt 286, 3.
Pierius mart. 285, 3.
Pionius Smirn. mart. 254, 25.
Piſciculi Chriſtiani, 216, 2.
Placillianum palatium, 254. 22.
Plautianus perſecutor, 201, 2. perit, 206, 1.
Plebs etiam eligit, 224, 2. & 254, 8. ſeq. & 256. 8 & 261. 26. conſulit in Eccleſiaſticis § 18. excommunicat § 19. eligit Epiſcopos § 20.
Pleniſſimæ literæ 258. 6.
Plotinus auditor Ammonii, 234, 2. Romam abit 247, 1.
Plutarchus mart. 205, 2.
Pœnæ Dei in Eccleſiam unde, 259. 1.
Pœnitentes qui 254. 3. eorum ſtationes 263, 1. & 259, 2. eos Clerus etiam recipit 261. 22. pœnitentia lapſis conceſſa 255, 6. quotuplex 255, 9. olim ſevera 207. 1. ſecunda ib. in longum protracta 255, 8. quæ ib. non eſt Sacramentum ib. publicæ quivis ſubjecti 246, 2. pœnitentiarii, 255, § 9.
Polycarpus à quo ordinatus 216, 17. mart. 284. 6.
Pompam habet Paulus Samoſat. 266, § 2.
Pontianus fit Papa 233, 10. perit 237. § 1,
Pontifex Max. 216, 20, 25. ſeq.
Pontius Cypriani vitam deſcribit 261 § 7. mart. § 26.
Populus etiam judicat de religione, 277, 4. vid. plebs:
Porphyrius philoſ. 264, 1.
Portuenſis Epiſc. 229, 2.
Potamia mart. 205. 2.
Poteſtas Eccleſ. communis eſt 261, 11. ſeq. directiva eſt, non coact. § 15.
Præbenda 261 § 23. illarum auctor. 226 § 7.

de Prædeſtinat. quid Orig. 256 ∫ 4.
Prædicabant etiam presbyteri & diaconi 205, 1.
Præpedigna 294, 2.
Præſes quo reſpectu dicatur 258, 17 qui tempore Cypriani 216, 7.
Præputii attractio, 203, 3.
Presbyteri, erium quid, 258, 11. l. q. Epiſcopi 205, 7. 12. 13. & 216 ∫ 9. & 253 ∫ 12. & 260 ∫ 4. & 261 ∫. 18. & 277 ∫ 5. ſit XXX. annorum 253 ∫ 5. ne ſit illiteratus ib. ſynodis etiam interſunt 272 ∫ 1-3.
Presbyterium communi conſilio agat 261 ∫ 18. excommunicat, 254 ∫ 7. omnem poteſtatem habet 248 ∫ 1. quæ tempore Cypr. 216 ∫ 7.
Primatus à Diabolo 207 ∫ 1.
Primitiæ Clericis debentur 283 ∫ 6.
Princeps Eccleſia Roman. quomodo, 261 ∫ 16.
Principia duo ſtatuunt Manichæi 277 ∫ 1. ſeq.
Priſcus mart. 259 ∫ 2.
Privatus hær. damnatur 242 ∫ 2. Romæ rejicitur 255 ∫ 2. ad Concilium non admittitur ∫ 7. al. Ep. 261 ∫ 26. mart. 262 ∫ 3.
Probus fit Imper. 279. perit 283 ∫ 1. mart. 290 ∫ 1. 2.
Propria poſſidere an liceat 260 ∫ 6.
προσκλαυσις 207 ∫ 1. & 263 ∫ 1.
προσδοκτεια 226 ∫ 8.
פרס 284 ∫ 2.
Pſalmodiam Paulus Samoſat. rejicit, 266 ∫ 1.
Ψηφισμός 284 ∫ 2.
Pſychici 216 ∫ 1. 23.
Pſychopannychitæ 249.
Pupienus Imp. tollitur 240.
Purgatorium 205 ∫ 17. & 216, 12, 21. & 256 ∫ 15. & 257 ∫ 7. quid Cypriano 205 ∫ 4.
Purgationes Manichæorum 277 ∫ 3.

Q.

Quinquegentiani 286 ∫ 1.
Quiriacus mart. 224 ∫ 4.
Quirinus mart. & Apoſt. 270 ∫ 1.

R.

Rebaptizatio 258 ∫ 9. ſe opponit Stephanus ib. de rebapt. ∫ 13. ſeq. 18. & 258 ∫ 19. decernitur in Africa 217 ∫ 1.
Recantârint an Cyprianus & Firmilianus 258 ∫ 20. ſeq.
Recipit Rom. Sedes facilè malos 258. 4, 10. f.
Reconciliatio 253 ∫ 4.
Reformatio religionis 261 ∫ 25.
Regiones Romæ quot. 253 ∫ 6.
Regula mart. Tigur. 297 ∫ 2.
Religio nova quæ, 261, 25. vera ib.
Reliquiæ 253, 9. & 261, 7. & 290, 1, 2. Thebanorum 297, 2. ſuper altare 275, 3. ſuper illas miſſificare, 275, 2. contra illas 261, 26.
Renunciare Sathanæ 261, 23.
Reſtituere non poteſt Papa 258, 3. ſeq.
Reſurrectio quid Origeni 256, 4. de ea Tertull. 209, 1.
Ritus aucti ſeculo ſecundo, 201, 1, eorum diverſitas ib. non facit ſchiſma 258, 18.
Robigalia 226, 3.
Roma non à Petro fundata 205, 9. an caput ∫ 10. an Petri cathedra 261, 17. conſulitur 253, 10, 12. num cynoſura fidei 205, 10, 11. 15. & 216, 22. non ſemper primo loco ponitur ∫ 17. 19. aliis

Eccle-

Eccleſiis æqualis. §. 15. 22. aut caput Eccleſiarum: 226. §. 4. Babylon: 216. § 8. 11. pro illa laborant Afric. 254. §. 9. 11. ejus curam ſuſcipit Cyprianus 205. §. 5. & 261. §. 15. immiſcet ſe aliis negociis, 258. § 6. ejus communionem hæretici quærunt: 255. §. 7. patrocinatur malis: 258 § 10. ſ. non omnia Apoſtolica obſervat &c. §. 11. 12. cò non appellat Origenes: 248. § 2. 3. illa Eccleſia magni habita: 203. §. 1. Sedes quanta: 258. §. 16. principalis Eccleſia, & unitas ſacerdotalis: 254. § 6. an eò appellandum ib. Papa an judex omnium: 263. §. 2. & 221. §. 2. an ab illa Eccleſia diſſentire liceat: 261. §. 21. an poſſit deſtituere & reſtituere: 258. §. 6. ejus divitiæ: 233. §. 2. & 261 § 5. Romanum presbyterium vacantis Sedis vices agit: 254. §. 11. Roman. ſynodus: 253. §. 7. 12. & 254. 19. & 255. 1. ſeq. contra Sabel. 263. §. 2.

Rotomag. Apoſt. 260. §. 3.

Rufina ib. §. 1.

ad Rufum Cornelius: 255. §. 15.

Rufilius mart. 205. §. 2.

S.

Sabbatius mart. 281.

Sabbatho an jejunandum: 216. 23. & 226. §. 3.

Sabelliani hær. 260. §. 4. & 263. 2.

Sabinus Baſilidis ſucceſſor: 258. §. 1. Romam abit: 258. §. 3.

Sacerdotes qui fieri poſſint: 260. §. 2. non accuſandi: 275. §. 1. aurei, lignei: 221. §. 4.

Sacramenta duo: 261. §. 25. ea negant Manichæi: 277. §. 3.

Sacrificium Chriſti unicum: 261. §. 25. Chriſtianorum: 260. §. 7. ſacrificatur ſoli Deo: 275. §. 3.

Sacrificati: 254. §. 4.

Sagittariorum patronus: 286. §. 3.

Samona mart. 259.

contra Paul. Samoſat. ſynodus Antioch. 266. §. 1. recantat. ib. dogmata ib. eum refutat Gregorius Thaumat. 266. §. 5. & Eutychius Papa: 283. §. 3.

Sanctorum interceſſio: 261. §. 24. ſeq. cultûs initia: 233. §. 11. & 253. §. 17. an orent pro nobis 256. §. 15. ſanctus fictus Gregorius: 290. § 2.

Sandapilarii: 283. §. 4.

Sanguinem humanum an bibant Chriſtiani: 201. §. 3.

Sapor Perſarum R. 222. § 2. & 277 § 2. bellat contra Rom. 243. §. 1.

Sarmentitii: 201. §. 3.

Satisfactio Eccleſiaſtica: 207. §. 1. 2. & 216. §. 9. & 261. § 22. canonica § 8. pœnit. 255. 8. ſeq.

Digitized by Google

Saturninus Toloſ. Epiſcopus: 251. §. 1.
Saxones imperium invadunt: 264. §. 1.
Scapula perſecutor: 203. §. 2. adverſus cum Tertul. ib.
Scillitani mart. 202. §. 1.
Schiſma quantum peccatum: 266 §. 4. non ſemper malum: 261 §. 21. unde. 261. §. 12. quis faciat: 258. §. 18. Romæ primum: 254. §. 8. ſchiſmatici qui; 205, §. 14.
Scholaces: 261, §. 7.
Scholaſtica monialis: 253. §. 16.
Scorpiacum Tert. 216. §. 9.
S. Scriptura perfecta: 205. §. 7. 15. perfecta, legenda: §. 4. perfecta & fundamentum: 216. §. 14. 15. 22. fidei norma: 256. §. 12. principium: 253. §. 5. ejus authoritas: 258. §. 14. t. eam non prodebant martyres: 253. §. 8.
Scythiani hær. 277. §. 1-5.
Sebaſtianus mart. 286. §. 3.
Seckingen: 237. §. 3.
Seculares qui Monachis: 260. §. 6. ſecularia negocia ne Papa tractet: 233. §. 6.
Secundus dux: 297. §. 1. 2.
Secundina: 260. §. 1.
Sedunenſis Epiſcopus: 297. §. 3.
Semaxii: 201. §. 3.
Semen miſcebant Manichæi: 277 §. 3.
Semiſſii: 201. §. 3.
Sempronius mart. 259. §. 2.
Sententia liberè dicenda in Conc. 258. §. 16. ſententiarum liber 261. §. 4.
Septem montes Romæ: 216. §. 11.
VII. dormientes: 253. §. 18.
de LXX. diſcipulis: 283. §. 2. f. quis elegerit: 221. §. 2. Manetis LXX. diſc. 277. 2.
Sepulti ſancti: 216. §. 4. & 290. 1. 2. extra templa; 226. §. 9. & 255 §. 14. extra urbes: 226. §. 8. & 262. §. 2. martyrum ſepulchra viſitabant olim: 275. §. 3. extra op. erant ib. ſepeliunt Papæ martyres, & quomodo: 283. §. 4.
Serapio quomodo communicet: 255. §. 5. ei mittitur Euchariſtia: 266. §. 4. Antioch. moritur: 213. §. 2. mart. 205. §. 2.
Serena Aug. 294. §. 1.
Serſus Ep. 293.
Severus Ep. Ravenn. 238. §. 5. ei ſcribit Dionyſius P. 270. §. 2. ejus paſſio: 261. §. 5. Imperator: 224. §. 1. obiit: 213. §. 1.
Sibyllini libri conſulti: 271. §. 1. Sibylliſtæ: 201. §. 3.
Simplicitas rituum: 216. §. 28. & 261. §. 25.
Sinus Abrahæ: 216. §. 12.
Sixtus II. fit P. 260. §. 3. tollitur: 261 §. 1. ſeq. an ejus ſententiarum liber. §. 4.

Sma-

Smaragdus mart. 298. §. 1.
Solis cultus: 221. §. 6.
Solicitudo omnium Eccleſ. 261. §. 11.
Solinus fl. 210.
Soſymus mart. & Apoſt. 296. §. 5.
Æl. Spartianus: 290. §. 1.
de Spectaculis Tert. 206. §. 1.
Spira à German. occupatur: 277. §. 1.
Sportula: 216. §. 7. 12. ſportulantes: 261. §. 23.
Statio quid: 216. §. 23. pœnitentium 263. §. 1.
Σταυροπήγιον 216. §. 13.
Stephano Archidac. bona Eccleſ. committuntur: 255. §. 12. & 257. §. 1. fit Papa: 257. §. 3. ei imponunt ſchiſmatici: 258. §. 1. Orientales Eccleſ. excommunicat §. 9. martyr. 260. §. 1. ſeq.
Stiriorum Apoſt. 270.
Subdiaconi: 296. §. 4. Romæ: 253 §. 6. VII. conſtituuntur: 238. §. 1.
Succeſſio quid: 205. §. 8. localis nihil probat: 205. §. 11. & 216. §. 17. & 261. §. 17. ſucceſſiones interrupta: 251. §. 1.
Subſcripſere etiam presbyteri & diaconi: 272. §. 3.
Subſtrati: 263. §. 1.
Suevi Pannoniam invadunt: 264. §. 1.
Summi Pont. plures: 237. §. 2. ſummus ſacerdos: 216. §. 20. 25. ſeq.
Surſum corda: 261. §. 24.
de Suſanna quæſtiones: 222. §. 1. neptis Caii P. 294 § 1. & 296.
Symbolum Apoſt. an traditio 216. § 15. Gregorii Thaumat. 266. § 5.
Symmachi translatio, 203 § 3. jani hær. ib.
Symphorianus mart. 259. §. 2. & 273 § 1.
Synodo etiam interſunt Presbyteri & Diaconi 266 § 1. ſeq. & 272. § 1. ſeq. item & laici 253 § 13. de Generali. 253. 11. Synodicæ ſcriptæ non ad ſolum Rom. 253 § 11. & 258. § 19.
Syncretiſmus non ſemper bonus. 261 § 21.
συνείσακτοι. 288 § 1.
Synnadenſe Conc. 258 § 9.
Synopſis Dorothei, 283 § 2.
S. Synoris, 253 § 19.
συνταχθέντες 256 § 3.
σύστασις. 263 § 1.

T.

Taarich alſchohoda 284 § 1.
Tacitus fit Imp. 278. §. 1. opera Taciti deſcribi curat ib. perit: 279.
Talalæus mart. 284. §. 6.
Talmud Hieroſ. 230. §. 3.
Tharacus mart. 290. §. 1.
Tarſicius mart. 260. §. 7.

Ta-

Tatianus mart. 284. §. 6. diateſſ. 234. §. 2.
Templa Chriſtianorum, 259. §. 2. & 260. §. 1. & 256. §. 13. 14. & 262. §. 2. quæ olim, 216. §. 8. & 296. §. 1. in Ægypto, 285. §. 2. non habent Chriſtiani, 209. §. 2. & 243. §. 1. & 245. & 255. §. 10. an à delubris differant, 209. §. 2. ſeq. templorum vice quævis loca, 266. §. 4. abſque idolis erant, 216. §. 9. templi partes, 263 §. 1. Romæ extructa, 242. §. 1. & 245. aurum ne habeant, 237. §. 3. dedicatio, 275. §. 3. 4. deſtructa, 204 §. 1, & 286. §. 2. celſa ib. templum Severus Chriſto ædificare non audet. 224 § 1. an Chriſtiani hab. ib. ibi nullum aurum § 3. ne extruantur in honorem Sanctorum 226 § 1. an habuerint. ib. ſeq.
Terebinthus hær. 277 § 1—5.
Terentius mart. 253 § 20.
Tertulliani definitio. 201 § 4. diverſa ſcribit. 209 § 1. contra nos 216. §. 1. de illo ib. ſeq. Tertullianiſtæ 216 § 2.
Tetraeteris 284 § 4.
Thebæa legio. 297 § 1. fides § 2.
Theoctiſtus favet Origeni: 205 § 1.
Theodorus Mopſueſt. præſes 272. § 1.
Theodulus. 297 § 3.
Theonas fit Alex. Ep. 285 § 2. perit. 300 § 1.
Thermas extruere Chriſtiani coguntur. 298 § 1.
Theſſalon. immunes fiunt. 283 § 8.
Thomæ acta, 260 § 6. Indicus confunditur. 277 § 2.
Thurificati. 253 § 8. & 216 § 28.
Thyeſtæi an Chriſtiani 201 § 3.
Tiberinus. 224 § 1.
Tiburtius mart. 286 § 3.
Tigurinorum Apoſt. 297 § 2.
Timæus fit Antioch. Ep. 283 § 1. & 277 § 6. tot.
Tituli S. Romæ 253 § 6.
Toloſ. Epiſc. 251 § 1.
Tractator Origenes, 256 § 3.
Tractitius. 224 § 1.
Traditio. 216 § 15, 17. ita vocatur S. Scriptura. 205 § 7. quæ bona. 258 § 21. tenendæ 238 4. Roma Apoſtolicas non obſervat. 258 § 11.
Traditores 253 § 8.
Tranquillinus. 286 § 3.
Tranſenna. 263 § 1.
Tranſlationum reliquiarum exordia. 262. §. 2. non inferunt adorationem. 221 § 6. Epiſcoporum. 238 § 2, 3. an à Papa dependeant. ib. & 226 § 6.
Tranſeuntis pœna. 238 § 3.
Tranſſubſtantiatio. 205 § 16. 207. 9. §. 5. 216. 11. & 256 § 6.
Tributum ſolvit Eccleſia. 233 § 9.
XXX. Tyranni. 262 § 1. & 290. 1.
S. Trinitatem Samoſat. negant. 266 § 1.

Tro-

Trophimus. mart.281.
Tryphon Orig. diſcip.230 § 2.
Tryphonia,254.§.22.
Tumbæ quid,226.§.8.
Tunica moleſta ſeu ardens, 201. §.3.
Tungrorum Epiſc.276.§.1.
Turbo i.q.perſecutio,286.§.2.
Turon. primus Epiſc.251.1.
Tutores ne ſint clerici, 257.§.7.& 261.§.9.
Tyrannus fit Ant.Epiſc.299.

U.

Vacatio Sedis Rom.longa, 253.§. 1.per annum,254.§.11. tum nihil innovetur,253.§.12.ſeq. tum vicarius eſt clerus, 253. §.8.
Valerianus fit Imp.257.§.4.miſer, 259.§.1.captus,262.§.1.martyr,232.§.1.
Valeſii hær.208.§.1.
Vaſa S.argentea magna,221, §.4.
Velare virg.216.§.11.
Venerandus mart. 272.§.8.
Veneti bona immob.non permittunt Cler.233.§.8.
Veritas unicè amanda,266.§.4. ei nil præſcribit,216.11.
S.Verena,297.§.3.
Verſiones Bibliorum variæ, 233.§. 10.Symmachi, 203.§.3.
Veſtes Sacerd.234.§.2. & 260.§.2.
Vicarius Chriſti quis,216.§,13. Pa-pæ eſt Clerus, 253.§.13.14. & 257.§.3.
Victor Papa mart.203.§.1.al.286. §.3.al.Thebæus,297.§.2.
Victorinus,284.§.6.
Vigiliæ S,216.7.
Vimincum caniſtrum, 221. §.4.
Vinum an ſanguis Chriſti,257.§.3. an aquâ miſc.ib.vinalia,226 §.3.
Virgines S. 261. §.23. velandæ virg. 216.§.11.de illis Cypr. 261.§.26.
Vita communis, 233.§.2.3. Chriſtianorum vita mala excitat perſecutiones,286.§ 2.& 253 §.1.
Vitalis mart.Theb.297.§.2.
Vitreus calix initio.221.§.4.
Ulpianus,225.§.1.
Unctio in baptiſ. 216 §.10. vide Chriſm.
11000.Virgines, 237.§.4.
Unio in Eccleſia non ſemper bona,261.§.21.de unitate Cypr. 255.§.7. membrorum, 258. §.18.
Univerſales ſunt omnes Epiſcopi, 260.§.3.& 261.§.11.
Vocatio Clericorum, 254. §.10. quam habuerit Felix Theb. 297.§.4.
Fl.Vopiſcus,287.& 290.§.1.
Votum ſervandum, 233.§.8.monaſticum initio nullum,253. §.15.

Urbanus fit P.226.§.10. tollitur, 233.§.1.
Urſus mart.Theb.297.§.2.
S.Urſulæ hiſt. 237.§.4.
Vulcatius Gallicanus,290.§.1.

W.

in Walliam repelluntur fideles, 208.§.2.
Wormatia à Germ. capta. 277.§.1.
Wunefridus Ger.Apoſt.205.§.6.

X.

Joh.Xiphilinus hiſt.230.§.3.

Y.

ὑπόστασις 263.§.1.

Z.

Zacharias fit Ep.Lugd.205.§.18.
Zambda fit Epiſc.Hieroſ. 296.§.5. moritur,298.§.1.
Zebennis fit Epiſc. Antioch. 230.§.1.decedit,241.
de Zelo Cyprianus,258.§.13.
Zeno mart. 298.§.1. Veronenſis, 260.§.7.
Zenobia Regina,265.§.1. favet Samoſato,266.§.1. de ea triumphatur Romæ,274.§.1.
Zenobius & Zenobia mart. 285.§.1.
Zepherinus fit P. 203.§.1. moritur, 221.§.1.
Zoe mart.286.§.3.
צוף 284.§.2.

Errores obiter notati.

Pag.59.lin.17.f.lege congruunt.pag. 21.lin.20.patenas.p.106.1.lege ann. 248.p.111.1.an.253. pag. 120.f.conſuluerit.pag.124.lin. 12. καθύπτων, p.153. 1. an. 253. pag. 182. 1.ſeq.ann.258.

F I N I S.